BIBLIOTECA NAZ.
150
I
20
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
I
20

Digitized by Google

Digitized by Google

VA 1 1508800

Digitized by Google

MONASTERIA VIRGINVM STEMMATE NOBILIVM.

I

SELIGENTHAL.

II

PADENHAVSEN.

III

RETTERS.

Ante Annos fermę ducentos extincta,

in

DIPLOMATIBVS ET ANTISTITIS

quondam ſuis rediviva.

Digitized by Google

B. L.

Parthenonum in frontiſpicio nominatorum Diplomata cuſtodiuntur in Archivo Electorali Moguntino. Ad hæc ex Autographis deſcribenda tum maxime animum induxi, cum collectioni, Res Moguntiacas reſpicienti, ultimam pene manum impoſueram.

Seligenthalensis Cœnobii Diplomatarium ſibi locum vendicat primum, eo quod reliquis ſit locupletius, ac inſimul exornatum Sigillis memorabilibus XII, una cum Schemate genearchico Fundatoris, Conradi Dynaſtæ *de* Düren; qui huius parthenonis [Abbati *Brumbacenſi* immediate ſubditi] fundamenta iecit Anno 1236. Deſuper capta informatio ſic habet:

„*Vallis Beatorum, vulgo* Seligenthal / *fuit Cœnobium Sanctimonialium, ſituatum in ſylva Ottonica, diſtans a Monaſterio* Brumbach *quinque circiter milliaria; Fundatum anno* 1239 *, *ſed a quo vel a quibus, nobis incompertum eſt. Floruit adhuc in anno* 1510 *ſub viſitatione dicti monaſterii* Brumbacenſis, *pariter* Ordinis Ciſterc., *ut præclare demonſtrat unum in copia reſiduum Inſtrumentum, in quo* Ioannes, XXXIV*us* *dicti Loci Abbas actum viſitationis exercuiſſe, & alia confirmaſſe, declaratur.*

* 1236.

„*Fuit olim ſub Diœceſi* Herbipolenſi, *nunc vi Receſſus ſub Archidiœceſi* Moguntina; *nec non probabilius devaſtatum & ſuppreſſum tempore Belli Suevici; atque cum omnibus iuribus, bonis ac redditibus ſæcularizatum, & ad Cameram archiepiſcopalem* Moguntinam *reductum. Habet ſuam propriam Eccleſiam, monumenta vero ſepulchralia, & alia memorabilia nobis incognita ſunt, quia plurima deperierunt inſtrumenta; & maxima pars documentorum per incendia, bellorum tumultus,*

&

„*& Acatholicorum vicinorum invaſiones ad invidiam eſt ab-*
„*ſumpta & deprædata.*

Perperam credebatur. Quippe contrarium evincunt ipſæ tabulæ, longa ſerie in Regeſto comprehenſæ.

Sequitur Cœnobium PADENHVSANVM, etiam *Corona Virginum* ſubinde dictum: Quod, Conditore VDALRICO Dynaſta *de* MINZENBERG anno 1252 in *Triquernatibus*, † ſub Abbate *Arnsburgenſi* religioſe militabat.

† Regiuncula, vulgo Drey Eich, ditionis Illuſtriſſ. Comitum *de Iſenburg*.

Præfixi tam huic, quam Seligenthalenſi Chartulario *Elenchos Antiſtitarum*; quibus concinnandis etiam diplomata linguæ germanicæ haud modicam attulerunt opem, dum alias in latine ſcripta potiſſimum intendebam oculos.

Quonam caſu bina Monaſteria deſierint, fruſtra indagavi; non niſi ſuperius relata quoad *Seligenthal*, immo & hæc a recto prorſus aberrantia, reperi. Notitiam aliquanto ſolidiorem ſuppeditat Inſtrumentum fundationis Collegii S. I. *Moguntini*, utpote cui Princeps Elector DANIEL parthenonis utriusque redditus ac proventus, unde recens aſciti Patres neceſſaria caperent vitæ ſubſidia, clementiſſime attribuerat. En ipſa verba:

„*Porro, cum duo Monaſteria in noſtra Diœceſi, quondam a* „*Monialibus habitata, videlicet* PADERHAVSEN, *non procul* „*a Civitate Imperiali* Francofordia, *&* SELGENTHAL, *vicinum Ducatui* Wirtembergico, *diœceſis noſtræ, hac temporum* „*injuria plane deſolata,* [*quorum alterum aliquot annis, ab illis qui mutata veteri Religione ſe Auguſtanæ Confeſſ. aſſerunt,* „*de facto occupatum.*] *quæ tandem cum omnibus bonis ſuis* - - „*periiſſent, niſi noſtro præſidio & diligentia recuperata eſſent,* „*noſtraque poteſtate conſervarentur; Et quia vicinum contagi-* „*um non ſinit in illis Monaſteriis monaſticam reſtaurari vitam;* „*nos autem pietas admonet, ut, quæ* DEO *ſemel dedicata, Ec-* „*cleſiæ uſui ſemper relinqui debeant; ideo, præhabito conſenſu* „*SSmi Domini noſtri Papæ - - utraque monaſteria, cum eorum* „*pagis, molendinis, decimis, prædiis, agris - - - præfato noſtro*

„ſtro Collegio - - - pro perpetuis alimentis concedimus, autho-„ritateque noſtra ordinaria applicamus. Tali videlicet pacto, „ut poſſeſſio & adminiſtratio eorundem Monaſteriorum in no-„ſtra - - - poteſtate permaneat - - - - Data apud Arcem S. „Martini in Civitate noſtra Moguntina die Martis VII. Septem-„bris, Anno . . MDLXVIII.

Facta progreſſu temporis commutatione, Patribus a Camera Electorali loco redditum certa modo dependitur ſumma pecuniæ.

Quanto ſterilior eſt notitia abolitionis S. & P., tanto uberius affulget lumen, RETTERENSE Cœnobium concernens, Informatione *ſpeciali*, Diplomatum codicillo ſubiuncta. Vetuſtate præcedit anteriora. Conditum anno Chriſti 1146 a GERHARDO Comite *de Nurings*. * Ordini S. *Auguſtini* primitus adſcriptum, non longe poſt ad *Præmonſtratenſem* transiit, ac directioni Abbatis in *Romerſtorf* ſe ſubiecit.

* *Qui Comitatus, ſtirpe* Nuringiorum *brevi extincta, aſſumpſit nomen* Königſtein. *Poſtea ſucceſſive accrevit illis* de Minzenberg, Falckenſtein, Eppenſtein, Stollberg, *demum* Eccleſiæ Moguntinæ.

Vt & huius *Aſceterii* Rectrices innoteſcerent, chartæ (paſſim ſub nomine Dignitatis inducentes eas) non permiſerunt. Ceterum, quia diplomata quæ proferimus, omnia ex ipſiſmet originalibus tranſumpta veniunt, ſingulis τὸ *autographo* adſcribere, ſuperfluum duxi.

ELEN-

ELENCHVS ABBATISSARVM.

COENOBII SELIGENTHALENSIS.

HILDEBVRGIS. Abbatiſſa huius Loci prima. Occurrit an. 1240. Quo vid. Charta ſub *n.* V. 123.

IRMENGARDIS de *Butinckeim.* [Büdigheim ſive Bödigheim.] Anno 1254. *n.* X. 12. .

RICHEIDIS. An. 1258. *n.* XI. 1259. *n.* XIV. 125.

GVDA de *Heinſtat.* 1274. *n.* XXV. 1277. *n.* XXXI. 1279. *n.* XXXVI. 1281. *n.* ſq. 126.

IRMENGARDIS. Conſpectum ſubit an. 1306. Longoque intervallo 1326, per litteras HERMANNI, CONRADI & HENRICI, fratrum de *Sindringen.* Anno poſtero ab ea conduxiſſe prædium in *Ditebach* refert CONRADVS de *Rofſeriet.* Membranam ſplendidis munivere ſigillis WOLFRAMVS Ep. *Herbip.* ALBERTVS de *Hohenloch*, dictus *de Schelklingen.* BOPPO Comes *de Eberſtein*, nec non ENGELHARDVS de *Magenfeld*, conductoris Gener. 1. . :

ELISABETH. Adducitur an. 1330 in litteris promiſcuis Epiſcopi *Herbip.* præfati. 132.

GISELA. Mentionem eius faciunt exiles chartæ duæ. *a*) 1335. *b*) HENRICI de *Erenſtein* 1338, cuius arma gentilitia gradientem ſiſtunt leonem. 133.

IVTTA *Schenckin*, ex *Pincernis* de *Erpach.* Ad clavum ſedens occ. an. 1340, Dominica poſt D. *Iacobi* feſtum; cum eaque, ceu Monialis, CVNIGVNDA de *Eberſtein*, ſoror ELISABETHÆ viduæ *de Hohenloch.* 133.

IRMENGARDIS: Iuttam excepit. Annis 1344 ——— 1349 obvia. 134.

MAR-

135. MARGARITA de *Stralenberg*. An. 1357 in litt. ALBERTI de *Heſſberg* Præpoſiti *Wirtzb.*, queis aſſignat Conventui tres libras *Hall.* applicandas ad *pictanciam* in ipſius *Alberti* anniverſario. Velatæ: IVTTA & ELISABETH Schenckin von Erpach, *ſorores carnales.* Abbatiſſa *Margaretha* comparet adhuc 1368 in CRAFFTONIS *Hohenloici* litteris.

13. . IVTTA *Rüdin.* An. 1384 d. Martis poſt Domin. *Invocavit* comparaſſe legitur ab Armigero FRIDERICO *Zobel* certos reditus in villa *Gizſe.*

13. . ANNA *Reichin* primo. 1390, Nov: die 2. his verbis: Aptiſſin zu diſen Ziten des Cloſters zu Selgental. Rurſus anno ſeq., Litteras dante BERTHOLDO plebano in *Ditebach.* Brevi poſt ultro abdicavit munus.

139. MARGARITA de *Hartheim.* Abdicantis in locum ſuffecta, obtulit ſe an. 1394. & 95.

1. . . ANNA *Reichin* ſecundo. *Abbatiſſa* enim diſerte vocatur a WILHELMO de *Helmſtatt* & GREDA de *Erenſtein* uxore, an. 1401. d. SS. P. & P., coenobio vendentibus curiam in *Schirſtat.* Porro conſecutive, ad an. 1409.

1410. OSANNA *de Lutzenborn.* Prodit ſtatim 1410 d. Martis poſt Kyliani.

Prioriſſa MARGARETHA de *Anglach.* ANGELA de *Bickenbach* Veſtalis.

Videtur autem, *Reichiæ*, non obitu illius, ſed abdicatione iterata ſucceſſiſſe. Quandoquidem in litt. anni 1417 ſic lego: Daſ wir verkaufft han . . der Erwirdigen Frauen Annen Reichin, etwann ein Aptiſſin doſelbs - - -, haben wir gebeten die Erw. Fraue Oſanna von Lutzenborn, ein Aptiſſin zu dieſen Zeiten des obbenanten Cloſters (*&c.*)

Vltimum *Oſanna* ſubit 1421, d. Veneris poſt XI mill. Virgg.

CVN-

CVNHVSS: Vt *Abbatiſſam* enuntiat quædam Charta, an. 1426 d. S. *Sebaſtiani* conſcripta. An. 1428 acquiſivit octavam partem Decimæ, magnæ & minutæ *Hemſpacenſis*, venditore GOZONE de *Adolsheim*; Anno 1431 partem illam, quæ ad BOPPONEM de *Adolsheim* ſpectabat. 142.

CLARA *Kreyſſin* de *Lindenfels*. Memoratur 1447 in documento IOANNIS, WIPERTI ac FRIDERICI, *Rûdiorum* de *Bödigheim*; Et an. 1453 d. Oct. 31. in ipſius *Claræ* propriis, quibus requirit *Ioannem* antea pro ferendo teſtimonio in Cauſa quæ vertebatur inter Monaſterium & WILHELMVM *Rûd* de *Bödigheim*. 14. .

MAGDALENA *Schelmin* de *Bergen*. Subit an. 1464, d. 20 Ian., comparans Cœnobio pratum a FRIDERICO *Koch* cive de *Boſſsheim*, ſitum in Marchia *Schierſtätt* iuxta *Hemſpach* villam; Annoque 1471 Decimas, cedentes in *Schalckbergenſi* Marchia, locis *Zimmern* & *Seckach*, a coniugibus IOANNE *Rûd* de *B.* & MARGARETHA de *Stetten*. Aliæ eiusdem anni Litteræ *Magdalenam* Abbatiſſam eloquuntur, quas Parthenoni tradiderunt DIETHERVS, IOANNES ſenior, IOANNES iunior, FRIDERICVS, & WILHELMVS parvus, omnes *Rûdii* de *Bödigheim*; nec non MARGARETHA, CONRADI *Rûd* relicta. Obiit autem *Magdalena* ipſo an. 1471. 14. .

Vt de familia *Rûd*, ceu non ſolum hic, ſed etiam in Diplomatario perquam frequenter mentionata, pleniorem hauriamus notitiam, incongruum non erit, ſtatum eius referre ex Chronico *Göttwicenſi T. II. p. 863. § II.* Vbi R^mus^ Author in hæc verba ſe diffundit.

„RYDII (Rüdii) *numeroſiſſima olim familia, in duas præci-*
„*pue Lineas diviſa*, Rüdenavienſem *ſcilicet*, *&* Collenbergi-
„cam. *Collenbergica, in Catholica fide conſtantiſſima, ante*
„*CXL annos dicitur extincta; quod quidem ita eſt, ſi verum*
„*ſit, quod unicus* EBERHARDVS Rüd *de* Collenberg *ſupre-*

Digitized by Google

„*mus Aulæ Moguntinæ per XXX annos* * *Præfectus ſuperfue-*
„*rit; hic enim ſine liberis obiiſſe ſcribitur.*

„Rudenavienſis *a caſtro* Bödicken *ſeu* Bödigheim *nomen* „*poſtea aſſumpſit; quod, ut* Wipertus Rüd *de* Rüdenau *in* „*fundo & vico Monaſterii conſtruere poſſet*, Henricus *Abbas* „Amorbacenſis *eiusque in Abbatia ſucceſſor an.* 1286 *facul-* „*tatem ex amicitia indulſere;* Wipertus *Senioris filius*, „*dictus* Wipertus iunior, *poſtquam* Buchemium *Archiepi-* „*ſcopo Moguntino venditum fuerat, primus ibidem Præfe-* „*ctus ſive Advocatus, vulgo* Vogt *a Moguntinis conſtitutus* „*fuit. Floret etiamnum hæc familia, in duas recenter ſtir-* „*pes diviſa*, Bödickemenſem *&* Eberſtadienſem; *hodieque* „*adhuc curiam nobilem in urbe* Buchen *poſſidet.*

* Immo 36; teſte Epitaphio, *Miltenbergæ* in eccleſia parochiali propriis oculis meis viſo an. 1717. Non extare amplius, nuper mihi relatum. Quoad ſtructuram vetius erat Mauſolæum; tanto ſimplicior autem inſcriptio rhytmica, utpote (præmiſſo EBERHARDI *Rüd* de *Collenberg* & *Bodingen* nomine) in hanc fluens conſonantiam:

So Mayntziſcher Churfürſtl. Hoffmeiſter war.
Mit ruhmwirdigen Lob 26 Jahr.
Gleichfalls des Ertzſtiffts Erbcammerer.
Weiſ, beredt, ſtandhafft, ohngefehr.
Bey drey Churfürſten;
Erſtlich bey Marckrafen Albrecht,
Dann Ertzbiſchoff Baſtian.
Und weil Churfürſt Daniel regiert,
Von dieſer Welt gefordert wird.
Als der 29 Tag Octobris war
Im funffzehen hundert 67 Jahr.
Und da man zehlt nach der geburt JEſu Chriſt
1554, und der 21 tag des Jenners iſt,
Da iſt in GOtt verſchieden hin
Die Edel Tugendhaffte Margaretha Rüdin
von Collenberg, doch von ihrem Stamm
den Nahmen Kuchenmeiſterin von Gamburg.
Nahm ſein Eheliches Weib in Ihrem Leben,
GOtt woll In allen den Himmel geben.
Amen.

MARGARETHA, ortu Comes *de Wertheim:* In anno emortuali *Magdalenæ* (1471) obvians iam tum, * regimen ultra ter denos produxit. Ad an. usque 1502, m. Novembris diem 18, iterum & ſæpius in chartis nominata. 1471

* 21 Octobris.

WALPVRGIS de *Hartheim:* 1507. Anno 1513 inter ipſam & WENDELINVM de *Riedern* habita conventio ſuper admiſſione *Wendelini* filiæ MARGARIDIS in Sanctimonialem. Et hæc diu præfuit ſacro cœtui, occurrens adhuc 1533 m. Iun. 150.

ÇECILIA *Rüdin.* Antiſtitam egit 1535. Religioni priusquam ſe devoveret, humani aliquid paſſa, ex poteſtate *Fratris* IACOBI Abbatis *Ciſtercii* Cabilonen. diœc. rehabilitata fuit, „*ita ut ad omnes gradus, officia, adminiſtratio-„nes & dignitates, etiam ad Abbatialem promoveri valeat.*„ Sub dato 1507. April. 28. 153.

Veruntamen honoris gradu, poſt longum temporis a diſpenſatione prædicta ſpatium aſſecuto, *ultra biennium* gaviſa non eſt. Succeſſit

AMALIA *Schelmin* von Bergen: Atteſtante contractu, 1537 d. 14 Iun. inito cum Coniugibus WOLFFGANGO de *Bettendorf* & MARGARITA Brack von Klingen, cauſa filiarum, NOPPVRGIS & MARIÆ, Ordini ſacro aſcribendarum. 153.

Apud Humbracht. *Tab. 152 ipſis tribuuntur coniuges, ita ut annum probationis haud ſuſtinuiſſe, inferre liceat.*

Ea adhuc 1551 ſuperſtite, negotium eiusmodi pertractavit quoad ANNAM & HELENAM, filias IOAN. ISRAELIS de *Zilnhart* in *Widern.*

Atque cum iſthac AMALIA, ceu Moderatrice *Selgenthalenſis* Monaſterii ultima ac poſtrema, Elenchus noſter finit. Succedunt Chartæ diplomaticæ.

n. 408.

DIPLOMA I.

Monaſterii fundationem continens.

An. 1236.

Numero Romano iunctus a latere numerus Arabicus, eſt continuativus illius, qui Codicem diplomaticum claudit. Apponitur Chartis ſingulis ordinate ſubſequentibus ideo, ut ex huius aſpectu pateat, quota ſit unaquævis, computando a Voluminis capite, usque ad calcem.

CVNRADVS de DVRNA & METHILDIS Vxor eius, univerſis in perpetuum. Ne ea que geſta ſunt intuitu pietatis, calumpniis ſubiaceant malignorum, & oblivionis iacturam ſuſtineant in futurum, ſcripture ſolet remedium implorari.

Eapropter univerſis Xpi fidelibus, tam preſentis temporis quam futuri cupimus eſſe notum, quod nos proprietatem quandam in *Slirſtat*, quam a CVNRADO & uxore ipſius *de Asbach* nobis comparavimus pro quadam pecunie quantitate, divino duximus ſervicio deputandam. Vnde, divine ut ſperamus pietatis amore ſuadente, prefatam proprietatem cum omnibus attinenciis ſuis, tam in agris quam in paſcuis, ſive pratis & nemoribus, pari voto, pari deſiderio & conſenſu, bonorum omnium largitori in remedium animarum noſtrarum & progenitorum noſtrorum contulimus, ut ad honorem DEI & glorioſe Virginis Genitricis ipſius, Monaſterium conſtruatur ibidem, in quo ab Ancillis Xpi ſecundum regulam beati *Benedicti* Domino iugiter ſerviatur.

Ne igitur ſuper huiusmodi donacione noſtra, quam liberaliter fecimus propter Deum, aliqua poſſit inpoſterum calumpnia ſuboriri, Sigilli noſtri * munimine preſentem paginam fecimus communiri. Teſtes vero huius donacionis ſunt hi:

* *in ectypis n. 1.*

Soror IVTA Abbatiſſa de *Heiligental.*

Weilbach. WOLFRAMVS Plebanus de *Wilenbach.*

BEREN-

Hoc Schema concinn
inſtruxit Cl. D. H
Celſ. Princ. S
& Se

...RNE ſive DÜREN.

1182. (*a*)

...TILDIS, ...*urne*	VLRICVS I. de D. Frater Ordinis Teutonicorum. Occ. 1234. (*e*)

VLRICVS II. ... tu maior, ac t... cum pro *Vlrico* ... vixit, ob nimia... pedinem reput... tur. Occ. 1...	MECHTILD. de D. monialis in *Selgenthal.* Occ. 1254. (*m*)	LVCARD. de D. Vx... Comitis de *Zigenhain* mater *Ludovici.* Occ. 1270. 1271. (*n*)	N.N. de D. nupta *Cratoni* de *Hohenloh.* (*o*)	VLRICVS III. de D. Occ. 1270-1306. (*p*) Vxor *Adelheidis* de *Boxberg.* Occ. 1263-66. (*q*)

BOPPO II. Com. ... de D. Vx. *A*... in *Sel*... occur.	N. N. de *Durne* nupta Comiti *Rudolpho* de *Wertheim.* (*x*)	ELISAB. de D. Monialis, tandem fors Abbatiſſa, *Seligenthal.* Occ. 1306 — 1330. (*y*)
ALBERTVS Co. (*w*)		

(*a*) *Rupertus* I.
LEHM. *Ch*...

(*b*) Occurrit an...
Imp. pro Ec...
Ion. contra...
Securis ad r...
p. 116. Vbi...
Anno 1197...
bat. p. 194...

Notand...
R^mi D. Abb...
ex vicino te...
cet) oriund...
toris *Selige*...
p. 859 nomi...

Nam an. 1277. nominatur: *felicis mem. Mater noſtra Mchtildis p.* 698. In hocce quidem Tabulario nomen Familiæ, unde profata fuit, haud exprimitur; apud P. *Gropp* vero in *Hiſt. Amorb.* Prob. *p.* 186. & *p.* 190. in diplomate, Filia vocatur *Comitis* de *Louſe*, vel *Lauſen.* Idque confirmatur ſequenti ratione, quod *Conradi* & *Mechtildis* filius alter, & ex eodem Nepos, BOPPONIS nomine inſigniti fuerint; quod non modo Stirpi *Lauffenſi* familiare, ſed & ultimo Stemmatis ante annum 1219 fatis defuncto inditum fuerat, prout ex monumentis ineditis Monaſterii quondam *Odenheimenſis* (cuius Advocati, æque ac Fundatores erant Comites *de Lauffen;* BRVNO inquam Archiepiſcopus *Trevirenſis*, & Frater eius Comes BOPPO) edocemur. Ita enim *Fridericus* II. in diplomate de dato VIII. Idus Apr. 1219. apud *Hagenove:*

Notum

Vxorem an duxerit, incertum. Fortaſſis ſi quam duxit, erat hæc ex familia *Pincernarum* de *Limburg*. v. Chron. *Gottvv*. l. c. *p*. 861.

(*u*) (1288) *p*. 717. (1297) 729. (1321) 738, ubi *Nobilis Vir* Comes *Rupertus* de *Durne* vocatur. Conf. D. Authoris T. I. *Cod. Dipl. p*. 876. item *Gropp*. p. 200 - - 204. 206. ad an. 1323.

(w) Occ. (1278) *p*. 700. (1306) 735.

(*x*) An. 1291 occ. qua Gener *Ruperti* III. & *Mechtildis*.

(*y*) v. *pag*. 735 & 663.

(*z*) Occ. ap. *Gropp* in Probat. p. 205 ad an. (1299) Item in Docum. ined. an. (1303) & (1309) nec non an. (1312) p. 85. Videtur vero ante *Rupertum* IV. defunctus, qui ex hoc tempore axioma Comitis uſurpavit; hoc autem mortuo feuda Imperii *Durnenſia* an. 1323 a *Ludovico* Imp. collata ſunt CRATONI de *Hohenloh:* Stirpisque tum extinctæ argumentum ſunt verba litterarum Inveſtituræ hæc: Die wiland Ruprecht Grafe von Duren von dem Riche gehabt hat, Die unſ und dem Riche ledig worden ſeyn. Vid. Deductio *Hohenloica* puncto der Fahn-Lehen/ in adiunctis p. 14. Qui itaque temporibus ſubſecutis occurrunt nobiles *de Düren*, non, ut D. Abbas *Gottvvicenſis* exiſtimat, ab hac familia Dynaſtarum, ſed ab *Henrico* & *Friderico* fratribus *de Durne* Miniſterialibus (qui apud P. Gropp p. 194 litteris *Ruperti* II. de an. 1197 ceu teſtes ſubſcribuntur) deſcendere videntur. *

* *Sicut enim familiæ Comitum ac Dynaſtarum fuerunt perpaucæ, quarum non extiterint ſimul Cognomines ex nobilitate infima; ita hoc pariter huic* Durenſi *accidit. Quandoquidem* WIPERTVS de Düren, *nec non* FRIDERICVS (*ramum Capricorni in ſigillo gerentes*) *occurrunt an*. 1275. v. T. I. p. 951. PHILIPPVS *vero* de Düren, *Satrapa Mogunt, in* Ameneburg, *an*. 1510. d. T. I. p. 999.

Digitized by Google



1:



12.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Berengervs Monachus in *Brunnebach.*
Cvnradvs ſenior, & Einhardvs, fratres *de Wilenbach.*
Otto *Zebe* de *Butencheim.* Büdigheim.
Otto de *Heinſtat.*
Heinricvs de *Hephincheim.* Heppenheim.
Albertvs de *Butencheim.*
Wolframvs Camerarius.
Volnandvs de *Butencheim.*
Sifridvs de *Grunsvelt.* Grünsfeld.
Frater Bodo de domo Teutonica,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec VII Kal. Decembris, preſente filio noſtro Vlrico. Anno Domini MCCXXXVI.

II. n.409.

De *novellæ plantationis Inſtituto, & a Diœceſano* Wirtzburgenſi *præſcripta norma.*

An. 1239.

In nomine Domini Amen. HERMANNVS *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus.* Officii paſtoralis cura quam Deo annuente ſuſcepimus, poſtulat & requirit, ut vota fidelium, & precipue nobis commiſſorum, penſantes, ea que ad ſalutem animarum cogitant ac ordinant, & maxime circa loca Deo dicanda, ſtudeamus attencius promovere, a Patrefamilias in futuro premium percepturi.

Noverit igitur omnium fidelium Xpi tam preſens etas quam futura poſteritas, quod Vir nobilis, Cvnradvs de *Durne*, & Vxor ſua Methildis Matrona nobilis, manu coadunata proprietatem eorum, ſitam in villa *Slirſtat*, videlicet

cet curiam cum omnibus attinenciis, quam recto emptionis titulo comparaverant a CUNRADO de *Albach* * & IUTTA uxore ſua, in proprietatem noſtre Eccleſie tradiderunt; ſupplicantes devote, ut locum in ipſa proprietate aſſignaremus, ad Monaſterium religioſis perſonis inibi conſtruendum; eorum ac aliorum Xpi fidelium ſumptibus, quod iam diu animo conceperant pro reverencia IHESU Xpi.

* *in litt. anteced.* Asbach.

Nos itaque iuſtis eorum poſtulationibus inclinati, affectum quem circa idem propoſitum habuerunt, directius intuentes, ad honorem Dei omnipotentis & glorioſe Genitricis eius Marie, nec non Patronorum noſtrorum Sci *Kyliani* & Sociorum eius, locum, extra villam in inferiori parte *Slirſtat* ſuper rivulum *Slirbach*, cenobio Sanctimonialium damus & deputamus, ſalvo iure parrochie, ac aliorum quorumlibet; Et monaſterio ibidem exſtruendo *lapidem primarium impoſuimus*, nomine eidem cenobio *Selegen tal* aſſignato. Sperantes, ex hoc nobis, predictis Nobilibus, ac aliis omnibus locum ipſum promoventibus merita Sanctorum, per interceſſionem ibidem Deo famulancium in celeſti gloria profuturam.

Statuimus etiam, ut in ipſa Eccleſia ſanctimoniales ſint, que regulam Sci *Benedicti* ſecundum Ordinem fratrum Cyſterciencium obſervent. Volentes ipſas Sorores gaudere privilegiis & emunitatibus, quibus ex inſtitutione Ordinis, vel privilegiorum Sedis Apoſtolice fratres Cyſtercienſis ordinis conſueverunt gaudere, his exceptis articulis qui ſubnotati ſunt; In quorum exceptione Abbatiſſa & Sorores, cum Clericis eiusdem loci unanimiter conſenſerunt.

Ius itaque in temporalibus & in ſpiritualibus nobis integrum reſervamus ſicut in aliis Monaſteriis noſtre dyoceſis; ſalvis per omnia Cyſterc. Ordinis inſtitutis. Volumus etiam, quod nullius obſtante contradictione, Sorores eiusdem loci ſecundum Ordinem Cyſtercienſem ſibi eligant Abbatiſſam, que ſubditas ſibi ſorores in obſervacione Regule gubernabit, advocato Abbate eiusdem Ordinis, quociens neceſſarium fuerit.

rit. Abbatiſſa autem que pro tempore fuerit, Epiſcopo *Herbipolenſi* obedienciam faciat, ſalvis ſue Regule inſtitutis. Abbatiſſam quoque & Sorores Epiſcopus *Herbip.* benedicet, Clericos ordinabit, Altaria conſecrabit, & cetera eis ſacramenta procurabit. Proviſor etiam eiusdem loci, qui Clericus eſſe debet habitus regularis, etſi non eiusdem Ordinis, per Abbatiſſam & ſorores electus & Epiſcopo Herbipolenſi preſentatus ab eodem inveſtietur & obedienciam ei faciet; ceteri autem Clerici Proviſori. Converſi vero, qui erunt ordinis Cyſtercienſis, Abbatiſſe erunt obedientes, alii omnes Proviſori. Nullus etiam Archidyaconus in perſonis d. monaſterii, Abbatiſſa, ſororibus in Clauſtro, vel extra commorantibus Proviſore Clericis vel Converſis, aliquid ſibi iuris audeat vendicare.

Preterea cum per Advocatos bona depereant eccleſiarum; decernimus, ut dictum Cenobium, in bonis que nunc habet, vel in poſterum habebit, nullum habeat Advocatum; nec Epiſcopus Herbipolenſis ratione iuris temporalium bonorum, omnium vel alicuius partis, uſurpandi habeat poteſtatem.

Et ut hec firma permaneant, & omnibus eluceſcant, preſentem Paginam ſuper hoc conſcribi fecimus, & Sigillorum, noſtri, ac ipſius Nobilis pred. *Cunradi* de *Durne* munimine duximus roborandam. Datum *Herbipoli* Anno Domini M CC *triceſimo nono.* Indict. XII. Pontificatus noſtri anno XIIII.

III. n.410.

De *Altaris* B. M. V. *dotatione & conſecratione.*

An. 1239.

Notes hic, in Templis Ciſtercienſium Altare maius ſemper eſſe dicatum B. Virgini aſſumptæ.

Hermannus *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus.* Noverint univerſi huius pagine inſpectores, quod, cum Altare in honore Sancte Dei genitricis Marie in capella Cenobii

bii ſanctimonialium in *Selegental* dedicaremus; Nobilis vir CVNRADVS de *Durne*, & uxor ſua MEHTILDIS matrona nobilis idem altare manu coadunata tribus iugeribus vinearum in *Mechgtemulen*, & proprietate in *Vuſtenheimesbach* & in *Vrethe* dotaverunt, eidem proprietati renunciantes, prout erat debitum & conſuetum. Inſuper cenobium pred. *Selegental*, eorum ſumptibus inchoatum, cogitantes per ſe & per ſuos promoveri, donationes quas homines eis attinentes ad dotem dicti altaris in noſtra preſencia faciebant, fieri permiſerunt, & eas ratas & inviolabiles habuerunt. Adicientes, quod de eorum ſit conſenſu; & per omnia ratas habeant donationes ac alias ſubventiones, quas homines eorum ad promotiones dicti cenobii, de bonis que poſſident & ad dictos Nobiles ſpectare videntur; duxerint faciendas.

In cuius facti teſtimonium preſentem Litteram conſcribi fecimus, Sigillorum, noſtri, & predicti Nobilis *Cunradi* de *Durne* * munimine roboratam. Datum Anno Domini MCC *triceſimo nono* in menſe Septembris. Indict. XII. Epiſcopatus noſtri anno XIIII.

* *Ectyp. n. 1.*

n.411.

IV.

Protectorium generale PP. Gregorii IX.

An. 1239.

GREGORIVS *Epiſcopus*, *Servus ſervorum Dei.* Dilectis in Xpo filiabus .. Abbatiſſe & Conventui monaſterii *Vallis felicis*, Ciſterc. Ord. *Herbip.* dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Eapropter, dilecte in Domino filie, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & monaſterium *Vallis felicis* in quo divino eſtis obſequio mancipate, cum

cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, ſub bti Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem terras, poſſeſſiones ac alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & eidem monaſterio per vos auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & btor. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* quarto Nonas Decembris. Pontificatus noſtri Anno tertiodecimo.

V. n.412.

HENRICI *Münch de* Bilversheim *Præpoſiti* Aquisgran. *fundatio Luminis perpetui.*

An. 1240.

NOS HILDEBVRGIS Abbatiſſa, totusque Conventus ſanctimonialium in *Selgendal* omnibus preſens ſcriptum intuentibus devotas orationes in XPO IHV.

Notum eſſe cupimus univerſis, quod Dns HEINRICVS venerabilis Prepoſitus *Aquenſis*, ad ſalutem & remedium animarum, ſue, & Honorabilis matrone BERTHRADIS matris ſue, omnia bona ſua que apud villam *Slirſtat* habere noſcebatur, nobis & Eccleſie noſtre provida contulit deliberacione, ad Lumen in Dormitorio noſtro omni nocte accendendum. Tali adiecta condicione, ut, ſi bona predicta ad aliquos uſus eccleſie tenta fuerint preterquam ad lumen ſupradictum, ad heredes ſuos promiſimus fore reditura.

Vt igitur hec rata permaneant & inconvulſa, preſentem Cartam ab inde conſcriptam Sigillis, noſtro, & CVNRADI

Monachi de *Bilverſheim* fratris ſui * roboravimus. Actum Anno incarnationis Dominice MCCXL menſe Martio, XIII. indictionis.

* *Refert tres gladios vaginatos decuſſatim poſitos.* ✠ S. CVNRADI MONACHI ADVOCATI WINPINE.

Id eſt Subadvocatus Iudicii Imperialis per Franconiam, cuius ſedes erat in civitate Wimpinenſi. [Vice Landrichter.] *Conf. dipl. ſub n.* XXXIV *fin.*

n.413. VI.

Advocaciam in Cymberen, *a vaſallo* H. *de Bödigheim reſignatam, Fundator confert Cœnobio.*

An. 1240.

CVNRADVS ſenior *de Durna* & METHILDIS ſua coniux; BOBBO de *Vorbdenberc*, CVNRADVS Canonicus & Archidiaconus Herbipolenſis eorum filii, omnibus hoc Scriptum viſuris ſalutem in Domino.

Notum eſſe tam preſentibus quam poſteris volumus, quod HELFERICVS de *Bodincheim* * advocaciam in *Cimberen*, quam a nobis nomine feodi poſſedit, Dominabus in *Seligendal* vendidit; quam una cum fratre ſuo VOLCNANDO, & filio ſuo VOLCNANDO in manus noſtras, ut Dominas predictas inveſtiremus, reſignavit. Nos vero hanc Advocaciam Dominabus prefatis libere contulimus, &, ne hoc factum in poſterum irritum poſſit haberi, Dictis teſtium hanc Litteram confirmari volumus.

* Bödicheim *ſive* Büdigheim.

Teſtes qui huic facto aderant ſunt CVNRADVS. RIWINVS. OTTO miles *de Vbencheim*, & filius ſuus OTTO. WOLFRAMVS de *Crigesbach*, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno incarnacionis Domini MCCXL.

appendet Sig. in ectypis n. II.

VII.

n.414.

VII.

Advocaciæ Schlierſtadienſis *acquiſitio.*

An. 1248.

CVNRADVS de DVRNE. Ne facta hominum per lapſum temporis oblivionis capiant detrimentum, neceſſarium eſt ſcripture memoriam adhiberi, que rebus tenebras non admittit. Preſenti itaque Scripto notum fieri volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod, cum Conventus eccleſie in *Selgintal* Advocaciam in *Slierſtat*, quam quondam CVNRADVS *Struzelinus* * miles a nobis in feodo tenuit, & ſororio ſuo CVNRADO de *Waginboven* vendiderat, ab eodem *Cunrado* pro CXX libris Hallenſium cum omni iure emptionis titulo conquireret; Nos, ob amorem quem ipſi Eccleſie geſſimus, communicata manu & conſenſu uxoris noſtre MEHTHILDIS, & filii noſtri BOPPONIS, nec non aliorum liberorum noſtrorum, RVPERTI videlicet & VLRICI, ob remedium animarum noſtrarum, quicquid amplius iuris in ipſa advocacia habuimus, eidem eccleſie libere dedimus.

* *Strauſs*, ſive *Sträuſſel.*

Et ad firmiorem cautelam ipſam advocaciam eccleſie memorate conſervandam, ne inpoſterum ſuper ipſa emptione, vel noſtra donatione aliquo emergente caſu erroris ſcrupulus forſitan oriatur, preſentem Litteram conſcribi fecimus, & Sigillo noſtro ** nec non filii noſtri *Bopponis* † in teſtimonium duximus roborandam. Actum Anno Domini MCC *Quadrag° octavo*, tertio Idus Octobris. Teſtes:

** *Ectyp.* *n.* II.
† *n.* III.

WOLFRAMVS Decanus de *Wilinbach.*
RIWINVS Plebanus in *Durne.*
ALBERTVS de *Lamersheim.*
HERMANNVS, ENGILHARDVS, SYMON, fratres *de Berlichingen.*
CVNRADVS filius *Riwini* de *Durne* ††
MARQVARDVS de *Fordinberc.*

†† denotat Incolam Loci.

CVNRADVS de *Wilinbach.*
OTTO *Zebe* de *Botinkeim.*
VOLCNANDVS de *Hepphinkeim.*
GERNODVS de *Northeim.* Milites.
HILDEBRANDVS, HARTMVDVS Suinfurtenſis, Ruſtici de *Slierſtat*, & alii quam plures.

n.415. VIII.

De LXX iugeribus, emptis a CONRADO Struzelino.

An. 1249.

CVNRADVS *de* DVRNE. Ne facta hominum — — —. — Preſenti itaque ſcripto notum fieri volumus — —, quod cum Conventus - - in *Selgintal* LXX iugera agrorum ſita in *Slirſtat*, que quondam CVNRADVS *Struzelinus* miles a nobis in feodo tenuit, ab eodem *Cunrado* pro LXX libris *Hall.* cum omni iure emptionis titulo conquireret; Nos, — — — coadunata manu uxoris noſtre METHILDIS & filii noſtri BOPPONIS, nec non aliorum noſtrorum liberorum, RVPERTI videlicet & VLRICI, ob remedium animarum noſtrarum quicquid amplius iuris in predictis agris habuimus, eidem Eccleſie libere dedimus.

Et ad firmiorem cautelam ipſos agros memorate eccleſie conſervandos, ne in poſterum (*&c. ſicut in praeced.*) * Actum Anno - - *M CC XL Nono.* XVIII Kal. Decembris. - Teſtes: WOLFRAMVS Decanus de *Wilenbach.* OTTO, dictus *Zebe* de *Botinkeim.* HILTIBRANDVS. ALBERTVS. HEINRICVS frater ſuus. BERINGERVS Colonus curie, & alii quam plures.

* *Eſtyp. n.* II. *& n.* III.

IX.

IX. n.416.

De bonis in Schlierſtat, *quæ Parthenoni vendidit* B. R.

An. 1251.

BERTHOLDUS *Riſſche* * omnibus in perpetuum. Ne facti ordo ſubſcripti labatur a memoria, ſeu iniquorum aliquomodo confundatur verſutia, univerſitati fidelium tenore preſentium ſtatui declarandum, quod annuente Domino meo, Dno CUNRADO de *Durne*, bona quedam in *Slirſtat* Dominabus de *Selegental* iure proprietatis vendidi, & ab omni impeticione que de eisdem bonis ab uxore mea, vel heredibus, dictis Monialibus poſſet in poſterum forſitan ſuboriri, prefatam Eccleſiam, manu & conſenſu heredum meorum voluntarie liberavi.

Et ut hec actio a nullo valeat aliquatenus infirmari, preſentem ſcedulam Sigillo Domini mei *Cunradi de Durne* † pedi roborari. Acta ſunt hec Anno . . MCCLI. Indict. nona. † n. 11.

* *Huius familiæ nobilitas inde patet, quod* HARTMUDUS Riſche, *obvians an.* 1348, *vocetur* nobilis ſervus. Edel Knecht.

X. n.417.

Concambium bonorum, inter bina Monaſteria Amorb. & Selgent. *factum, Præſul* HERMANNUS *confirmat ſolemniter.*

An. 1254.

HERMANNUS *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus.* Inſinuacione preſencium ad noticiam transmittimus futurorum, quod cum inter GOTEFRIDUM Abbatem & Conventum monaſterii in *Amerbach* de bonis eorum propriis in villa *Slirſtat*, quibus ius patronatus eccleſie in *Slirſtat* eſt an-

nexum, ab una parte; & IRMENGARDIM Abbatiſſam & Sorores monaſterii in *Seligintal* de Curia in ipſa villa, a parte altera, deliberato & habito Prudentum conſilio Commutacionis tractatus habitus eſſet; Partes ad noſtram accedentes preſenciam humiliter petiverunt, ut ipſorum bonorum commutacionem ratam habere, & confirmare de noſtra gracia dignaremur.

Nos itaque dictarum parcium precibus inclinati, ſecundum quod racionabiliter celebrata eſt huiusmodi commutacio, eam ratam habemus & preſentibus confirmamus. De noſtra gracia ſpeciali, habito conſenſu noſtri Capituli concedentes, ut dicte Abbatiſſa & ſorores in *Seligental* eccleſiam in *Slirſtat* cum proventibus eius, cum primum vacare inceperit, in uſus monaſterii ſui perpetuo poſſideant, & nobis Clericum ſecularem ſacerdotem cum competenti prebenda preſentent, qui populo poſſit & debeat preeſſe, & nobis, & Succeſſoribus noſtris, ac Archidiaconis ad iura noſtra valeat reſpondere.

Nec hoc obmittendum eſt, quod ſi ex quocumque caſu contingeret, quod Conventus ſororum deficeret, & deſineret eſſe Conventus, tam bona que ſorores dederunt, quam, que Eccleſia *Amerbacenſis* in concambio dedit, in commutacione huiusmodi utrobique expreſſa, cum iure patronatus redeant, & remaneant eccleſie Amerbacenſi.

Curiam eciam in *Slirſtat* que tranſivit ex tractatu premiſſo ad *Amerbac.* eccleſiam, dictus Abbas & Conventus conceſſerunt Sororibus pro annuo cenſu ſex librarum *Hallenſ.* iure hereditario poſſidendam, quas ſolvent de ipſa curia & de aliis bonis ſuis. Hoc adiecto, quod ſi Colonus ipſius curie Laicus fuerit, in extremis eiusdem, Eccleſia *Amerb.* ius ſuum habebit, quod melius *Houbetrebt* dicitur. Sed, ſi in cultura ſororum curia fuerit, & fratri alicui eam commiſerint, in fratris illius deceſſu bovem ſive equum, qui in aratro fuerit melior, & non alium habebunt.

Haupt-recht.

Et ut hec omnibus pateſiant, preſentem Paginam exinde conſcriptam Sigillis, noſtro & Capituli noſtri, & dictorum Mona-

Monaſteriorum de *Amerbach* & de *Seligintal* fecimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

MARQVARDVS de *Kaſtel* Prepoſitus.
ARNOLDVS Decanus.
CVNRADVS de *Luterberg* Cantor.
BVRCHARDVS de *Ebersberg* Scolaſticus.
OTTO de *Lobdeburc* Cuſtos.
ARNOLDVS de *Zabelſtein.*
OTTO de *Luterberg.*
BOPPO de *Trimperc.*
CVNRADVS de *Durne.*
ALBERTVS de *Lobdeburg.*
MANEGOLDVS de *Nuemburg.*
BERTHOLDVS de *Sterrenberg.*
GOTEFRIDVS de *Baſtheim*,
& alii Canonici maioris Eccleſie.

GOTEFRIDVS Abbas.
EGGEHARDVS Prior.
HEINRICVS de *Orenbach.*
EBERHARDVS Cellerarius.
ACHILLES Cuſtos.
GERHARDVS quondam Abbas *Scotorum.*
LVDEWICVS, & alii de Conventu monaſterii *Amerbacenſis.*

HEINRICVS Abbas.
ARNO Cellerarius.
Frater FRIDERICVS *Iudeus.*
CREMESARIVS. Monachi de *Brunebach.*
HEINRICVS Notarius noſter, Rector parochie in *Slirſtat.*

Dna

Dna METHILDIS Matrona nobilis *de Durne.*
IRMENGARDIS de *Butincheim*, Abbatiſſa.
GVTA de *Mectemul* Prioriſſa.
LVTGARDIS de *Heppencheim* Cameraria.
RICHARDIS Celleraria.
Soror METHILDIS de *Durne.*
GERDRVDIS Cuſtodiſſa,
& alie Domine de Conventu in *Seligintal.*

Frater HEINRICVS, dictus *Pris*, Proviſor in *Seligental.*
CVNRADVS de *Wilenbach.*
CVNRADVS *Ruvin.*
HEINRICVS de *Vbencheim.*
CVNRADVS de *Dornberg.*
ALBERTVS Sculterus de *Celle.*
EBERO de *Amerbach*; attinentes *Durne.*

Actum Anno Domini MCC *Quinquag° quarto.* VIII Idus Februarii. Indict. XII. Pontificatus noſtri Anno viceſimo nono.

NB *Ex hac Æra manifeſti convincuntur erroris, qui Epiſcopo* HERMANNO de Lobdeburg *mortis annum tribuunt* MCCLIII; *uti* FRIES *apud* LVDEWIG, Script. Herbip. *p.* 553. 593. IMHOF Notit. Proc. *p.* 123, *& paſſim alii. Maxime vero* TRITHEMIVS, *illum plane reiiciens ad* MCCL. Chron. Hirsaug. *p.* 586.

n.418. XI.

Emptio nemoris &c. *ſub iure* Vrſaz.

An. 1258.

Soror RICHEIDIS, dicta Abbatiſſa, totusque Conventus Sanctimonialium in *Selgental* Ord. Ciſtercii preſentibus & futuris ſalutem in Auctore ſalutis. Quoniam preſencium

ſencium malicia futurorum nequiciam conminatur, expedit, ut acta memorie neceſſaria conſcribantur, ne invidia aut ignorancia poſterorum in deterius commutentur.

Igitur noverit fidelium univerſitas, quod quandam Silvam, & agros cultos & incultos, & quicquid in predio ſupra notato † iuris habuit apud HEINRICVM de *Erenſtein*, comparavimus pro LXIIII libris *Hall.* ſub eo iure, quod dicitur *Vrſaze*. Si forte heredes dicti *Heinrici* hoc decretum mutare voluerint, omnia bona ſua que dinoſcitur in *Slierſtat* habere, cedant Cenobio prelibato. Hec bona ſita ſunt iuxta Clauſtrum, in monte qui dicitur *Recbberc*. Huic empcioni & ordinacioni interfuerunt utriusque ſexus homines honeſti

† *ſubnotato.*

BOPPO & RVPERTVS fratres *de Durne*.
MEHTHILDIS mater eorumdem.
MEHTHILDIS de *Brunekke*. Brauneck.
MEHTHILDIS de *Scowenberc*. Schauenberg.
BERTOLDVS de *Widegeſtat*. Witſtatt.
MEDER. VOLCNANT de *Mekenmuln*.
VOLCNANT Dapifer.
OTTO de *Vbencheim*.
HEINRICVS de *Heimersheim*.
HEINRICVS Sculteṫus de *Mekenmuln*.
BERTOLDVS de *Babenberc*.
HEINRICVS de *Wertbach*.
Monachi de *Brunnebach*:
Fr. SIFRIDVS. *Fr.* ALBERTVS, & alii q. plures.

Ne vero ſuper his cuiquam dubium oriatur, hanc Litteram inde conſcriptam Sigillorum *Mehthildis* relicte *de Durne* †† ac filiorum ſuorum BOPPONIS * & RVPERTI ** munimine fecimus roborari.

* *Ectyp.* n. IIII.
** n. V. *ſed ibi vocatur* Vlricus.

Acta anno gracie MCCLVIII. Anno quinto pontificatus venerabilis Patris Domini noſtri IRINGI Herbipolenſis Epiſcopi.

†† *Quæ in ſigillo ſub n.* VII *in ectypis conſpicitur ſedens; heic figuram præſentat erectam. Siniſtra manu librum apertum tenet.* S. DNE MHETHILDIS DE DURNE.

n.419. ## XII.

Privilegium PP. Alexandri IV.

An. 1259.

ALEXANDER *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilectis in Xpo filiabus Abbatiſſe & Conventui monaſterii de *Valle felici* Ciſt. ord. Herb. dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Devotionis veſtre precibus inclinati, preſentium vobis auctoritate concedimus, ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia & immobilia, que liberas perſonas Sororum veſtrarum mundi vanitate relicta ad veſtrum monaſterium convolantium, & profeſſionem facientium in eodem, iure ſucceſſionis vel alio iuſto titulo, ſi remanſiſſent in ſeculo, contigiſſent, & ipſe potuiſſent libere aliis erogare, rebus feudalibus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere.

Nulli ergo omnino hominum liceat (*&c.*) Datum *Anagnie* quarto Nonas Maii. Pontificatus noſtri Anno quinto.

n.420. ## XIII.

Eiusdem.

Permutationis, de qua n. X, ratihabitio.

An. 1259.

ALEXANDER *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilectis - - Abbatiſſe & Conventui . . de *Selegental* - - ſalu-

ſalutem - - - Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum; & vota que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Sane veſtra petitio nobis exhibita continebat, quod vos, utilitate monaſterii veſtri diligenter inſpecta, quandam Curtem de *Selegentál*, tunc ad vos ſpectantem, pro poſſeſſionibus, & omnibus bonis & iuribus que Abbas & Conventus monaſterii *Amarbacbenſis* - - - in villa de *Slierſtat* habebant, cum iisdem Abbate & Conventu, de conſenſu Venerab. fratris noſtri Herbip. Epiſcopi locorum Dioceſani, diligenti quoque deliberatione hinc inde prehabita commutaſtis, prout in patentibus Literis inde confectis ac ſigillo Epiſcopi prefati ſignatis plenius dicitur contineri.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper premiſſis provide factum eſt ratum & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum (&c.) Datum *Anagnie* XII Kal. Iunii. Pontificatus noſtri Anno quinto.

XIV. n.421.

„De *prædio in* Scheflenz,„

An. 1259.

Soror Richaidis humilis Abbatiſſa, totusque Conventus de *Seligental* Ciſterc. Ord. Vniverſis Xpi fidelibus ſalutem in vero ſalutari. Quoniam memoria hominum labilis eſt adeo mortalis, dignum eſt, ut acta memorie commendentur perhenni.

Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, quod Heinricus de *Vbenkeim* & uxor eius communicata manu, & quedam Matrona nomine Fridervna contulerunt nobis predium quoddam ſitum in *Scheſlenze*, quod ſolvit nobis annuatim

tim V. maldra annone, V. ſpelte, V. avene, V. ſumerinos piſe, unum ſumer. olei, duas *aucas*, * quatuor pullos, & ſcaplam ** vel XVI hallenſes.

* auca *i. e.* anſer.

** *Scapha*, ſcaphula, *ſcaphus: menſura frumentaria ſpecies.* DV FR.

Vt autem hec acta inconvulſa permaneant, Sigillorum, venerabilis Matrone METHILDIS de *Durne* & eius filii Dni RVPERTI munimine fecimus roborari. Teſtes horum ſunt

Fr. HERMANNVS de *Maſtriet*, †
& HEINRICVS de *Werpach*, Monachi.
CVNRADVS *Rivinus*.
HEINRICVS de *Schefenze*.
Fr. SIFRIDVS, & alii quam plures.

† Maſtricht

Acta ſunt Anno Domini MCCLIX. Anno ſexto pontificatus venerab. Patris Domini noſtri IRINGI Epiſcopi Herbipolenſis.

n.422. XV.

Deciſio Synodalis quoad bona eccleſiaſtica.

An. 1261.

IRINGVS *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus*. Noverint univerſi huius pagine inſpectores, quod cum ex parte dilectarum in Xpo, Abbatiſſe & Conventus - - - in *Selegental*, ſuper manſis & bonis aliis Eccleſiarum parrochialium & capellarum; ſi aliquis ius hereditarium ſibi poſſit aſcribere in eis, requireretur; per ſentenciam omnium qui aderant extitit diffinitum, quod omnis conceſſio manſorum huiusmodi eccleſiarum, ſive aliorum bonorum que eccleſiis attinent, nullam prorſus habeat firmitatem, ſed ad vitam concedentis poteſt aliqualiter tolerari.

In cuius Sentencie teſtimonium preſens ſcriptum dedimus, Sigilli noſtri munimine firmiter communitum. Datum Anno

Dni

Dni MCCLXI. XIII Kal. Februarii. Indict. quarta. Pontificatus noſtri anno VII. Ad hoc Archidiaconus ſuum appoſuit.

XVI. n.423.

Parthenoni facta donatio bonorum in Ruchsheim, *prævio conſenſu Domini territorialis.*

An. 1270.

In nomine Domini Amen. NOS METHILDIS Comitiſſa * *de Durne*, RVPERTVS & VLRICVS filii noſtri. Recognoſcimus, & tenore preſencium notum facimus univerſis, quod honeſta Matrona, dicta *Dingele*, civis noſtra in *Mektemulen*, de permiſſione & bona voluntate noſtra Bona ſua in *Ruchsheim*, que colunt & inhabitant CVNRADVS d. *Swarze* & SWIKERVS, annuatim ſolvencia XXVI ſolidos *Hall.*, quatuor pullos eſtivales, duos carnispriviales, duas *aucas*, & ſeminacionem duorum *ſuminorum* lini, propter Deum contulit, & libere donavit noſtris in Xpo dilectis; Abbatiſſe & Conventui . . in *Seligintal* ſub condicionibus infraſcriptis; videlicet, quod ELIZABET, neptis prefate matrone, dictorum bonorum uſufructum quam diu vixerit habere debeat, & poſt mortem dicte E. dicta bona Abb. & Conventus in *Seligintal* proprietatis titulo perpetuo debeant poſſidere; ita quod . . Monaſterium duas libras *Hall.* Conventui in *Schoental*, duas libras Dominabus in *Ballinkeim* **, unam . . Predicatoribus & Minoribus ſolvat in remedium animarum earumdem. Qua ſolucione ſemel facta d. monaſterium d. bona proprietatis titulo perpetuo libere poſſidebit.

In cuius . . donacionis, & noſtre ratihabicionis & conſenſus, & ad peticionem prefate *Dingele* Sigilla noſtra † preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt HEINRICVS Sculcetus. . . dictus *Rizche*. CVNRADVS *Nebeger*. HEINRICVS *Lengeveldere*. HARTMVDVS *Luez*; noſtri Conſules in *Mektemulen*, & ibidem quam plures alii fide digni.

Datum Anno Domini MCCLXX, quarto Kal. Aprilis.

* ſcil. nata, de Lauff.

** Vid. T. II. p. 76. 222.

† Ruperti, n. VI. Vlrici, n. V.

n.424. XVII.

Curtis in Seckach, *quæ aſſignata Cœnobio fuerat* manu ſeptima, *eidem nunc traditur pure.*

An. 1270.

ELIZABET relicta *de Roſenberg* omnibus preſens ſcriptum intuentibus noticiam ſubſequencium. Tenore preſencium profiteor, quod Curiam in *Sekabe* ſitam, que *aſſignata fuit ſeptima manu* Clauſtro in *Seligental* quondam ex parte mariti mei CVNRADI *de Roſenberc*, dicti *Monachi*, ac mea, abſolute poſt obitum noſtrum, nec non natorum noſtrorum, hinc inde; donavi prefato Clauſtro ad beneeſſe vite preſentis ſub hac forma, quod nec ego, nec poſteri mei aliquam debent habere iurisdictionem a modo in prefata curia, ob ſalutem anime noſtre, ſed prefatum clauſtrum habebit, libere poſſidendo.

Et ne aliqua rubiginis macula iſta poſſit attingere, preſens ſcriptum munimine mei Sigilli duxi confirmandum. Datum in *Roſenberc* Anno Domini MCCLXX. Kal. Maii, in die Apoſtolorum *Phylippi* & *Iacobi.*

n.425. XVIII.

De bonis in Hemſpach, *donatis a* LVTGARDE C. de Z. *uſufructu ad vitæ dies ſibi reſervato.*

An. 1270.

Noverint univerſi preſentis pagine inſpectores, quod LVCKARDIS Comitiſſa *de Zygenhagen*, de conſenſu matris ſue METHILDIS, Comitiſſe *de Durne*, verum eciam fratrum ſuorum BOPPONIS & RVPERTI, contulit bona ſua in *Heimesbach* ob ſalutem anime ſue Cenobio in *Seligental*; ita quod eadem bona, ſub cenſu annuali ſolidum *Hallenſem* valenti ab eodem cenobio recepta, usque ad obitum ſuum habere debet;

debet; poſt obitum vero ſuum d. Cenobium eadem bona libere obtinebit ſub hac forma, quod poſſeſſores iam dicti cenobii, LVCKARDI Domicelle ſue, *de Roilebach* dicte, ſi ſupervixerit eam, annuatim debent dare V. maldra ſiliginis, V. avene, & libram *Hall.* in feſto Sci *Martini;* qui reditus poſt obitum eiusdem domicelle eciam cedunt cenobio memorato. Quod ſi infractio fieret iam dicte puelle, prenominata bona in *Heimesbach* BOPPONI Comiti, vel ſuis poſteris .. cedent in proprietatem.

Huius rei Teſtes ſunt memorata LVCKARDIS Comitiſſa *de Zygenhagen*, que preſens ſcriptum roboravit proprio ſigillo. MECHTILDIS ſenior Comitiſſa mater ſua. * Verum eciam fratres eius & cognati: * n. VII.

BOPPO Comes *de Tyeligesberc.* ** ** n. IIII.
RVPERTVS de *Durne.* † Iunior BOPPO. †† † n. VI. †† n. IX.
HEINRICVS de *Brunecke;*
cum appenſione ſuorum ſigillorum.
CVNRADVS de *Roſſeriet.*
ENGELHARDVS de *Berlichingen.*
CVNRADVS de *Bucheim*; Milites.
HEINRICVS Sacerdos in *Meckemulen.*
ZORLINVS, & WIPPERTANZ,
& HEINRICVS, dictus *Tumminc.*
C. dictus *Glaz.*
OTTO de *Vbenkeim.* Milites.
GERNODVS de *Northeim.*
VLRICVS de *Durne.* Nobiles.
& alii quam plures.

Acta ſunt in *Meckenmulen* Anno Domini MCCLXX. Non. Kal. Aug. in vigilia Sci *Iacobi.*

XIX.

n.426. XIX.

Conſenſus Ludovici *Com.* de Ziegenhain *in venditionem prati, ad ipſum ſpectantis iure advocatitio.*

An. 1270.

Nos Comes Lvdewicvs de *Cygenhain* preſentibus litteris proteſtamur, quod Deo devote Domine, Abbatiſſa & Conventus - - in *Selgental* de noſtro favore & conſenſu emerunt quoddam pratum, ſitum in prato communi iuxta ripam in *Heimesbach*, quod ad nos iure advocaticio pertinebat, a villanis in *Boſſesheim*, ſcilicet Gramlieb dicto *Breitber*, Volzone, *Stickelmanni* filio. Volzone *Oprebt*, & Coppone, in veram & liberam proprietatem perpetuo poſſidendum.

n. VIII. In cuius rei teſtimonium & evidens argumentum Litteram hanc inde conſcriptam appenſione noſtri Sigilli * duximus roborandam. Actum Anno Domini MCCLXX.

n.427. XX.

Charta donationis a Lutgarde *C.* de Z.

An. 1271.

Nos Lvcardis Comitiſſa *de Cygenhain* notum eſſe cupimus omnibus hanc paginam audituris, quod omnia bona noſtra ſita in *Heimſpach* poſt obitum noſtrum Cenobio in *Selgental* in remedium anime noſtre contulimus, de favore filii noſtri Lvdewici Comitis *de Cygenhain* pariter & conſenſu. In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram dedimus, tam noſtro quam filii noſtri ante dicti, Sigilli munimine roboratam. Teſtes vero ſunt

Volpertvs de *Berſtat*,
Theodericvs de *Lynſingen*,

Wi-

WIGNANDVS & BERNHELMVS. Milites.
H. de *Sensvelt*, tunc temporis Officialis filii noſtri.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXXI.

XXI. n.428.

Titulus acquiſitionis Curiæ in Ruchsheim.

An. 1272.

Nos Frater D. Abbas, totusque Conventus in *Sconental*, univerſis ad quos preſens Scriptum pervenerit ſalutem in omnium Salvatore. Vt res geſta inter homines, cum ſit labilis, rata permaneat & inconvulſa, ſcripti teſtimonio & vocibus ſolet teſtium perennari.

Noverint igitur univerſi preſens ſcriptum inſpecturi, quod nos Venerabilibus, Domine Abbatiſſe totique Conventui ſanctimonialium in *Seligental* Curiam noſtram in *Ruchesheim*, quam nos emimus apud OTTONEM militem, filium HERMANNI militis, quondam *de Berlichingen*, pro XL. & duabus libris *Hallenſ.* vendidimus cum omnibus ſuis utilitatibus & attinenciis, ſicut nos poſſedimus, pace perpetua poſſidendam. Huius rei Teſtes ſunt

Dña METHILDIS, nobilis *de Durne.*
ADELHEIDIS de *Steinsvelt.*
HEINRICVS dictus *Tumminc.*
VOLCNANDVS. Milites.
HEINRICVS d. *Reſſe* Cellerarius.
CVNRADVS d. *Burgere* Scultetus.
HARTMVDVS *Luchs*. Cives in *Mechemuln.*
Fr. ALBERTVS Converſus in *Seligental;*
& alii quam plures fide digni & honeſti.

Ceterum ut nulla ſuper hac vendicione in poſterum poſſit calumpnia ſuboriri, preſentem Paginam noſtro ſigillo duximus roborandam. Actum in *Mechtemuln* Anno Domini MCCLXXII, in craſtino purificacionis Sce Marie.

n.429. XXII.

B. L. & R. *fratres* de Richartshauſen, & Hildegundis *dant Curtim ſuam communem in* Ruchsheim *ſub hac forma, quod primi decedentis pars cedere debeat Monaſterio, & ſic ulterius, donec ultimo defuncto habeat integram.*

An. 1273.

Cum non ſolum utilis, ſed & neceſſaria ſit ſcripturarum cautio que futurorum ſeriem conſervat fideliter, & veraciter repreſentat; Nos MEHTILDIS Domina *de Durne* tenore preſencium proteſtamur, quod confratres *de Richartshuſen*, BERTOLDVS, LVTWINVS, RICHGER, & ſoror eorum HILTEGVNDIS coram nobis profeſſi ſunt, quicquid iuris habere videntur in Curia in *Ruchesheim* a Dno D. Abbate & Conventu in *Schonental* per venerabiles . . Abbatiſſam & Conventum ſanctimonialium in *Seligental*, eidem Cenobio pro remedio anime ſue contulerunt, ut ſingulis decedentibus totidem partes eiusdem curie dicto Cenobio remaneant, donec omnibus defunctis d. curia ad ipſum cenobium integraliter devolvatur.

In cuius rei teſtimonium preſentem Cedulam ſigillo noſtro fecimus communiri. Teſtes *Fr* H. & *Fr* AL. de *Seligental.* W. Plebanus. Sculterus *Reſche.* HARTMANNVS *Aſcher. Lubs* de *Mekmuln*, & alii quam plures.

Actum Anno Domini MCCLXXIII, in feſto Penthecoſtes.

XXIII.

XXIII. n.430.

RVPERTI *de* Düren *conſenſus in donationem bonorum feudalium.*

An. 1273.

RVPERTVS de *Durne* omnibus imperpetuum. Tenore preſentium profitemur, quod cum OTTO miles, dictus *Zebe*, & HEINRICVS frater ſuus *de Bodinkeim*, partem Decime vini in *Rucbisbeim* a nobis poſſiderent tytulo feodali; permiſimus & conceſſimus de noſtra bona voluntate ob honorem bte Virginis, ut eandem decimam Eccleſia in *Seligindal*, quam predicti O. & H. ipſi eccleſie contulerunt, absque omnium heredum noſtrorum impedimento libere poſſideat & quiete. Preterea cum dilectus noſter OTTO, dictus *Schaler*, miles *de Berlichingen* ſextam partem Decime vini in ſuperius memorata villa tytulo feodali a nobis poſſideret, quam ſepedicta eccleſia pro X. marcis comparavit, ſimiliter concedimus libere & quiete poſſidendam. In huius facti evidentiam preſens Scriptum ſigilli noſtri munimine fecimus communiri. Teſtes

HERMANNVS de *Rufilnbuſin*,
SIFRIDVS de *Hallis*,
CVNRADVS de *Buchem*, Milites.
GERNODVS de *Northem*,
CVNRADVS de *Sinderingen*,
CVNO de *Aſcbuſin*. Nobiles.
Fr GVNTHERVS & Fr ALBERTVS Converſi de *Selgindal*, & alii quam plures.

Acta ſunt Anno Domini MCCLXXIII. Indictione VI.

n. 431.

XXIV.

Quæ Poppo *ſenior in extremis legavit Conventui, rata habet filius.*

An. 1273.

Nos Boppo de Dvrne. Tenore preſentium profitemur, teſtamentum legatum a bone mem. Boppone genitore noſtro, ratum & gratum per omnia Cenobio ſanctimonialium in *Seligental* inviolabiliter conſervare. Contulit itaque d. cenobio redditus quatuor librarum in *Weimersbach* & *Heimesbach*, de quibus uncie IIII defuerunt; in quarum reſtaurum, & perſolucionem Equi, quem d. genitor noſter apud ipſas Sanctimoniales comparaverat, contulit reſiduum redditum ſuorum in *Weimersbach*, videlicet X. uncias, & in *Sekah* in bonis *Ottin* X. uncias, & VIII *Sumb.*., & tres ſervos iure homagii, Merkelinvm, Friderman & Selicman. Teſtes

Dns Zorlinvs. R. frater ſuus *de Heinſtat.*
Dns *Wippertanz* & *Tumminc*, milites.
S. Sculterus.
R. Advocatus de *Aloltesheim.*
. . Abbatiſſa & Conventus dicti Cenobii.
Fr Gvnthervs & *Fr* Albertvs,
& alii quam plures.

Actum & datum Anno Domini MCCLXXIII.

Appendet Sigillvm Bobbonis Comitis de Tiligisberc. *In ectypis ſub n.* IX.

XXV.

XXV. n.432.

De annuo VI libr. Reditu, quo tenebantur Amorbacenſibus, *redempto.*

An. 1274.

Nos Dei gracia LVDEWICVS Electus, E. Prior, totiusque Conventus Eccleſie *Amorbacenſis.* Preſentibus proteſtamur & notum facimus univerſis, quod cum Soror GVTHA de *Heinſtat* Abbatiſſa de *Selingetal* & eius Conventus ſanctimonialium - - - ſuper quodam contractu nobiſcum habito nobis eſſent in ſex libris *Hallenſ.* annis ſingulis obligate; nos ad inſtanciam nobilis Matrone Dne MEHTILDIS de DVRNE, que dicti *Clauſtri Fundatrix exiſtit, & eſt bodie Tutrix fidelis*, acceptis ab eis L. libris *hall.*, quas ad manus nobis perſolverunt, & confitemur integraliter recepiſſe pro redemptione VI librar.. predictarum, quas annuatim nobis ut predictum eſt ſolvere tenebantur; dictam igitur Abbatiſſam - - - ſuper huiusmodi ſolucione liberas imperpetuum dimittimus, & abſolutas.

In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum iam dicto Clauſtro dedimus, noſtris Sigillis, Electi videlicet, * & noſtri Conventus firmiter communitum.

* *Monachus capite aperto, librum clauſum admovens pectori.* S. LVDEWICI ELECTI ECCLE AMORBACH.

NB. *Hic Abbas deeſt in eorum catalogo apud* R. P. GROPP Hiſt. Amorb. *Locandus poſt* Wipertum.

Teſtes qui fuerunt nominati:

EBERHARDVS *Rudo.*
C. ZORLINVS. PEREGRINVS.
H. *Dumminc.*
VOLCNANDVS. Milites.
C. *Lepus.* H. *Huteger*, Nobiles.
C. *Burger.* H. *Reſcbo*,
& alii quam plures.

Datum Anno Domini MCCLXX Quarto, in die Sci *Martini.*

n.433.

XXVI.

Fundatrix auget compendia Monaſterii bonis in Ruchsheim.

An. 1274.

Nos Methildis Domina *de Durne* Tenore preſencium profitemur, quod nos bona in *Ruchesheim*, videlicet molendinum, & alia bona que antiquus Sculcetus, cognomine *Rechſee*, erga *Struzelinum* militem, & Ottonem dictum *Zeben* comparaverat, Cenobio ſanctimonialium in *Selingetal* noſtris denariis comparavimus, & contulimus in remedio anime noſtre perpetuo poſſidenda. In cuius rei teſtimonium preſentem Cedulam ſigillo noſtro fecimus communiri. Teſtes

W. Plebanus in *Mekemulen*.
H. Plebanus in *Mulinbach*. *
C. de *Gerichſteten*,
& C. Gabelo, Monachi in *Amorbach*.
C. *de Roſeriet*. Volcnandvs.
H. *Dumminc*. Milites.
H. *Huteman*. C. Cellerarius.
Sculcetus *Reſche*.
Sculcetus *Burgere*.
H. *Aſcher*. Sifridvs *Heier*.
H. filius *Simelhus*.
Hartmvt *Lubs*. Scabini.
C. *Kazbrunner*. Lvtwinvs.
H. *Stellewagen*, de *Ruchsheim*,
& alii quam plures.

* Mehlbach.

Datum Anno Domini *MCCLXX Quarto*, in feſto Sci Martini.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII. n.434.

Vt parthenon Decimam feudalem in Ruchsheim, *ipſi elargitam ab* OTTONE Zeh *libere poſſideat, Dominus dir. concedit. Cumque in eius reſtaurum* R. *de* Duren *obtulerit Eccleſiæ* Wirtzburgenſi *proprietatem in* Ollenhauſen, *de eadem inveſtitur.*

An. 1275.

BERTHOLDVS *Dei gratia Epiſcopus Herbipolenſis.* Noverint univerſi preſencium inſpectores tam poſteri quam preſentes, quod nos precibus dilectarum in Xpo, Abbatiſſe & Conventus . . in *Selgintal* favorabiliter inclinati, Decimam in *Ruchesheim* ad noſtram collationem ſpectantem, eidem monaſterio per OTTONEM dictum *Zehe* propter Deum ſimpliciter donatam, ipſi monaſterio appropriavimus; ipſamque decimam prefatum Conventum proprietatis titulo volumus & approbamus perpetuo poſſidere. Penſata nichilominus, hac ſcilicet noſtre Eccleſie utilitate, quod Nobilis vir RVPERTVS de *Durne*, in recompenſam dicte proprietatis per nos facte, quandam curiam in *Ollenhuſen*, proprietatis iure ad eundem ſpectantem, in noſtris manibus reſignavit liberaliter, eamque a manibus noſtris recepit, titulo feodi poſſidendam.

In quorum teſtimonium preſentem Litteram appenſione Sigilli noſtri duximus muniendam. Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCLXXV, III Kal. Iunii. Pontificatus noſtri anno primo.

XXVIII.

n.435. XXVIII.

Ab OTTONE Hornaff *milite Cenobio donatur curtis in* Seckach.

An. 1276.

* *in vivis exiſtens, comparet vice ultima.*

METHILDIS Dei gracia *Comitiſſa* de *Durne* * Vniverſis preſentes intuentibus ſalutem, & credere ſubnotatis. Recognoſcimus aperte, & publice proteſtamur, quod OTTO miles, dictus *Hornaffe*, de conſenſu & voluntate OTTONIS filii ſui, curiam ipſius in *Seckahe* ſituatam, cum univerſis ad eam ſpectantibus ob anime ſue memoriam ſalutarem, Abbatiſſe — — in *Seligendal* pleno iure contulit, libere & legavit; Ea tamen interveniente condicione, quod ſi prelibatus *Otto* & filius ſuus infra quatuor annorum ſpacium predictis Sanctimonialibus X. libras *Hall.* perſolverint, anteſcriptam curiam in *Seckahe* quoad vixerint poſſidebunt; & ipſis - - - mortuis, - - ad ſanctimoniales revertetur libera & ſoluta. In cuius rei robur & evidenciam noſtrum Sigillum, & BOBPONIS ſtrenui Militis, de *Dielichesbere* Comitis, preſentibus eſt appenſum.

Acta ſunt hec, preſentibus ZORNELINO & RVDOLFO Militibus fratribus. VOLCKNANDO de *Eicholtſheim* & VOLCKNANDO *Dapifero* militibus, & HARTMVDO de *Seckahe*, nec non aliis quam pluribus fide dignis. Anno Domini MCCLXXVI, in die bti *Iacobi* Apoſtoli.

n.436. XXIX.

Curtis in Adolfsheim *facta donatio per* Euphemiam *ex Comitibus* de RIENECK, Bopponis *ſen. Viduam, ſub modis præſcriptis.*

An. 1276.

Noverint univerſi, quod ego EVFEMIA de *Rienecke*, Dni BOPPONIS de *Durne* relicta, donavi Eccleſie

ſie monaſterii in *Selgental* Curiam meam in *Adolfesheim* ſituatam, que vulgariter *Suciȝeris hof* * appellatur, cum univerſis ſuis attinenciis; meorum filiorum, BOPPONIS videlicet & LVDEWICI, pari conſenſu & unanimi voluntate accedente, proprietatis titulo poſſidendam. Hoc adiecto, quod dicte curie proventus per eiusdem monaſterii Abbatiſſam & Conventum mihi plene & integraliter annis ſingulis preſententur; Poſt mortem vero meam LVTGARDIS, dicta *Robeſcerin*, percipiet medietatem, quoad vixerit, proventuum Curie ſupraſcripte, reliqua parte apud Monaſterium permanente; excepto uno maldro ſiliginis, quod Sorori AGNETI de *Bruſteberc* dabitur ad tempus vite ſue de eisdem proventibus ob memoriam ſpecialem.

* Schweiger⸗Hof.

Inſuper d. Abbatiſſa & Conventus anniverſarium meum & mei Mariti annis ſingulis cum Veſperis, Vigiliis maioribus, & cereis noſtre memorie congruentibus ſollempniter celebrabunt, alioquin ipſa Curia ad prelibatos filios meos reverti debet libera & ſoluta.

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram pred. Abbatiſſe - -, Sigilli mei † munimine & mei filii contuli roboratam. Teſtes autem:

CVNRADVS d. *Zorlin.*
C. dictus *Wiperdanz*,
& ALBERTVS *Peregrinus.* Milites.
RVDIGERVS de *Halle*,
& R. filius dicti *Peregrini*,
& alii quam plures.

Actum & datum Anno Domini MCCLXXVI, in die Sce Cecilie virginis.

† *Mulier in peplo ad Solum usque.*

n.437. XXX.

Rvp. Vlr. & Boppo *ratam habent donationem*, * *profectam ab ipſorum Genitrice & reſp. Avia* Mechtilde, *nuper defuncta.* * n. XXVI.

An. 1277.

Vniverſis preſentem paginam inſpecturis Rvpertvs & Vlricvs fratres, & Boppo fratruelis eorum, Nobiles *de Durne*, noticiam ſubſcriptorum. Non ſolum utilis, ſed & neceſſaria eſt ſcripturarum cautio, que geſtorum ſeriem conſervat fideliter, & veraciter repreſentat.

Noverint igitur preſentes, & poſteri non ignorent, quod nos de conſenſu communi bona in *Rucbesheim*, queſita vel non queſita, nec non & inquirenda, omni iure quo ea *felicis memorie* Mater noſtra Mehtildis hactenus poſſidebat, excepta Decima & quatuor iugeribus vinearum; Ipſa inquam bona, ſecundum donationem dicte matris noſtre M. Conventui . . in *Seligental* antea factam de noſtro conſenſu, ſicut etiam ipſius ſuper hoc confecte teſtantur Littere, eidem Sanctimonialium congregationi, libera & unanimi voluntate conferimus iterato. Hac ſola commutacione ſuperaddita, quod cenſus bonorum eorumdem, videlicet XI. librarum, in uſus huiusmodi convertantur; Camerarie quinque, Cellerarie tres, Infirmarie tres aſſignentur; ut noſtris nepotibus, qui pro tempore tunc ibi extiterint, de ipſis bonis ſecundum valorem eorum neceſſaria miniſtrentur. Quocunque vero caſu hec ordinatio neglecta fuerit, tam diu Abbatiſſa, Prioriſſa & Celleraria *in pane & aqua erunt*, donec fideliter & efficaciter fuerit adimpleta.

Vt hec igitur ordinatio, qualiter prelibata eſt, firma ſit, & nulla poſſit in poſterum improbitate convelli, hanc Paginam Sigillis noſtris, nec non & Dni Heinrici de *Enkerſperc* Abbatis de *Brunebach*, & Dne Gvthe Abbatiſſe in *Seligental* ſigillis fecimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

Dns

Dns HEINRICVS Abbas *Specioſe vallis.*
CVNRADVS *Strenco* Prior in *Brunebach.*
. . Scultetus, nomine *Burger.*
CVNRADVS Cellerarius, dictus *Reſcbe*,
& alii quam plures.

Actum poſt purificationem beate Virginis. Anno Domini MCCLXXVII.

XXXI. n.438.

Due partes Decime Ruchsheim. *a* R. *de* D. *Cenobio venum date.*

An. 1277.

IN NOMINE DOMINI. Ea que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, neceſſarium eſt, & bene competit, ut litterarum apicibus & teſtimonio perhennentur.

Sciant ergo tam preſentes quam futuri huius pagine inſpectores, quod ego RVPERTVS de *Durne* communicata manu uxoris mee MEHTILDIS, * ac heredum meorum iam adultis, vendidi Sanctimonialibus in *Selgental* pro LXXII libris *Hall.* duas partes Decime in *Ruchesheim*, queſitas & inquirendas, libere & quiete imperpetuum poſſidendas. * *nata de Brauneck.*

Et ut hec emtio rata permaneat & inconvulſa, iuſſi preſentem Litteram conſcribi, & donavi prefatis ſanctimon', meo Sigillo **, VLRICI fratris mei, † & BOPPONIS fratruelis mei †† ſigillis diligentiſſime communitam. Teſtium vero nomina ſunt ſubſcripta. ** n. VI. † n. V. †† n. IX.

HEINRICVS, venerabilis Pater Abbas in *Brunebach.*
C. dictus *Sremke.* WINTHERVS,
H. dictus *Kyrieleiſon*, Monachi Cenobi eiusdem.

Gvta Abbatiſſa in *Selgintal*,
Lvckardis Prioriſſa, & totus Conventus ibidem.
C. de *Synderingen*. C. dictus *Burgenſis*,
Hermannvs d. *Kant.*. Et alii quam plures Clerici & Layci fide digni & honeſti.

Actum & datum apud *Selgental*. Anno Domini MCCLXXVII, in die bti *Auguſtini* Confeſſoris.

n.439. XXXII.

Adelheidis de Düren *in ſacri huius Collegii ſodalitium recepta. Hac occaſione Decima* Ruchsheimenſis, *quam ipſius Genitor* Rvpertvs *ab Eccleſia* Wirceb. *tenuit iure feudi, conceditur Parthenoni in proprietatem.*

An. 1278.

Bertholdvs *Dei gratia Epiſcopus Herbipolenſis.* Tenore preſentium pateat univerſis huius pagine inſpectoribus, quod dilecta in Xpo, Gvta Abbatiſſa . . de *Selgental* Ord. Ciſt. veniens *Herbipolim* ſcire nos fecit, quod Vir nobilis Rvpertvs de *Durne*, in locatione filie ſue Adelheidis, quam in Conventu Sanctimonialium dicti monaſterii recipi petiit & optinuit, Decimam ville *Ruchesheim*, qua infeodatus fuit ab Eccleſia noſtra Herbipolenſi, per collationem noſtram conferri Clauſtro . . *Selgendal* intenderet procurare. Supplicans nobis humiliter & devote, ut de ſpeciali noſtra benivolentia id proſequi dignaremur.

Poſtmodum procedente tempore facta nobis reſignatione ipſius feodi, habito per ipſum Nobilem reſtauro ipſius feodi per Curiam ſuam propriam, ſitam in villa *Ollinbuſen*, quam nobilis Matrone Methildis uxoris ſue manu ſuis manibus coadunata, per patentes eorum litteras *Herbipolenſi* Eccleſie noſtre

noſtre dedit, & loco prioris feodi poſſidebit titulo feodali; Nos ad ipſius Nobilis inſtanciam, & ſupplices preces dicte Abbatiſſe & Conventus ſui, quarum profectum ſincera in Domino diligimus karitate, Decimam memorate ville *Kuchesheim* dedimus, & in his ſcriptis damus dicto monaſterio de *Selgendal*, proprietatis nomine perpetuo poſſidendam.

In cuius donationis noſtre memoriam preſens Scriptum indulſimus ipſi monaſterio, Sigilli noſtri munimine roboratum. Datum Anno Domini MCCLXXVIII, tert. Kal. Februarii. Pontificatus noſtri anno Quarto.

XXXIII. n.440.

VDALRICVS de Duren *eximit bona feudalia in* Kutach *(quæ ad præſens poſſedit Vaſallus, donavitque Cœnobio) ab omni poteſtate ſeculari.*

An. 1278.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. Que fiunt ſub tempore, ne ſimul labantur cum tempore, expedit ea piis memoriis hominum firmius ac racionabilius commendari, ne fortaſſis tam preſencium quam futurarum perſonarum valeant intercapedine reprobari.

Nos igitur VDALRICVS Nobilis, dictus *de Dhurn*, preſentis pagine inſpectores cupimus non latere, quod HEINRICVS miles, dictus *Ketel*, bona in *Kutah*, que a nobis in feodo receperat, Eccleſie Sanctimonialium in *Selgental* cum filia ſua Sorore LIVTGARDE, prehabitis nichilominus puerorum ſuorum heredum conſiliis & conſenſu, donavit cum omni, ſicut ipſe conſuevit, iuſticia poſſidenda.

Nos autem ad inſtanciam Dne Abbatiſſe iam dicti loci bona prefata libertavimus, & ab omnibus iuribus ſecularibus dedimus abrogata. Datum Anno Domini MCCLXXVIII, feria quarta poſt ſanctum diem Paſce.

n.441. XXXIV.

Advocati Regii EDICTVM *grave*, *ne* Selgenthalenſes *in hominibus ſuis adſcriptitiis, per curſum vulgi revindicatis, quiſpiam deinceps moleſtet.*

An. 1278.

NOS CRAFTO de HOHINLOCH, *Advocatus provincialis a Sereniſſimo Domino* RVDOLFO *Rege Romanorum conſtitutus*, univerſis preſens Inſtrumentum inſpecturis Salutem, & ſubnotatis firmiter dare fidem.

Licet ex mandato Regio omnibus ſacri Imperii fidelibus curam & ſollicitudinem debitam exhibere fideliter teneamur, ſpecialiter tamen Sanctimonialibus, ceterisque utriusque ſexus religioni deditis, Deo iugiter deſervientibus, defenſionibus & iurium conſervationibus peramplius adeſſe, & intendere nos tenemur.

Hinc eſt, quod ſub rigore mandati Regii, pariter & Imperii, omnibus, cuiuscumque fuerint condicionis in genere damus firmiter in mandatis, ne ullus ex ipſis Cenobium & ſanctimoniales in *Selgintal* - - ſuis in hominibus, conſuetis precariis, aut alias quomodolibet eisdem annexis, ab antiquo etiam deſervientibus, & precipue in hominibus infra notatis, quorum nomina ſunt RVDEGERVS, de Cimmern, HEINRICVS dictus *Brenner* ibidem, GOZO de *Cimbern inferiori*, CVNRADVS d. *Vlegel*, de *Schalkeberg*, FRIDERICVS d. *Schelle* ibidem, CVNRADVS d. *Nagebein*, & . . frater eiusdem, ibidem [qui quidem homines quondam per violencie motum & minus debite ab eodem Cenobio diſtracti, modo vero per *ſentenciam cognicionis*, ſeu per *curſum vulgi* qui *Cuntſchaft* dicitur, predictis Cenobio & Sanctim' adiudicati, conſuetis ſerviciis & precariis prelibato cenobio iugiter adherebunt] gravaminibus & preiudiciis aliquibus preſumant aliquatinus moleſtare. Quicumque autem huic noſtro immo pocius mandato Regio preſumpſerint

forſitan

forſitan impoſterum contraire, maieſtatem Imperii noverint ſe graviter offendiſſe.

In cuius facti evidenciam & robur, noſtri CRAFTONIS de *Hobinloch* Advocati provincialis, & mei HERMANNI dicti *Leſch* Viceadvocati, Sigilla, * cum annotacione Teſtium qui predicte cognicioni ſive *Cuntſchaft* cum fieret intererant, videlicet CVNRADI de *Nidenowe*, - - dicti *Dummink* militum, & aliorum plurimorum fide dignorum preſentibus ſunt appenſa. ** in Effigiis n. X, XI.*

Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXXVIII, in die bte Marie Magdalene; per Emulos, ſi qui, quod abſit, forſitan emerſerint, preſentibus minime violandis.

XXXV. n.442.

De Sanctuario & Reliquiis, ad decorem Chori procuratis, exornatisque ſumptu Dominæ de Steinfeld.

An. 1278.

BERTHOLDVS *Dei gratia* Herbipolenſis *Eccleſie Epiſcopus*. Noverint univerſi huius pagine inſpectores, quod cum Altare chori Monaſterii - - de *Selgental*, cui in honore ſancte Crucis manus conſecrationis impoſuimus, *Sanctuario* ** & ſexaginta uno capitibus undecim milium Virginum, & ornamentis ad locationem ipſorum capitum ad idem ſufficientibus, cum aliis eidem altari decentibus, non ſine Honeſte matrone, Domine . . *de Steinsvelt*, viam univerſe carnis ingreſſe expenſis & ſumptibus, ac Sororis GVTE filie eiusdem matrone, Cantricis dicti loci ad honeſtatem chori & ad Dei gloriam, nec non Vicario perpetuo cum competenti prebenda ſit laudabiliter expeditum; Nos, ad humiles preces dicte - - *Gute* Cantricis, & ad decenciam loci, ut Perſone eius, & iuniores & maturiores chori, Domino vota ſua iucundiori iubilo offerant Altiſſimo; nec non ad ſpiritalis laudis extollentiam Soro- *** theca Reliquiarum.*

ris

ris GVDE Abbatiſſe . ., ſub cuius regiminis tempore Ornatus huiusmodi, promotionis viſus eſt recipere incrementa; ſtatuimus, conſulimus & monemus in DNO IESV XPO, precipientes diſtricte, nichilominus auctoritate qua fungimur ſub interminationis pena diſtricti Iudicii, ut omnia ea que ad honorem Dei ibidem ſunt ad preſens, & promotionibus fidelium in ornatu & Sanctuario appoſita, ſecundum quod inventa fuerint poſt obitum dicte Cantricis, integra conſerventur, & a nemine diſtrahantur, ſed pocius augeantur.

Super quo ſtatuto noſtro, pena premiſſa vallato preſens Scriptum fieri iuſſimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Cum appoſitionibus ſigillorum honorabilium Patrum, fratris HILTEBRANDI de *Mulbrunnen* & fratris HEINRICI de *Brunnebach* monaſteriorum Abbatum Ord. Cyſterc., in quorum proviſione locus idem conſiſtit; qui ad promotionem & conſervationem premiſſorum omnium, ex precepto Ordinis tenebuntur.

Datum Anno Domini MCCLXXVIII pridie Martini. Pontificatus noſtri anno Quarto.

n.443. XXXVI.

Vt Decima illorum de Erenſtein *in* Schlirſtatt *nexu feudali ſoluta obtineat Conventus, ſurrogantur Domino dir. alia bona in feudum recognoſcenda.*

An. 1279.

BERTHOLDVS *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus.* Tenore preſentium pateat univerſis preſentis etatis & ſucceſſure poſteritatis hominibus, quod cum HERTWICVS & GERHARDVS fratres *de Erenſtein*, poſſidentes in feodo decimam ville *Slierſtat* a Predeceſſoribus noſtris, & a nobis partem eiusdem decime, provenientem annuatim de nonaginta agris, ſubdiſtinctione culturarum notatis, ut vulgariter dici-

tur

tur *in* * *veldelich drizich acker*, contiguis curie clauſtrali - - - de *Selegental* - -, eſtimatam annis ſingulis ad X. modios ſiliginis, de noſtra licencia vendidiſſent dilectis nobis in Xpo ſorori GVTE Abbatiſſe & eius conſororibus - - - pro precio XVI. librarum *Hallenſium;* iidem fratres Curiam eorum propriam, ſitam in villa *Slierſtat*, dictam *Burkardi*, cum bonis eidem curie attinentibus, eſtimatis annuatim ad XX modios ſiliginis, in reſtaurum ipſius partis decime noſtre Eccleſie offerentes, & Honeſte matrone ADELHEIDIS matris, & IVTE ſororis eorum manibus coadunatis per HERMANNVM dictum *Seman* militem, Advocatum noſtrum de *Durne*, ex parte noſtra ſpecialiter ad hoc miſſum, noſtre Eccleſie reſignantes humiliter petiverunt, per nos ipſam partem decime dari in proprietatem - - - Monaſterio memorato.

* ein

Nos igitur eorundem fratrum precibus inclinati, dictam curiam in *Slierſtat* cum bonis attinentibus, facta nobis primum per dictos fratres reſignacione ipſius partis decime quam nobis per dictum Advocatum reſignaverunt, Curiam in *Slierſtat* cum bonis attinentibus eiſdem fratribus porreximus in feodo poſſidendam; & memoratam partem decime dedimus - -, & in his ſcriptis damus & tradimus ſepedicto monaſterio de *Selgental* in proprium; prelibatam . . Sororem GVTAM Abbatiſſam nomine ſui monaſterii mittentes in poſſeſſionem partis dicte decime corporalem.

Super his, ut omnibus elucescant, & pred. Monaſterio inviolabiliter obſerventur; preſentem Paginam ab inde conſcriptam eidem dantes Loco, ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum Anno Domini MCCLXXIX, in ebdomada ante feſtum *Iohannis Baptiſte*. Pontificatus noſtri anno Quinto.

Alias de Loci Schlierſtatt *Parochia, cum* Selgenth. *Cœnobio eiusque Fundatore magnam habente connexitatem*, R. P. GROPP *in* Annal. Amorb. p. 147. *ſequentia refert:*

„EMMEHARDVS Epiſcopus Wirceburgenſis hanc etiam „cum Eccleſiolis ſubditis, hoc eſt Filiabus, Monaſterio Amorb. „donavit. Cum Amorbacenſes Monachi in monte S. *Gothardi*,

„*di*, poſt initium ſæculi XIII Parthenonem fundarent, hanc „Eccleſiam eiusque redditus novo huic Virginum Cœnobio, „ceu Filiæ, in dotem donarunt. Eam vero CONRADVS „de DVRNE monaſterii & oppidi Amorbac. Advocatus poſt„ea *Seligenthalenſi*, item Virginum Cœnobio, a ſe recens „exſtructo addixit; Monialibus ex Sanct-Gothardino Mona„ſterio - - deturbatis, & earum monaſterio in arcem com„mutato. Hoc Pontificia iuſſione reſtitutum quidem ſubin„de fuit, ſed non Eccleſia Schlierſtattenſis cæteraque bona, „quæ penes Seligenthalenſes permanſerunt. Eſt hodie hæc „Parochia in Archidiœceſi Moguntina ſub Capitulo Tubera„no. Patronus illius eſt S. *Gangolphus*. Filiales habet Mo„naſterium *Seligenthal* & *Hembsbach*, in quo poſtremo loco „Divina alternatim cum Parocho Seckacenſi, Schlierſtatten„ſis perſolvit.

n.444.

XXXVII.

Comparatam ab H. Pfeffer *Decimam feudalem in* Hemſpach *Dominus dir. ratam habet.*

An. 1281.

BERTHOLDVS *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus.* Noverint univerſi has Litteras inſpecturi, tam preſentis etatis quam ſucceſſure poſteritatis homines, quod conſtituta in preſentia noſtri GVTA, venerabilis Abbatiſſa Monaſterii Sce MARIE in *Selgintal* - -, propoſuit, ſe Decimam illam in *Hemſpach* a nobis in feodo procedentem, de qua ſiquidem ipſi eccleſie in *Hemſpach* unus Solidus *ballenſis* pro cenſu annuo dari ſolet, apud HEINRICVM dictum *Pfeffer*, eiusdem poſſeſſorem decime pro XIIII librarum *ball.* precio comparaſſe; ipſamque decimam nomine ipſius *Heinrici* ad manus noſtras reſignans, venditionem de illa factam per nos ratam haberi; eamque ſibi & Monaſterio ſuo in proprium, divine remunerationis intuitu tradi, de noſtre Paternitatis benivolentia humiliter ſupplicavit.

Cuius

Cuius itaque precibus inſtantibus, ob Glorioſe Dei genitricis Virginis Marie, & ut Noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum a perſonis prefati monaſterii memoria perpetua habeatur, annuendum decernentes, memoratam Decimam in *Hemſpach* pred. Abbatiſſe & Conventui . - -, ſalvo tamen ipſi eccleſie in *Hemſpach* annuo cenſu, unius ſcilicet ſolidi *hallenſis* ut predicitur, in proprium damus, tradimus & donamus; ipſamque decimam cum eius univerſitate & attinenciis in pred. monaſterium *Selgintal* transferimus, iure meri proprii perpetuo poſſidendam. Omne ius quod in eius infeodatione nobis competebat, vel in futurum videretur competere, a nobis & ſucceſſoribus noſtris in his preſentibus abdicantes.

In quorum omnium evidentiam pleniorem, preſentem Litteram appenſione Sigilli noſtri duximus roborandam. Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCLXXXI, feria ſecunda poſt octavam Pentecoſtes. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

XXXVIII. n.445.

Charta venditionis quoad duo iugera vinearum per Dnm Bopponem.

An. 1282.

Nos Bobbo Comes *de Durne.* Ad noticiam univerſorum - - - cupimus pervenire, quod Dna Abbatiſſa & Conventus . . in *Selgendal* apud nos duas vineas, ſcilicet duo iugera & dimidium, ſitas iuxta *Ruchesheim*, quod vulgariter dicitur *Herlinesberge*, titulo empcionis ſeu proprietatis pro XII libris hallenſ. compararunt. Nos itaque dictam proprietatem empcionis, cum conſenſu Coniugis mee Agnetis de *Hobinloch*, fratris mei Ludewici & aliorum heredum, publice preſentibus litteris profitemur. Huius emptionis Teſtes ſunt

Rudegerus, filius Pilgerini, Militis *de Bucheim*.
Fridericus frater ſuus.

BERWARDVS frater eorundem.
DVMMINGVS Miles *de Dummenecken.*
VOLCNANDVS Miles *de Meckenmulen.*
HERMANNVS *Colbenſlac*, } Nobiles.
RVDVLFVS dictus *Wiſa*, }
Et alii quam plures fide digni.

Nos eciam predicti Comites *Bobbo* & *Ludewicus*, ut iſta libera empcio proprietatis firmior ſit & inviolabilis, Litteras noſtras in evidens teſtimonium noſtro Sigillo * dedimus communitas. Datum apud *Meckenmulen* Anno Domini MCCLXXXII, quarta feria poſt Paſcha.

* *Ectyp.* n. IX.

n. 446.

XXXIX.

Proprietas Decimæ in Sindolsheim *accreſcit Monaſterio.*

An. 1283.

NOS HERMANNVS Dei gracia Comes *de Hennenberch.* Recognoſcimus & publice proteſtamur, quod in remedium anime noſtre partem Decime in *Sindolsheim*, quam poſſidet iure feodali a nobis & a noſtris progenitoribus CONRADVS miles de *Heinſtat*, dictus *Zorlin*, contulimus Monaſterio Sanctimonialium in *Selegental*, & dedimus iure proprietario iugiter, quiete & pacifice poſſidendam.

Et ut hec robur obtineant in futurum, preſentem Paginam ipſis dedimus, Sigilli noſtri munimine roboratam. Datum *Helsberg* Anno Domini MCCLXXXIII, in die . . Vndecim milium Virginum.

Tenuit Conradus *de* Heinſtatt *decimam prememoratam a Comite* Henneb. *in ſubfeudum; Hic autem directo ab Eccleſia* Wirceb., *uti ſequens Charta rem uberius explicat.*

XL.

Digitized by Google

XL. n.447.

An. 1283.

BERTHOLDVS *Dei gratia* Herbipolenſis *Epiſcopus.* Noverint harum litterarum inſpectores ſinguli & univerſi, tam preſentes quam futuri, quod cum CONRADVS de *Heinſtat*, Miles, dictus *Zornlin*, partem illius Decime in *Sindoltsheim*, quam a Nobili viro HERMANNO Comite de *Henninberg* ſeniore in feodo habuit, dilectis in Xpo . . Abbatiſſe & Conventui Sororum in *Seligental* - - pro XXIIII librarum *Hall.* precio vendidiſſet; dictusque Comes eandem decimam, quam a nobis & Eccleſia noſtra nomine feodi tenuiſſe dinoſcitur, accepto de hac per d. Militem ſufficienti reſtauro, quod & a nobis in feodo recepit, prefatis Abbatiſſe & Conventui de noſtro verbo & licencia in proprium, pro ſue remedio anime tradidiſſet; Nos eandem tradicionem in his preſentibus approbantes, predictam Decimam in ipſum Conventum *Seligental* cum omni eius univerſitate transferimus, iure meri proprii perpetuo poſſidendam. Abdicantes a nobis & Eccleſia noſtra omne ius, quod in illa nobis - - - competebat. Danteſque eidem Conventui preſens Scriptum noſtro Sigillo ſignatum in teſtimonium ſuper eo.

Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCLXXXIII, octavo Idus Novembris. Pontificatus noſtri anno Nono.

XLI. n.448.

Donationem paternam innovat F.

An. 1285.

NOS RVPERTVS de *Vorthenberc* * filius & heres CVNRADI Nobilis *de Durne*, notum fieri cupimus univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, tam preſentibus quam futuris, quod iam dictus *Cunradus* nobilis *de Durne* pa- *a loco reſidentia.*

ter noſter pie memorie, coadunata Coniugis ſue matris noſtre Mehthildis manu, pariter & conſenſu omnia bona ſua, ſita ex altera parte *Heimesbach*, libere & pie donavit Monaſterio . . *Selgental* in veram proprietatem, iure perpetuo poſſidenda ob ſuarum remedium animarum; Vnde nos eidem pie donacioni, que tam de noſtra voluntate quam ſcitu, ritu debito eſt peracta, fidele ac certum teſtimonium perhibemus.

Et ne in poſterum ſuper eo ulla ambiguitas vel calumpniandi occaſio poſſit aliquatenus ſuboriri, Litteram hanc inde conſcriptam noſtro Sigillo, cum annotacione teſtium duximus roborandam. Teſtes ſunt

Zorlinus miles *de Heigenſtat.*
Eberwinus Plebanus de *Burcheim.*
Eberhardus Sculterus ibidem.
Frater Vlricus de *Durne*,
Fr. Albertus Cellerarius in *Selgental*,
& alii quam plures.

Datum Anno Domini MCCLXXXV.

n.449.

XLII.

De inſtituto Adelheidis de Steinfeld *ad Altare S. Crucis.*

An. 1285.

In nomine Domini. Amen. Nos Frater Sifridus, de *Mulenbrunnen*, & nos Hildebrandus de *Brunnebach*, dicti Abbates. Quoniam pie ordinationis ſeries & effectus, ut perhennando firmetur, neceſſe eſt quod litterarum teſtimonio fulciatur; Eapropter tenore preſentium patere volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod Deo devota Soror Alheidis de *Steinsfeld* reſidens in *Selgental*, eidem loco Selgental L. libris *ballenſ.* partem Decime in *Ruchesheim*,

heim, nec non & alios reditus ac proventus alibi ſitos, ad uſus perpetuos Sacerdotis, ſerviturí miniſterio Altaris quod in Eccleſia prefati loci . . conſtructum videtur in honore omnipotentis Dei, ſancte Crucis & ſacroſancte Paſſionis eius, & SS. XI mil. Virginum & martirum, ſalubri devocione commonita, prehabito nichilominus noſtro conſenſu & conſilio, comparavit; ad cuius miniſterium altaris Abbas de *Brunnebach* qui p. t. fuerit, eidem loco in Sacerdote competenti & ydoneo, qui ad minus in ebdomada diebus tribus aut quatuor in eodem altari Miſſam legere vel cantare teneatur, cum omni diligencia providere ſtudebit. Quod ſi noluerit, aut per contemptum neglexerit, Abbatiſſa predicti loci - - de conſilio ſui Conventus ſacerdotem aſſumet, qualemcunque decreverit, religioſum & ydoneum, qui ſe gerat in omnibus, tam in victu quam in veſtitu, ſecundum modum & formam Capellanorum noſtri Ordinis converſando. Si vero d. Abbatiſſa negligens in hoc per duos menſes extiterit, omnes ſupradicti proventus & decima ad Eccleſiam *Brunnebacenſem* libere devolventur, contradictione qualibet non obſtante.

Preterea notandum, quod memorata Soror ALHEIDIS mater GVTE Cantricis in *Selgental* ipſum Altare dotavit tribus libris *ball.*, ſingulis annis recipiendis de bonis in *Heimesbach*, ad lumen & ornatum, & neceſſaria ipſius altaris. Et ſi quid ſuperfuerit de bonis eisdem dicto altari ab eis conſtructo, in uſus Conventus in feſto XI mil. Virginum, omniumque Sanctorum, & in Inventione ſce Crucis, & in Exaltatione eiusdem ſine omni obſtaculo convertetur. Si quis vero huic tam honeſte & commendabili ordinationi contraire preſumpſerit, indignationem omnip. Dei, XI mil. Virg., & omnium Sanctorum ſe noverit incurſurum.

Vt igitur hec firma permaneant & inconvulſa, Litteram hanc inde conſcriptam noſtris Sigillis, nec non Abbatiſſe ſepedicti loci . . ſigillo duximus muniendam. Datum Anno incarnationis Dominice MCCLXXXV.

XLIII.

Digitized by Google

n.450. XLIII.

Fratres de Erenſtein *transvendunt Reditus ſuos in* Schlirſtat.

An. 1285.

IN NONINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS AMEN. Dilectus Deo Propheta David taliter enarravit: Filii hominum dentes eorum arma & ſagitta. Et lingua eorum gladius acutus. Non eſt ipſorum etas, nec mens eadem; & dolos cottidie meditantur. Expedit igitur, ut ea geſta que digna ſunt memorie, litteris ac teſtibus ydoneis, ne dolus quisquam aut detractionis zizania ſubterveniat, memorie commendentur.

Itaque noverint univerſi, quod nos HERTWICVS miles & GERHARDVS fratres, dicti *de Erenſtein*, vendidimus, & venditos profitemur Redditus X. librarum Hall. vel paulo plus, quos habuimus in villa *Slirſtad*, cum omnibus bonis queſitis & inquirendis, de quibus hi redditus nobis annis ſingulis ſunt porrecti; quos utique redditus, cum bonis de quibus hi dantur, ſub omni iure quo nos eosdem poſſedimus, *ſacroſancta* Domina Abbatiſſa de *Selegenthal*, & Conventus ſanctimonialium ibidem pro centum libris hall. minus quatuor, noſtris coniugibus & heredibus aſſenſum & conſenſum prebentibus compararunt. Et has centum libras - - - recepimus, receptas profitemur, & eas expendimus, prout noſtre placuit voluntati.

Ne quem autem de hoc Contractu contingat imposterum dubitare, preſentes Litteras in teſtimonium Sigillis Nobilium Dominorum, BOPPONIS de *Durne* & GOZONIS de *Hohenloch*, qui ſunt huius contractus teſtes, fecimus communiri. Sunt & hi teſtes:

WIPERTVS *Rud* de *Rudenawe*.
CVNRADVS de *Nidenawe*.

CVN-

Cvnradvs *Dumming*.
. . *Luitgaſt*, & . . filius ſuus.
Fridericvs de *Suegern*, & alii quam plures.
Actum Anno Domini MCCLXXXV, menſe Octobri.

XLIV. n.451.

Bona hactenus feudalia incorporantur Monaſterio.

An. 1288.

Nos Gotfridvs *de Hohenloch*. Vniverſis preſencia inſpecturis volumus eſſe notum, quod bona & poſſeſſiones in *Eberſtat*, que filiis Ottonis militis *de Heinſtat* quondam felicis memorie attinebant, videlicet Hermanno, Heroldo & Ottoni; & quę & quas Dne Gvte venerabili Abbatiſſe de *Seligental* iuſte & racionabiliter, ac eidem Eccleſie vendiderunt, a nobis feudali titulo poſſeſſa, proprietamus, & proprietatis iure ipſam dicta bona volumus poſſidere.

In cuius rei evidenciam cerciorem preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine roboramus. Datum & actum in *Meckenmul* Anno Domini MCCLXXXVII, in die bte *Margarete* Virginis.

XLV. n.452.

Donatio liberalis villæ Schalckberg.

An. 1288.

In nomine sancte et individve Trinitatis *Amen*. Albertvs de *Alenvelt* univerſis Xpi fidelibus preſentibus & futuris in perpetuum. Quoniam ex mutacione temporum ac generationum tranſitu geſta hominum plerumque in oblivionem, & ex oblivione in calumpniam re-

diguntur, opere pretium eſt, ut, que in longevam ſunt educenda notitiam, quibus ſubſiſtant nutrimentis, memorie fulciantur.

Sciant igitur preſentes, & futuri temporis poſteritas, quod nos pro remedio anime noſtre ac ſalute contulimus & donavimus villam, dictam *Schalcberg*, cum univerſis ſuis pertinentiis in ius & proprietatem, cum omni iure quo nobis hucusque pertinuit, Clauſtro Sce *Marie* in *Seligental* ad uſus Sanctimonialium Ordinis Cyſtercienſis que ibidem nocte & die Deo & bte Virgini deſerviunt perpetuo poſſidendam.

Vt igitur hec noſtra donatio firma maneat & inconvulſa, hoc ſcriptum Sigilli noſtri * appenſione fecimus communiri. Datum Anno Domini M CC LXXXVIII. Kal. Aprilis. Indictione prima.

* *Tres unci recurvati in totidem extremitatibus inſtrumenti ferrei, quod littera* V *ſimillimum eſt.*

n.453. XLVI.

Dynaſta Hohenloicus *ordinat Anniverſarium.*

An. 1288.

NOS GOTFRIDVS Nobilis *de Hohenloch* Vniverſis preſencia inſpecturis volumus eſſe notum, quod pro remedio anime noſtre, & Vxoris noſtre legitime quondam ELYZABET pie memorie, omniumque puerorum noſtrorum in noſtro dominio ſucceſſorum, Monaſterio - - - in *Seligintal* - - VIII iugera vinearum in *Ruchsheim* de voluntate heredum noſtrorum dedimus, & in his ſcriptis tradimus & donamus, cum omni iure libere ac quiete proprietatis titulo poſſidenda. Tali condicione adiecta, quod predicte Legitime noſtre anniverſarius in craſtino purif. beate Virginis annis ſingulis in divinorum officiis celebretur; & ipſo die, univerſitati congegracioni ac Conventui conſolacionis victus largiter miniſtretur. Duasque

que carratas vini omni Quadrageſima in perpetuum ſuccedente de predictis vineis dari fecimus ipſi Conventui in refectionem conſolacionis; quod tamen propter hoc principalis ipſorum prebenda nullatinus minuatur. Petentes, ut in divinis officiis, vigiliis, oracionibus & ieiuniis, noſtri noſtrorumque ſucceſſorum memoria habeatur.

Adicimus eciam, quod quelibet Abbatiſſa, nunc vel ex tunc electa, per ſuum Superiorem ullatenus admittatur, niſi una cum Conventu ſuo - - de premiſſa ordinacione ſervanda religione iuramenti faciat plenam fidem; alioquin ſuper dictis vineis nobis noſtriſque ſucceſſoribus competit actio repetendi.

Ad robur autem & confirmacionem dicte donacionis noſtre, Sigillorum, videlicet Dni WINTHERI venerabilis Abbatis, nec non Conventus in *Brunnebach*, & noſtri ſigilli munimine ſcripta preſencia roboramus. Datum & actum in *Frachinberg* in die Aſcenſionis Domini. Anno eiusdem incarnacionis MCCLXXXVIII.

XLVII. n.454.

De lite cum Cœnobio Amorb. *&* Eberhardo *de* Roſenberg *compoſita.*

An. 1288.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* Studioſe agendum eſt, ut ea que geruntur in tempore, ne proceſſu temporis elabantur & in oblivionem perveniant, litterarum apicibus memorie commendentur. Eapropter nos CVNRADVS divina providencia Abbas in *Amerbach*, totusque Conventus ibidem, & EBERHARDVS miles *de Roſenberc*, dictus *de Vſſinkeim* tenore preſencium profitemur, & univerſis hoc ſcriptum intuentibus declaramus, quod Lis, que vertebatur inter nos & Dnam Abbatiſſam & Conventum - - in *Selgental* ſuper quibusdam pratis, ſitis in *Heimesbach*, que idem monaſterium ſingulariter

ſub cultura ſua habebat, & attinere noſtro Monaſterio videbantur, mediantibus Honorabil' viris, & diſcretis, ſcilicet Dno WINTHERO Abbate de *Brunnebach* & EGENONE plebano in *Durne* ſecundum ſubnotatam formam amicabiliter eſt deciſa; videlicet quod pred. Abbatiſſa & Conventus in *Selgental* pratum quoddam in *Sindolsheim*, quod ibidem earum Curie attinebat, & commune cum memorato *Eberhardo* habebant, eidem EB. de *Roſenberc* in concambium predictorum pratorum in *Heimesbach* de noſtro conſenſu in poſſeſſionem liberam iure debito tradiderunt, & noſtro monaſterio libram Cere ſingulis annis in exalt' Sce Crucis perſolvent, ut exinde lumen ad Miſſas in elevacione ſacre Hoſtie ritu perpetuo habeatur; & prefatum monaſterium in *Selgental* ſepedicta prata in *Heimesbach* libere in perpetuum poſſidebunt.

Vt igitur de premiſſis nulla poſſit in poſterum ambiguitas vel calumpniandi occaſio ſuboriri, Litteram hanc inde conſcriptam Sigillo noſtro, ac noſtri Conventus, & predicti *Eberhardi* de *Roſenberc* duximus muniendam. Teſtes ſunt

FRIDERICVS Cuſtos in *Amerbach.*
HERMANNVS Capellanus.
FRIDERICVS Infirmarius de *Brunnebach.*
HENRICVS dictus *Longus*, Sacerdos in *Selgental*, Frater VLRICVS de *Durne* Converſus ibidem, & alii quam plures.

Datum & actum Anno incarnati Verbi MCCLXXXVIII.

n.455.

XLVIII.

De bonis in Eberſtatt.

An. 1288.

NOS RVPERTVS de *Durne*. Notum fieri cupimus univerſis & ſingulis hanc paginam inſpecturis, quod accedente conſenſu METHILDIS coniugis noſtre, ac voluntate

tate filii noſtri RUPERTI, ſancte Moniales in *Selgental* emerunt apud HEINRICUM dictum *Falshart* de *Bucheim*, bona ſua in *Eberſtat*, que ſolvunt ſingulis annis duas libras *hall.*, in meram & in veram proprietatem libere & quiete perpetuo poſſidenda.

Et ut hec venditio ſive emptio robur obtineat firmitatis, preſentes Litteras fecimus conſcribi, & donavimus prefatis ſanctis monialibus - - in teſtimonium, Sigillo noſtro diligentiſſime ſigillatas. Teſtium nomina ſunt ſubſcripta.

EBERWINUS Paſtor eccleſie in *Burcheim*.
HEINRICUS de *Amerbach* Vicarius ibidem.
RUDOLFUS de *Heinſtat*, &
CUNRADUS dictus *Zorlin*, fratres.
CUNRADUS de *Syndringen*, &
EBERHARDUS d' *Kanz* Sculteтus in *Burcheim*;
& alii quam plures fide digni & honeſti, ad hoc vocati & rogati.

Datum & actum apud *Fortinberc*. Anno Domini MCCLXXXVIII, in die Sce *Cecilie* Virginis.

XLIX. n.456.

Littera venditionis bonorum in Ruchsheim.

An. 1289.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* Fidelis eſt litterarum cuſtodia que rerum ſeriem eloquitur evidenter, & emergentibus calumpniis firma obviat veritate. Eapropter ego IUTA de *Rabenſperg*, & *Cunradus* & WALTHERUS & BERTHOLDUS filii mei litteris preſentibus profitemur cum noſtris heredibus univerſis, quod nos de communi noſtro conſilio & conſenſu vendimus - - & tradimus in his ſcriptis tres *manſus* noſtros Monaſterio in *Selgental* pro LX libris *hall.*, quos in

Ruchesheim proprietatis titulo poſſidebamus, ut idem monaſterium manſus eosdem - - in meram & liberam proprietatem poſſideat iure perpetuo, contradictione qualibet non obſtante.

Ad cuius rei evidenciam & firmitatem perhennem, Litteram hanc exinde conſcriptam, quia ſigillum proprium non habuimus, Sigillis Honorabilium virorum, Dni WINTHERI Abbatis in *Brunnebach*, & Nobilis Dni . . * *de Schelklingen* fecimus communiri. Teſtes ſunt

* *ita autogr.*

CIPELLANVS Advocatus in *Mechemul.*
IOHANNES Sculteтus. *Reſche*, *Lubs*,
& frater ſuus BERTHOLDVS.
SIFRIDVS, *Heiger* dictus.
BOPPO, & frater ſuus MARQVARDVS,
& quam plures alii fide digni.

Actum Anno . . MCCLXXXIX in adventu Domini.

n.457. L.

Proceſſus Iudicii Eccleſiaſtici contra violentum Cœnobii Spoliatorem GERHARDVM Pincernam *de* Erpach *&* *Complices.*

An. 1290.

IVDICES ASCHAFFINBVRGENSES. Dilectis in Xpo, in *Moſabe*, *Michelenſtad*, & in *Gundersbach* Plebanis ſalutem in Domino. Venientes ad preſenciam Reverendi Patris Domini GERHARDI Archiepiſcopi *Maguntini*, dilecta in Xpo . . Prioriſſa Monaſterii in *Selgendal* Ord. Cyſt. ex parte Abbatiſſe & Conventus ſanctimonialium ibidem, & . . Plebanus de *Slirſtad* Herbip. dioc.; ex parte ſua gravi ſibi querimonia demonſtrarunt, quod GERHARDVS Pincerna *de Erbach*, & quidam ſui Complices, Dei timore poſtpoſito ipſam Abbatiſſam & Conventum in villa *Slirſtad* equis, bobus, ovibus, por-

porcis, pecoribus, & rebus aliis mobilibus, ad valorem trecentarum libr. *ball.*, ipſumque Plebanum duobus equis, duobus bobus & XII ovibus temere ſpoliarint; in Converſos etiam, famulos & homines dicti Cenobii, trudendo & percuciendo eosdem, manus iniecerint violentas; & hoc iidem Prioriſſa & Plebanus declararunt, quemadmodum debuerunt. Mandante igitur dicto Dno Archiepiſcopo, nobis coram ipſo conſtitutis, atque vive vocis oraculo firmiter iniungente, ut contra dictos Spoliatores & moleſtatores ſecundum Statuta Maguntini Concilii procedere, & ad condignam ſatisfactionem ipſos compellere deberemus.

Nos ad eius mandata dictorum Malefactorum temeritatibus obviare volentes, vobis mandamus ſub pena ſuſpenſionis, quam trium dierum monitione premiſſa preſentibus in vos & quemlibet veſtrum ferimus ſi non feceritis quod mandamus, quatenus ſtatim viſis preſentibus dictum *Gerhardum* Pincernam & ipſius complices perſonaliter accedentes, ipſos commonitos diligentius habeatis, ut a veſtra monicione infra octo dierum ſpacium, tam ipſis Abbatiſſe & Conventui quam Plebano predicto, ſatisfacto ſibi condigne de iniuriis irrogatis, ablata reſtituant univerſa; alioquin, niſi medio tempore aliud a nobis receperitis in mandatis, ipſos, quos ex nunc ut ex tunc provide in his ſcriptis excommunicacionis vinculo innodamus, nullo alio exſpectato mandato ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis, pulſatis campanis & accenſis candelis excommunicatos ſollempniter nuncietis, & ubi oportunum fuerit denunciari mandetis; Loca in quibus domicilium optinent, & ad que dictum ſpolium deductum eſt, vel fuerit, auctoritate preſencium ſubicientes eccleſiaſtico Interdicto, ſecundum tenorem ſtatutorum Concilii Maguntini. Et ſi, quod abſit, dicti Malefactores in ſua pertinacia ad unius menſis ſpacium preſumpſerint perdurare, vos ex tunc, nullo alio exſpectato mandato, in locis in quibus ſe receperint, quam diu preſentes extiterint, & poſt ipſorum receſſum per triduum, que & nos ex nunc prout ex tunc ſententie interdicti ſubicimus in his ſcriptis, ceſſetis, & ceſſari man-

mandetis penitus ab officiis Divinorum. Vnus alium in execucione mandatorum huiusmodi non exſpectet.

Datum Anno Domini MCCLXXXX in craſtino bti *Lamperti*. Reddentes litteras ſub pena predicta, ſtatim viſo mandato.

n.458.

LI.
Privilegium PP. Nicolai IV.
An. 1291.

NICOLAVS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilectis in Xpo filiabus, Abbatiſſe & Conventui monaſterii de *Selgental* — — — ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, &, ne pravorum hominum maliciis agitentur, eos, tanquam pia mater, ſue protectionis munimine confovere.

Eapropter, dilecte in Xpo filie, veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & Locum in quo divino eſtis obſequio mancipate, cum omnibus bonis que impreſenciarum racionabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, ſub bti Petri & noſtra protectione ſuſcipimus; ſpecialiter autem terras, domos, poſſeſſiones, grangias, redditus, prata, paſcua, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos veſtro monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum (*&c.*) Datum *Rome* apud Scam Mariam maiorem XII Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno tercio.

F. R.

LII.

LII. n.459.

De bonis in Krauenwinckel.

An. 1292.

Nos Albertvs Nobilis *de Hohenloch* tenore preſencium proteſtamur, quod *Tobekazze*, filius bone mem. Hertwici militis, dicti *Kreiz*, profeſſus eſt coram nobis, quod tam ipſe quam heredes ſui, nec non heredes predicti militis, donacionem bonorum in *Krawenwinkel*, iure proprietatis ſibi attinencium quam ipſe habet, . . Abbatiſſe totique Conventui — — in *Seligental* pro remedio anime ſue contulit, ratam habebunt, dicto cenobio perpetualiter libere poſſidenda.

In cuius rei teſtimonium preſentem cedulam Sigillo noſtro fecimus communiri. Datum & .actum Anno Domini MCCLXXXXII in craſtino Sci *Martini*.

LIII. n.460.

Que Godfr. *de* Hohenloh *ordinavit circa Anniverſarium* * *rata habentur ab ipſius fratre* Alberto. * n. XLVI.

An. 1293.

Nos Albertvs de *Hohenloch*, oppidi in *Mekemulen* Dominus. Tenore preſencium profitemur, quod nos donacionem vinearum, quarum VII iugera ſita ſunt in monte apud villam *Ruchesheim*, & vineto Abbatiſſe - - - in *Selgental* ſunt contigua; Et medietatis agri in muris dicti oppidi, a bone mem. Gotfrido fratre noſtro de *Hohenloch* pro remedio anime ſue, & pie record. Elizabet uxoris ſue dicto Cenobio factam, gratam & ratam habere decrevimus, prout in Litteris predicti noſtri germani ſuper eo confectis plenius continetur.

Et ne in poſterum per nos, quod abſit, heredes aut ſucceſſores noſtros ſuper his dubietatis aut impeticionis ſcrupulus valeat ſuboriri, preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Teſtes:

Domneck. HENRICVS miles *de Tummeneke.*
Neidenau. CVNRADVS miles *de Nidenowe.*
WIPERTVS miles *de Huſen.*
H. filius *Tummingi.*
RVDEGERVS, dicti mil. *de Nidenowe* Sororius.
BERTOLDVS *Lubs.* HARTMVDVS *Lubs,*
& alii quam plures.

Actum & datum Anno Domini MCCXCIII. Kal. Maii.

n.461. LIV.

EIVSDEM,

quod Parthenon emerit Reditus in Ruchsheim, *ad tempus definitum percipiendos.*

An. 1293.

NOS ALBERTVS de *Hohenloch*, oppidi *Mekmulen* Dominus Tenore preſencium proteſtamur, quod ALBERTVS de *Eicholſesheim*, filius bone mem. VOLCNANDI militis ibidem, coadunata manu HENRICI dicti *Kolner* ſororii ſui, VLRICI & HERMANNI fratrum ſuorum, profesſus eſt coram nobis, quod venerabiles Matrone, Abbatiſſa & Conventus ſanctimonialium in *Seligental* - -, uſufructus redditum in *Ruchesheim*, ad eum ſpectantes, pro XVIII libris *ball.* per ſpacium trium autumpnorum percipiendos comparaſſent; Ipſe quoque ſanctimoniales promiſerunt, quod, ſi medio tempore d. *Albertus* ipſos proventus alienare aut vendere voluerit, ipſum non impedient, dummodo per dictum ſpacium ipſos percipiant uſufructus. Super torculari vero ibidem ſito, ad d. *Alber-*

Albertum ſpectante, hinc inde extitit ordinatum, ut ipſe ſanctimoniales defectus in eo neceſſarios citra ſummam quatuor librarum reſtaurent; & ſi quippiam ſupra erogaverint, d. *Albertus* ipſis non tenebitur ad reſtitucionem.

In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Teſtes

GERVNGVS Advocatus noſter.
H. de *Bullenkeim*,
IOHANNES *Holeiz*, cives noſtri,
& alii quam plures.

Actum & datum Anno Domini MCCXCIII. Kal. Maii.

LV. n.462.

DE *donata Monaſterio curti in* Hauſen, *ab eoque recepta in feudum, poſt donantis obitum Conventui ceſſura.*

An. 1294.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *Amen.* Quia labilis eſt humana memoria, & neceſſe eſt, ut ea que in tempore aguntur, ne cum tempore labantur, ſcripturarum ſerie perennentur; Noverint igitur univerſi tam preſentes quam futuri, quod ego WIPERTVS miles *de Huſen* curiam meam ſitam in *Huſen*, que quondam fuit patris mei WIMARI, ſanctimonialibus Cenobii in *Seligental* tradidi libere, & donavi; Quam curiam, cum eedem ſanctimoniales *ſex ſeptimanis & unum diem in earum poteſtate* rite & racionabiliter *habuiſſent*, pro *fertonc cere* ſingulis annis usque ad obitum meum iterato in feodo recepi a monialibus ſupradictis; poſt obitum vero meum prelibata curia cum ſuis redditibus ſine quolibet meorum heredum impedimento libere cedere debet in uſus cenobii memorati. Teſtes huius facti ſunt

ALBERTVS plebanus in *Huſen.*
HENRICVS miles *Colner.*
CRAFTO de *Heucbelheim.*
VLRICVS de *Eicholſsheim.*
EINHARDVS de *Nagelſperch.*
CVNRADVS *Phuſeche.*
MANEGOLDVS. H. *Stemeler.*

In cuius rei teſtimonium preſentem dedi Litteram, Sigilli venerabilis viri, Dni WALKONIS Abbatis in *Schontal* munimine roboratam. Datum Anno .. MCCXCIV, XIII Kal. Septembris.

n.463. LVI.

DOMINO *directo in alienationem bonorum feudalium conſentienti, Vaſallus dat alia bona in Surrogatum.*

An. 1295.

MANEGOLDVS *Dei gratia Epiſcopus Herbipolenſis.* Ad univerſorum & ſingulorum notitiam - - - cupimus pervenire, quod Strenuus miles CONRADVS de *Nydenauwe* in noſtri preſentia conſtitutus publice recognovit, ſe bona illa in *Schalcperg*, que a nobis & noſtra Eccleſia in feodum poſſederat, Dilectis in Xpo - - Abbatiſſe & Conventui - - in *Seligental* — — — pro anime ſue remedio pure & ſimpliciter donaviſſe; Nobis inſtantius ſupplicando, ut nos eandem donationem ratificantes, dicta bona prenominatis - - - in proprium donare, & in recompenſationem eorundem - - bona ſua propria in *Selben*, ab eo reſignata, recipere, ſibique conferre in feodum dignaremur.

Nos itaque ipſius Militis ſupplicationibus inclinati, ſperantesque ex hoc noſtre Eccleſie conditionem poſſe fieri melio-
rem,

rem, ſupradictis Abbatiſſe - - ac eorum Cenobio prelibata bona in *Schalcperg*, que a nobis & noſtra Eccleſia abdicamus, in proprium donavimus preſentibus & donamus, iure proprii perpetim poſſidenda. Prelibata vero bona in *Selben* a d. Milite nobis reſignata recipientes, ſibi eadem in feodum contulimus & conferimus, a nobis - - - iure feodi poſſidenda.

In quorum premiſſorum teſtimonium hoc ſcriptum noſtri Sigilli patrocinio fecimus roborari. Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCXCV. Nonas Augusti. .. Pontificatus noſtri anno Octavo.

LVII. n.464.

Donationis, de qua n. LV, *extenſio.* *An.* 1295.

Fidelis eſt litterarum cuſtodia que rerum ſeriem eloquitur evidenter, & emergentibus calumpniis firma obviat veritate. Eapropter ego WIPERTVS miles *de Huſen* tenore preſencium litterarum ad noticiam cupio pervenire cunctorum, quod ego Curiam meam in *Huſen*, que quondam fuit patrui mei, dicti WIMAR, cum omnibus redditibus ſuis, & ſex iugera vinearum ibidem, trado & dono, donavi & tradidi in his ſcriptis irretractabiliter, ut ea poſt obitum meum Abbatiſſa & Conventus . . in *Selgental* poſſideant iure perpetuo in meram proprietatem libere & quiete; nec aliquid iuris vel dominii relinquo in bonis eisdem, heredibus meis & ſucceſſoribus, que ab omni impeticione & impedimento libera & ſecura donacione contuli Monaſterio memorato poſt obitum meum poſſidenda. Et in memoriam, & certum huius donacionis indicium, pullos qui de bonis eisdem ſolvuntur, recipiet iam, me vivente annis ſingulis monaſterium antedictum.

Vt autem hec rata permaneant & illibata, Litteras preſentes rogavi Dominos *de Winſperch* Nobiles, videlicet Dnm CVNRADVM & CVNRADVM, ipſorum communi ſigillo, cum proprium non habeam, roborari.

Nos vero *Cunradus* & *Cunradus* de *Winſpercb* predicti ad peticionem . . *Wiperti* militis noſtrum commune ſigillum * preſentibus duximus inpendendum in teſtimonium donacionis antedicte. Teſtes vero huius facti ſunt

* exprimit amborum nomina.

ALBERTVS plebanus in *Huſen.*
HEINRICVS *Colner.*
VLRICVS de *Aicbolfsbain.*
DIETHERVS de *Berlicbingen.*
HEINRICVS dictus *Duminc.*
CVNRADVS de *Nidenawe.* Milites.
CVNRADVS d' *Pbuſecbee.*
CRAFTO de *Hucbelbain.*
EINHARDVS de *Nagelſpercb.*
DIETHERVS & CVNRADVS de *Roſſeriet.*
MANGOLDVS. HEINRICVS *Stamler,*
& quam plures alii fide digni.

Datum Anno Domini MCCXCV. VI. Kal. Septembris.

n.465.

LVIII.

Decima in Ditenbach *nexu feudali ſoluta.*

An. 1296.

Noverint univerſi — — —, quod nos ALBERTVS, dictus *de Hobinlocb*, concedimus & indulgemus, bona, que a nobis tenuit STRVZILINVS de *Strausfelt* iure feodali, videlicet duas partes Decime in *Tidibacb*, eſſe propria: Que bona idem vendidit ſanctis monialibus in *Selgentbal*, ita quod de cetero nullum ius feodale ad decimam prenominatam habeamus.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras conſcribi fecimus, & Sigillo noſtro fideliter communiri. Datum Anno Domini

mini MCCXCVI in vigilia *Martini* Epiſcopi. Teſtes huius emptionis ſunt ALBERTVS de *Hobinlocb*, GERVNGVS Advocatus, BERTOLDVS *Lbus*, HARTMVDVS *Lbus*, & alii quam plures fide digni.

LIX. n.466.

DE *Feudo, cauſa rite non obſervatorum ſolennium Proclamationis, Vaſallo per* Wirzb. *Eccleſiæ Miniſteriales abiudicato.*

An. 1297.

MANEGOLDVS *Dei gratia Epiſcopus* Herbipolenſis.

Tenore preſentium publice profitemur, Quod cum inter dilectas in Xpo, Abbatiſſam & Conventum - - - in *Seligental* - - ex una, & SYBOTONEM, filium SIBOTONIS de *Walbuſen* quondam Militis, nunc Converſi in *Eberach* ex parte altera, ſuper quibusdam bonis & iuribus in *Sindolsheim* aliquamdiu foret diſſenſionis materia ventilata; aſſerentibus predictis ſanctimonialibus, quod bona de quibus extitit queſtio, quatuordecim annis & amplius tamquam proprietaria pacifice poſſediſſent; predicto vero *Sibotone* vice verſa dicente, quod eadem bona ſibi attinerent tytulo feodali; quodque annis ſingulis coram nobis, utpote *Iudice Terre*, prout debuit, *illa ſicut moris eſt legitime proclamaſſet;* Tandem nonnulli Milites, ad hoc utrimque electi, ſententiando pronunciarunt, quod ambe partes ad terminum, videlicet ſextam feriam ante feſtum bte *Margarete* virginis, ad noſtram preſenciam venire deberent; & ex tunc dictus SYBOTO, aut per *ſeptem teſtes ydoneos*, aut *per Regiſtrum noſtrum iudiciale docere teneretur, quod dicta bona annis ſingulis rite & racionabiliter proclamaſſet.*

Quo termino veniente Strenuus Miles . . dictus *Bleiche*, avunculus ipſius *Sybotonis*, pro eodem abſente comparuit, & ad

ad inſtanciam venerabilis in Xpo . . Abbatis in *Brunnebach*, qui pro ſupradicto cenobio & ſanctimon' ei ſubiectis comparuit, per Nos, dictante Miniſterialium Eccleſie noſtre coram nobis preſencium concordi ſentencia, a dicto Milite fuerat requiſitum, cuiusmodi feoda Bona diceret prenotata. Qui illa *Manleben* vulgariter nuncupavit. Et ſtatim predicte noſtre Eccleſie Miniſteriales, ſub obtentu noſtre gratie requiſiti, concordem Sentenciam protulerunt, quod ſemper, *ſex ſeptimanarum & unius diei ſpacio elapſo, continue & ſucceſſive, de iure feodo deberent talia proclamari, alioquin Proclamacio aliter facta nullius eſſet roboris vel momenti.*

Et quia predictus *Syboto* nec per ſe nec per alium dicta bona, ſive per teſtes, ſive regiſtrum oſtendit ſe legitime proclamaſſe; Nos, ſecundum predictorum Miniſterialium noſtrorum concordem ſentenciam, memoratas Abbatiſſam & Sanctimoniales, nec non eorum Cenobium a prelibati *Sybotonis* impeticione quoad dicta bona diffinitive ſentenciando abſolvimus, & perpetualiter in his ſcriptis dicimus abſolutas. Teſtes autem qui premiſſis interfuerunt, ſunt

HEINRICVS Prepoſitus maior.
WERNHERVS de *Tannenberg*.
AN. *de Gundelvingen*, Prepoſ. *Onolſpacenſis*, Archidiaconus Eccleſie noſtre.
WOL. Prepoſitus Novi monaſterii.
ER. de *Starkenberg* Prep. *Mosbacenſis*.
LVDEWICVS de *Hohenberg*, &
ALBERTVS de *Talheim*, noſtre Eccl. Canonici.
Item EB. *Hunkelin*.
HART. de *Grunach*, & HELWICVS, Milites, Fideles noſtri.
HEINRICVS *Weibeler*, IOHANNES *Hane* Cives *Herbipolenſes*, & plures alii fide digni.

In

In quorum premiſſorum teſtimonium hoc ſcriptum noſtro Sigillo fecimus roborari. Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCXCVII, ſexta feria predicta. Pontificatus noſtri anno X°

LX. n.467.

De conceſſa Feudi alienatione.

An. 1297.

Noverint univerſi tam preſentes quam futuri - - - -, quod nos RVPERTVS Comes *de Durne*, una cum filio noſtro RVPERTO publice concedimus & indulgemus MARQVARDO, filio quondam Militis HERLIWINI, duo bona, GVNTHERI & C. dicti *Suarzen*, ſanctis monialibus in *Selgenthal* vendidiſſe; que bona idem *Marquardus* a nobis tenuit iure feodali. Tali condicione, quod ad prefata bona nullum ius feodi nos habere dinoſcamus.

In cuius rei teſtimonium & evidenciam pleniorem preſentes litteras conſcribi fecimus, & Sigillo noſtro * fideliter communiri. Teſtes autem ſunt ſubſcripti.

* *refert typum Tolchsb.*

HERLIWINVS plebanus in *Vorthinberc*.
C. Miles *de Nidinaw*.
C. *de Sinderingen*. C. *de Northan*.
MARQVARDVS ſervus Dni *de Hohinloch*, &
WOL. ſervus predicti Domini.
HARTMVDVS *Lubs*, & alii q. plures fide digni.

Datum & actum Anno . . MCCXCVII in vigilia Annunt. Marie.

n. 468. LXI.

Decima & allodium in Sindolsheim Monaſterio cedunt.

An. 1298.

MANEGOLDVS *Dei gratia Epiſcopus Herbipolenſis.* Harum ſerie litterarum recognoſcimus publice univerſis, quod SYBOTO de *Walbuſen* & LVPOLDVS frater ſuus ad noſtri preſenciam venientes, coram nobis in figura Iudicii confeſſi ſponte fuerunt & publice recognoverunt, ſe omni actioni, queſtioni, liti, ſeu iuri, que eis contra Religioſas in Xpo dilectas Abbatiſſam & Conventum . . in *Seligental* - - - ſuper quarta parte Decime in *Syndolsheim* & dimidio allodio ibidem, nec non ſuper bonis & iuribus aliis quibuscunque competebat ſeu competere videbatur, compoſicione amicabili interveniente renunciaſſe ſimpliciter & preciſe; quod & coram nobis ſimpliciter fecerunt manu & calamo, ſicut fieri eſt conſuetum.

In quorum premiſſorum teſtimonium hoc Scriptum ad eorum peticionem dictis ſanctimonialibus dedimus, noſtri ſigilli karactere conſignatum. Datum & actum *Herbipoli* Anno Domini M CC XCVIII. XVII Kal. Maii. Pontificatus noſtri anno X° Preſentibus

WERNHERO de *Tannenberg*, Cantore Eccleſie noſtre.
ARNOLDO de *Vſſenkeim* Canonico ibidem.
Mgro BVRCHARDO Scolaſtico Eccl. *Novi operis.*
ECKEHARDO *Dapifero.*
GODFRIDO dicto *Betelman.*
LVDEWICO de *Lancheim.*
ERKINGERO de *Sauwensheim.*
WIPERTO de *Krentſe.* Militibus.
Et pluribus aliis fide dignis.

LXII.

LXII. n.469.

Qualiter tranſactum fuerit de bonis in Schalckberg.

An. 1299.

NOS DECANVS Eccleſie *Orengavvenſis*, VLRICVS de *Oren*, Mgr HERMANNVS, eccleſie prefate Canonici. Notum facimus univerſis, ſeriem preſencium viſuris ſeu audituris, ac firmiter proteſtamur; quod, cum ſuper bonis quibusdam, ſitis in *Schalcberg*, que quondam fuerant WIPERTI de *Schalcberg*, lis verteretur inter - - Conventum in *Seligental* ex parte una, & CVNRADVM de *Nidenawe* militem ex altera, talis amicabilis compoſicio intervenit, quod prefatus C. *de Nidenawe* eadem bona cum eorum attinenciis ad tempora vite ſue libere debeat poſſidere, & poſt eius obitum in remedium anime ſue ad . . Monaſterium . . devolvantur.

Huic compoſicioni nos interfuiſſe, & aliud nichil de hac materia noſſe, ſecundum noſtras conſciencias . . proteſtamur. Et quia nos VLRICVS & M. HERMANNVS prefati, ſigillis ad preſens caremus, contenti ſumus Sigillo Dni Decani * quod preſentibus appoſitum eſt ad evidenciam premiſſorum. Datum Anno . . MCC *Nonag° -nono*, in craſtino Nativitatis beate Virginis.

* S. REZŌNIS DECANI IN ORINGAW. *Clericus ad B. V. iconem in genua provolutus.*

LXIII. n.470.

Donatio Curiæ in Seckach.

An. 1302.

NOS LVDEWICVS Miles, dictus *Munch* de *Roſinberg*, & Collateralis noſtra Domina AGNES notum eſſe cupimus univerſis tenorem preſencium inſpecturis, publice

profitentes, quod nos coadunatis manibus, mediante conſenſu & voluntate filiorum noſtrorum CVNRADI & LVDEWICI, donavimus & contulimus, donamus & conferimus per preſentes, donacione libera inter vivos, Domine . . Abbatiſſe & Conventui in *Seligintal* Curiam noſtram in *Segka*, cum omnibus ſuis pertinenciis queſitis & inquirendis, mero proprietatis iure perpetuo poſſidendam pie & devote, pro Progenitorum noſtrorum, & noſtrarum animarum remedio & ſalute. Renunciantes omni proprietati & iuri, nobis aut noſtris heredibus in ea competenti, aut antea competebat.

Vt autem hec Donacio, prout eſt facta ſalubriter & devote, a nobis vel a ſucceſſoribus noſtris, aut a quibuscumque in poſterum nequeat infruſtrari, Sigillum noſtrum, * & ſigilla WIPERTI & CONRADI de *Rudenowe* † Militum, ad peticionem noſtram preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini *M CCC Secundo.* Idus Iulii.

* *Imago hominis*, Roſam *in altum tenentis*, *ſiniſtra manu* Avem.
S. LVDEWICI MONACHI DE ROSENBERG.

† *Tria capita lupina*, *faucibus diſtenſis.*
S. WEIPERTI DE RVDENAWE.

n.471. LXIV.

Donatio Piſcaturæ.

An. 1303.

NOS CVNRADVS Miles, dictus *de Nydenovve*, & collateralis noſtra Domina IVTTA Preſentibus publice profitemur, quod nos coadunatis manibus, & unanimi conſilio & voluntate donavimus - - -, donatione libera inter vivos, Piſcaturam noſtram, ripam videlicet, dictam *Seckach*, ab illo termino ubi influit ripa, dicta de *Heimesbach*, ſurſum usque ad illum terminum, ubi terminatur Marka de *Schalckeberg* &

& de *Seckach*, Abbatiſſe & Conventui - - *Seligintal*, intuitu retributionis Divine iure proprietario perpetuo poſſidendam. Renunciantes omni iuri, quod nobis aut noſtris heredibus in dicta piſcaria antea competebat.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum * preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCIII. *Margarete* virginis.

* *Animal dimidiatum, capite ſurſum verſo.*
S. CVNRADI MILITIS DE NIDINAWE.

LXV. n.472.

Vlterior eiusdem CONRADI *liberalitas.*

An. 1305.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* Ne ea que geruntur in tempore, ſimul cum tempore fluant & labantur, expedit ea litterarum teſtimonio perhennari. Noverint igitur univerſi, preſentes & futuri tenorem preſencium inſpecturi, quod nos CVNRADVS Miles, dictus *de Nidenawe*, acceptis XXX libris *ball.* ab Abbatiſſa & Conventu . . *Seligintal* dedi & tradidi, do & trado, Donacione libera inter vivos, omnia bona mea, queſita & inquirenda, culta & inculta, in villa *Schalkeberg* & in Marchia eiusdem ville ſita, cum omnibus iuribus ſuis, predictis - - - de *Seligintal* cum pleno rerum dominio proprietatis titulo perpetuo poſſidenda. Renunciantes expreſſe per preſentes litteras omni iuri, actioni ſeu inpeticioni, quod vel que nobis ſuper pred. bonis hactenus competebat, ſeu competere videbatur. In cuius rei teſtimonium, argumentum evidens & munimen, Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt.

Dns EBERHARDVS, Abbas.
Fr. CVNRADVS Notarius,
Fr. HEINRICVS *Longus*,

Fr. MERKELINVS; Monachi *Brunnebacenſes.*
WIPERTVS Miles, d. *Rude* de *Butinkeim.*
GERHARDVS Advocatus de *Aloltsheim.*
- - dictus *Zurich*, frater ſuus.
EBERHARDVS *Kantz*, & filius ſuus
EBERHARDVS, Scultetus de *Burcheim.*
CVNRADVS *Sicheling.*
CVNRADVS, *Bertoldin Sun*, *
& quam plures alii fide digni.

* *i. e.* Bertoldi *filius.*

Datum Anno - - MCCCV, in vigilia Epiphanie Domini.

n.473.

LXVI.

VDALRICVS de Düren, *Advocatiæ bonorum Cœnobii renuntians.*

An. 1306.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* Quia pium eſt, eos qui divinis laudibus inceſſanter inſiſtunt, propenſius ex pietatis officio promovere; & ne pravorum maliciis hominum agitentur, pio protectionis munimine confovere; Quapropter noverint univerſi preſencium tenorem inſpecturi, quod nos VLRICVS, Nobilis *de Durne*, ad ampliandum cultum divinum Malorum malignandi occaſiones volentes prevenire; Venerabilibus, & nobis in Xpo dilectis, Dne . . Abbatiſſe & Conventui in *Seligintal* omnia bona ſua, que ex nunc poſſident, aut in futurum emptionis titulo, largicione fidelium, ſeu alias quibuscumque iuſtis modis poſſidebunt, que a nobis procedunt in feodum, aut quorum ius Advocacie ad nos ſpectat, appropriavimus, & per preſentes appropriamus. Ius quoque advocacie quod ad nos ſpectabat, in dictas - - - libere transferimus per preſentes. Pro recompenſacione petentes a Xpo, poſt

poſt exitum huius vite in ſalvandorum numero computari. Teſtes ſunt

Dns EBERHARDVS Abbas in *Brunnebach.*
Fratres: CVNRADVS *Diethinkem*
H. *Longus*, MERKELINVS } Monachi ibid.
C. *de Alsvelt*, WOL. *Weibeler*
Dna IR. Abbatiſſa,
ELIZABET filia noſtra,
ALHEIDIS, filia fratris noſtri *Ruperti*, Moniales in Seligintal, & alii q. plures fide digni.

Datum Anno Domini MCCCVI, quarto Kal. Iulii.

Appendet SIGILLVM NOBILIS DOMINI VLRICI DE DVRNE. *In Ectypis n. XII.*

LXVII. n.474.

Selgenthalenſes *Imperator in protectionem recipit ſpecialem, a præſtatione Currium eas liberando.*

An. 1309.

NOs HEINRICVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Ad univerſorum ſacri Romani Imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod pie devocionis zelo quo ſacrum Ordinem *Cyſtercienſem* divinitus inſtitutum compleċtimur, ac inſtantivis precibus Honorabilis ac Religioſi viri, *Fratris* HEINRICI Abbatis *Vilerienſis*, * Cancellarii noſtri dilecti multipliciter inducti, Devotas & in Xpo nobis kariſſimas, Abbatiſſam & Conventum Sanctimonialium in *Seligental* - - -, ut Auctori pacis famulari poſſint ſub opulente pacis commodo, ac pro noſtra ſalute Redemptorem noſtrum iugiter exorare delectentur, cum omnibus hominibus & bonis ſuis in noſtram & Imperii protectionem recepimus ſpecialem.

* Metenſis patria, factus an. ſeq. Eps Trident.

lem. Vniverſis noſtris Officialibus & fidelibus firmiter inhibentes, ne dictis Sororibus contra defenſionis noſtre tenorem aliquod gravamen vel impedimentum de cetero inferant in ſuis hominibus ſive bonis. Ac ex uberiori benivolencia regali dictas ſorores a preſtacione Curruum, qui noſtris Anteceſſoribus, vel eorum Advocatis aut Officialibus hactenus aſſignari conſueverant, de cetero liberas eſſe volumus penitus & exemptas, niſi currus aliqui per noſtras regales Litteras ab eisdem Sororibus expreſſe & ſpecialiter requirantur. Preſencium teſtimonio Litterarum noſtre Maieſtatis ſigilli robore ſignatarum.

Datum in *Wimpina* XIII Kal. Septembris. Anno Domini MCCCIX. Regni vero noſtri anno primo.

n.475. LXVIII.

De Novalium decimatione mota Quæſtio, ſententia Synodali in Oſterburcheim *deciſa.*

An. 1309.

Nos W OL. de *Grumbach* Archidiaconus *Herbipolenſis*. Preſenti ſcripto conſtare volumus univerſis, quod cum ſecunda feria poſt feſtum Sci *Martini* proximum in Sede ſynodali *Oſterburcheim* per Officialem noſtrum, & Sacerdotes ad eandem ſedem pertinentes ſancta Synodus celebraretur, & coram eis ſuper diverſis Cauſis diverſe fuiſſent ſentencie inquiſite; Inter cetera tamen plebs ibi exiſtens petebat ſibi ferri ſentenciam generalem, qualiter Rubeta & agri campeſtres, de novo in prata redacti, debeant decimari. Super qua ſentencia Sacerdotes predicti, adiunctis ſibi Laicis prudentibus, ex mandato noſtro, prout eſt conſuetum, conſilium inierunt. Et deliberato animo in unum concordantes, ſano uſi conſilio talem ſentenciam pari voce proferebant, quod non aliter, niſi ſecundum conſuetudinem aliorum pratorum in eisdem territoriis ſitorum, eſſent agri huiusmodi decimandi. Quam vero ſentenciam duximus approbandam, & preſentibus confirmandam.

dam. Et in teſtimonium premiſſorum preſens ſcriptum Sigillo noſtro fecimus roborari.

Datum Anno Domini M CCC IX, ſecunda feria ſupradicta.

LXIX. n.476.

Particula litterarum linguæ vulgaris, qua refertur, IOANNEM *Com.* de Vehingen Iun. *vendidiſſe* Eliſ. *de* Wertheim, *relictæ* GODEFRIDI Hohenloici, *villam* Schelbrunn.

An. 1314.

Wir Greve Chunrat von Vehingen der iünger - - thun kunt, daſ wir verkaufft han - - - das Dorff Schoelbrun — — unſer lieben Mumen Elſebet von Wertheim, die wilent Wirtin was des Edeln Herren Gotfrids ſeligen von Hohenloch, umb 200 Punt guter Heller. (&c. an. 1314 die Gregorii P. in Quadrageſima.)

LXX. n.477.

LAVDVM.

An. 1317.

Nos PETRVS *Dei gratia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoſcimus, quod cum ſuper inpeticione, quam WALTHERVS dictus *Leo*, & SIFRIDVS d. *Schelle* cives in *Biſchoffesheim*, heredes ut aſſerebant quondam LVDEWICI de *Dythinkeim* Militis & IRMINGARDIS uxoris ſue, fecerunt Monaſterio ſanctimonialium in *Gerlachsheim*, & in *Seligintal*, ac Plebano & parrochie in *Biſchoffesheim* ſuper quibusdam bonis que predicti *Ludewicus* & *Irmingardis* aliquando donaverunt monaſteriis & Eccleſie predictis, ſicut in litteris eorundem

L. & I. - - - plenius continetur, in nos a Partibus . . hinc inde compromiſſum extitiſſet, & eedem partes ſuper inpeticione prefata noſtre ordinacioni, Iuris vel amicicie, per fidem ipſorum hinc inde nobis corporaliter preſtitam ſtare promiſiſſent;

Nos compoſicionem & ordinationem talem fecimus inter ipſos, quod videlicet ex parte Monaſteriorum predictorum, & Plebani & parochie . ., *Walthero* & *Sifrido* . . dari & expediri debent XV libre *hall.* infra menſem. Et iidem W. & S. coram nobis renunciaverunt . . inpeticioni, pro ſe & heredibus ac coheredibus ſuis, & omnibus qui pred. bona - - - poſſent inpetere in poſterum quoquo modo.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus Litteris eſt appenſum. Datum *Aſchaffinburg* VI Nonas Maii. Anno . . MCCCXVII.

n.478.

LXXI.

Contractus permutationis aſſenſu Diœceſani roboratus. *An.* 1321.

GOTFRIDVS *Dei gratia Epiſcopus* Herbipolenſis.

Inſpectoribus preſencium recognoſcimus publice univerſis, preſentibus & futuris, quod cum Religioſe & in Xpo dilecte, . . Abbatiſſa & Conventus - - - in *Selgental* - - - XI librarum *hall.* redditus, *Herrengulte* vulgariter nuncupatos, ſitos prope caſtrum *Roſenberg* in villa *Syndoltsheim*, iamdictoque cenobio proprietatis tytulo attinentes; & Strenuus vir ARNOLDVS de *Roſenberg* Miles, & EBERHARDVS & WIPERTVS de *Roſenberg* fratrueles ſui, Armigeri, duas partes decime in villa *Ruchsheim* & in tota Marchia ipſius ville, quas *Arn. Eberh.* & *Wip.* prefati a Nobili viro Comite RVPERTO de *Durne*, idemque Comes a nobis noſtraque Eccleſia tenent in feodo; pro evidenti utilitate & profectu Cenobii & . . *de Roſenberg* predictorum nobis expoſitis affectent adinvicem permutare; nobis-

nobiſque cum inſtantia ſupplicarint, ut contractum permutacionis huiusmodi reddituum & decime predictorum adhibitione noſtri conſenſus expreſſi confirmare favorabiliter dignaremur;

Nos itaque ipſorum ſupplicacionibus inclinati, permutacionem predictam prout eſt rite & racionabiliter celebrata, ratam & gratam habemus, ipſamque adhibicione noſtri conſenſus expreſſi confirmamus ac prenotatam Decimam incorporamus & appropriamus cenobio memorato. *Arnoldus* vero, *Eberh.* & *Wipertus* prefati, redditus de quibus premittitur, in manus prenotati Comitis *Ruperti* reſignatos, ab ipſo Comite, & ipſe ulterius a nobis noſtraque Eccleſia in feodo tenere debebunt loco decime ſupradicte.

In cuius quidem confirmationis & appropriacionis facte teſtimonium preſentes Litteras noſtri Sigilli patrocinio fecimus communiri. Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCCXXI. IX Kal. Novembris.

LXXII. n.479.

De bonis in Sensfeld, Sigelbach *&c. venditis* ALBERTO Hohenloico, *poſt eius deceſſum ad Monaſterium reverſuris.*

An. 1330.

WOLFRAMVS *Dei gratia Epiſcopus* Herbipolenſis.

Recognoſcimus publice per preſentes, quod in figura Iudicii conſtituti coram nobis, Soror ELIZABETH Abbatiſſa monaſterii in *Seligental* - - - & Nobilis vir ALBERTVS de *Hohenloch*, dictus de *Meckemule*, confeſſi ſunt, Contractum qui ſequitur mutuo iniiſſe. Videlicet, quod prefata Abbatiſſa totusque Conventus monaſterii eiusdem, unanimi conſilio & voluntate, deliberacioneque diligenti non ſemel ſed pluries prehabita;

Digitized by Google

habita; obſervata eciam omni ſollempnitate iuris quam in alienacione rerum eccleſiaſticarum Canones obſervari precipiunt, vendiderint & tradiderint, iuſto vendicionis titulo, Nobili viro *Alberto* de *Hohenloch* prenotato, bona ſua proprietaria inferius ſpecificata, cum omnibus ſuis iuribus & pertinenciis, queſitis & inquirendis, quocumque nomine cenſeantur, quoad tempora vite ſue poſſidenda & percipienda; ipſoque defuncto eadem bona omnia & ſingula ad prelibatum monaſterium - - cum omnibus ſuis iuribus, uſibus, requiſicionibus, actionibus & pertinenciis, queſitis & non queſitis perpetuo revertentur; pro precio C & LXX librarum *hallenſ.*, quod recognoſcunt ſe recepiſſe, & in uſus ſui monaſterii convertiſſe.

Hec autem ſunt bona vendita, in villis *Senſfelt Sygelbach Swerzekorbe* & *Ruchsheim*, & Marchiis earumdem ſita; in quibus bonis omnibus & ſingulis nichil ſibi iuris reſervaſſe, confeſſe ſunt; ſed tam dominium utile quam directum in prefatum *Albertum* de *Hohenloch* quoad vite ſue tempora transtuliſſe. Renunciando exceptioni non ſoluti non habiti precii, nec non omni auxilio Iuris, canonici & civilis, per quod dictus contractus inpoſterum poſſet aliqualiter violari. Confeſſusque eſt idem A. de H. quod predicta bona omnia & ſingula, tantum iure perſonali emerit & poſſideat; & poſtquam viam univerſe carnis ingreſſus fuerit, omnia & ſingula, cum omnibus iuribus, uſibus, requiſicionibus & pertinenciis, queſitis & non queſitis, ad memoratas Sanctimoniales & earum monaſterium, ſicut in prioribus litteris, ipſis dudum per nos traditis plenius continetur, libere revertantur. Cui eciam contractui rite & racionabiliter celebrato noſtram ex certa ſciencia auctoritatem adhibemus, & ipſum preſentibus confirmamus. In premiſſorum quoque omnium & ſingulorum teſtimonium perpetuum, atque robur, preſens Inſtrumentum de premiſſis confectum Sigilli noſtri caractere, una cum ſigillis parcium contrahencium mandavimus communiri.

Nos eciam ELIZABETH Abbatiſſa totusque Conventus - - in *Seligental* - - -, & ALBERTVS de *Hohenloch* contrahentes

tes

tes prenotati, Sigilla noſtra in evidenciam premiſſorum omnium, atque veritatem inconcuſſam preſentibus duximus appendenda. Datum *Herbipoli*, Anno Domini MCCCXXX, feria ſecunda poſt feſtum Nativitatis beate Virginis Glorioſe.

Vti particulam ſub n. LXVIII. rei genealogicæ gratia inſerui, hinc eodem intuitu & germanicam ſubiunctam apponere volui; Eacum parthenonis SELIGENTH. *Diplomatarium finienda.*

LXXIII. n.480.

ELISABETH, uxor quondam GODFRIDI, nunc CRATONIS de Hohenloch, *natu Com. ab* Eberſtein, *dat* CVNEGVNDI *ſorori ſuæ, moniali, curiam* Weſterhuſæ *ſitam in proprietatem.*

An. 1340.

Wir Frauwe Elſpete, willent elichin Huſſrauwe des Edeln Herren Gotfrids von Hohenloch, Veriehen offenliche an dieſem Brife, - - -, daz wir mit wolbedachtem Muete, mit geſundem Libe, und mit rate unſer Frunde haben geben, und gemacht - - - zu rechtem eygen, eweclichen unſer lieben Sweſter, der geyſtlichen Frauwen Kungunde, Kloſterfr. zu Selgental, unſern Hof ze Weſternhuſen, mit allem dem daz darzu gehort - - -, und zwen Morgen Wingarten zu Alepsheim, gelegen in der Marke — — — —— Zu urkunde - - geben wir dieſen Brif mit unſerm, und unſer lieben Bulen, * Krafts - - - (*ſigill.*)

* *Hæc vox* Buhl *proprie denotat Amaſium, quo tamen nomine appellari & Maritos, frequenter obſervavi.*

Wir Kraft, und Kraft ſin Sun, von Hohenloch, Boppe u. Johan von Eberſtein veriehen, daz wir durch bete unſer lieben ſweſter, Frauwen Elſpeten, und Kungunde ire Sweſter unſer Inſigel - - - haben an dieſen Brief gehangen. Der geben iſt - - [*MCCCXL. Sabbato ante* Michaelis *Archangeli.*]

Digitized by Google

ELENCHVS
ABBATISSARVM
COENOBII QVONDAM PADENHVSANI;
Cum
DIPLOMATARIO.

LVTGARDIS *de Minzenberg:* Huic, ſuiſque Commo- 1252
nialibus, Locum *Padenhauſen* ad exſtruendum Monaſte-
rium Ordinis Ciſterc. contulit, Anno 1252, VDALRI-
CVS, *Minzenbergenſis* Dynaſta. *n.* I. Litteras a ſemet ipſa
editas an. 1261, vid. *n.* III.

BENEDICTA. Nomen ſuum an. 1268 præfixit illis, ſub *n.* VII 126.
& VIII.

BENIGNA. Mentionem eius agit chartula, ſcripta ipſo anno 12..
Iubilæi 1300.

CVNEGVNDIS: Securum (in anno 1314) reddere parthe- 13..
nonem *Aldenburg* quoad bona *Aldendorfenſia*, perhibet
n. XXVI.

BERTRADIS. Ea imperante an. 1316, aſſignatur monaſterio 131.
Reditus 2. marcar. ad uſum refectionis, cedens in villis
Peterweil & *Groſencarben*, ex beneficio Fratrum Teuto-
nicorum *Saxenhuſæ* degentium, *de conſenſu Religioſi & cir-
cumſpecti Viri* EBERHARDI de Sultzberg, *Ordinis per
Alemaniam Præceptoris.*

ELISABETH & ELISABETH de *Wilebach*, (Weilbach)
quæ moniales, an. 1319.

ELISABETHA: præſumptive alterutra de modo dictis. Anno 132.
1329 eam inter, & GERLACVM Abbatem *Arnsburg.* fa-
cta commutatio unius *Fertonis* in *Seligenſtatt* erga unum in
Gelnhauſen. Poſtero eidem præſentabatur ad parochiam
Bickenbach PETRVS.., hactenus Curio in *Steden*, a IO-

ANNE

ANNE *Senn* de *Munſingen* Præpoſito S. *Victoris*, iſtius regionis Archidiacono.

133. BERTHA *Grupen.* * Abbatiſſæ munere functa 1339. Velatæ ſimul audiunt AGNES & LVTGARDIS, filiæ VLRICI ſen. Domini *de Hanaue*, ſorores VLRICI iunioris.

* *Hoc nomen alias adhæſit ramo familiæ* de Bellersheim.

134. ADELHEIDIS: Subit 1348, tunc ſpondens Abbati *Arnsb.* CONRADO, ſe nullam in contubernium ſuſcepturam, antequam Cœnobio de hæreditate paterna ſatisfactum ſit.

13.. CLARA. Syngrapham an. 1359 dedit Armigero IOANNI de *Beldersheim*, Præfecto ſylvarum in Triquernatibus, cauſa donati Cenſus in *conſolationem pictantiæ*, Sororibus quotannis miniſtrandæ in feria D. *Eliſabeth.* [CONRADVS Abbas.]

13.. ANNA, progenita ex Ill. *Hanoviæ* Dynaſtis: Abbatiſſam prædicant tabulæ anni 1396, queis diverſa inter Conventum & Abbatem GERHARDVM h. i. mota gravamina mutuo tolluntur.

1... GELA. Ad clavum ſedit anno 1408.

14.. CATHARINA Graſlockin. [Groſchlag] Muneris deponendi veniam conſecuta 1418, ſub Abbate RVDOLFO.

1418 BENIGNA *de Beldersheim:* Otium prenſanti *Catharinæ* ſuccedens, extra eundem hunc annum 1418 non comparet.

14.. GVTA *de Eſchbach.* Sub huius regimine Moniales pernicioſis erant implicitæ ſimultatibus, duas in partes diviſæ: Stante a Capite factionis unius ipſa GVTA, alterius vero Prioriſſa CATHARINA. Gliſcens diſſidium ut ſuffocaretur, CONRADVS Ar. *Mogunt.* ſubmiſit Viros, cum Religionis zelo, tum morum elegantia conſpicuos. * Induſtria quorum & ſagacitate, ſcaturientis odii fonte feliciter obturato, diſtracti animi in priſtinam concordiam reducti ſunt. Peculari deſuper erecto Inſtrumento. †

* *Fuere*

* *Fuere hi:* RUDOLFUS *Abbas* Arnsburg. PETRUS Linſs *Iudex Eccleſiaſticus.* HENRICUS Laurin *Cuſtos:* & IOANNES Schönbrod, *Aſchaffenburgi Canonicus.*

† *Æram annotare fortuito neglexi. Tamen non poteſt non eſſe minor, æra* 1425. *Vtpote quâ* Schönbrodius *evaſit ex Canonico Decanus.* T. II. p. 356.

CATHARINA *Ringin.* Semel tantum obviam nobis facta, in Chartis anni 1434. 14..

MARGARETHA *de Lundorf.* Conſpectum ſubit an. 1440. Facultatem dediſſe IOANNI *Bleinich*, permutandi Beneficium in *Zwingenberg* * erga Plebaniam de *Bickenbach*, Litteræ docent, anno 1451 exaratæ. Hac ultima rurſus vacante 1459, nominatione ipſius *Margarethæ* eam aſſecutus eſt THOMAS *Eygelman.* 143.

* *Patrono Comite* PHILIPPO de Catzenelenbogen.

CATHARINA *Feuſerin*, modo *Vaeſerin*, *Phaſerin:* Poſt longum intervallum occ. an. 1487 in tabulis S. Moguntinæ Sedis Iudicum, dirimentium Litem Cœnobio motam a BARTHOLOMÆO, Curione Bickenbacenſi, ſuper Decimis magnis Eccleſiæ *Bickenb.* & filiarum. † Eas ſibi, non Monaſterio deberi, contendente. 14..

† *Seheim. Altſpach. Hayn. Auen. Hardenau. Moxſtatt. Loart. Staffel.*

ANNA de *Babenhauſen, tunc temporis Prioriſſa.* CATHARINA de Didelsheim & ANNA de Riedern, *Moniales.*

Anno 1501 Prioriſſa *fuit* CATHARINA de Praumheim; *Monialis*, MARGARETHA de Furſtenberg.

Deceſſit autem Domina *Catharina* 1511.

ANNA de *Riedern:* Ipſo feſto SS. Trinitatis in demortuæ locum ſuffecta ſub præſidio Abbatis Arnsb. TYLMANNI, extremum vitæ diem clauſit 1525. 1511

Digitized by Google

1525 CATHARINA de *Trohe.* Vnanimibus Conſororum votis eligitur d. Veneris, proxima poſt *Laurentii.* Abbate SIGEFRIDO. Superſtes adhuc 1438.

15.. MARIA de *Gillingen.* Munus pertæſam, illud abdicaſſe circa finem anni 1541, in litteras relatum.

ANNA de *Trohe* Prior.
WALPVRGIS de *Muſchenheim* Mon.

1541 MARGARETHA de *Heidersdorf.* Mox a *Mariæ* diſceſſu ſe nobis obtulit; continuando usque ad an. 1556. Et quoniam ulterius nulla; ſic, iis quæ in præfatione leguntur attentis, dubium non eſt, quin cum ipſa *Heidersdorfia*, PADENHVSANVM nobile *Cœnobium*, occulto Dei permiſſu, finalem ſuum terminum attigerit, compleveritque.

Prioriſſa: MAGDALENA de Heidersdorf 1544.
MARGARITA de Muſchenheim 44 —— 1555.
VERONICA de Heidersdorf 1555. *Ambæ moniales.*

Elencho ſic abſoluto, progredimur ad Chartas diplomaticas.

DIPLO-

DIPLOMA I. n.481.

De Monaſterii fundatione.

An. 1252.

Vniverſis Xpi fidelibus hanc paginam intuentibus VLRICVS de *Minzenberc* eternam ſalutem in Domino, & facti memoriam. Quoniam ea que a mortalibus aguntur, niſi ſcriptis commendentur, ex facili oblivionis nebula obfuſcantur; Hinc eſt, quod univerſitati veſtre huius ſcripti declaracione innoteſcere volo, quod ego locum, dictum *Patenshuſen*, cum omnibus adtinenciis ſuis confero Sorori mee LVCHARDI & Commonialibus ſuis, cum omni iure quod ad me noſcitur pertinere, ad edificandum Clauſtrum, ad honorem DEI & beate Marie Virginis, Ciſtercienſis ordinis in eodem.

Ne igitur huiusmodi factum a meis poſteris poſſit revocari in irritum, preſentes Litteras decrevi Sigilli mei * munimine roborari. Datum Anno Domini MCC *Quinquageſimo ſecundo.*

* *Caulis folioſus inter duas Turres.*
SIGILLVM VLRICI DE MINCENBERG.

II. n.482.

Litteræ Indulgentiarum.

An. 1260.

Bonitate divina THEODERICVS Epiſcopus *Vironenſis.* Xpi fidelibus univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Dominorum Domino. Vite perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem civium ſupernorum, a redemptis precio ſanguinis, fuſi de precioſo corpore Redemptoris, meritorum debet acquiri virtute;

inter que illud eſſe pregrande dinoſcitur, quod ubique, ſed precipue in Sanctorum eccleſiis, maieſtas Altiſſimi collaudetur.

Hinc eſt, quod nos, dilectarum nobis in Xpo filiarum Abbatiſſe & Conventus *Corone Virginis* Cyſt. Ord. Mogunt. dioceſis favorabilibus precibus inclinati, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui Locum ipſarum in beate & Glorioſe ſemper Virginis Dei genitricis MARIE, bti *Nycolai* - -, Scor. *Benedicti* & *Bernardi* - -, ac dedicacionis annue feſtivitatibus cum cordis contricione & humilitate venerabiliter viſitarint; quique eidem loco ad ipſarum inopiam ſublevandam manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis Dei miſericordia, & btor. *Petri* & *Pauli* Aplor. eius, meritis & auctoritate confiſi, XL dierum, uniusque *carene* indulgenciam, accedente conſenſu venerabilis Dni Archiepiſcopi *Moguntini* in nomine Domini miſericorditer concedimus & largimur.

Datum *Moguntie* in craſtino Purif. bte Virginis *Marie*. Anno . . MCCLX, Pontificatus vero noſtri anno XV.

n.483. III.

Transactio ſuper Bonis in Gugenheim.

An. 1261.

Soror LVCARDIS dicta Abbatiſſa, & Conventus ſanctimonialium in *Corona Virginum* Ord. Cyſterc. omnibus in perpetuum. Cautum eſt, ea que racionabiliter ſtatuuntur litteris auctenticis commendari, per que futurorum ſeries integra conſervetur, & per elapſum temporis nomina teſtium ad memoriam revocentur.

Recognoſcimus igitur, & tenore preſencium publice proteſtamur, quod omnis Lis & actio, que inter nos ex una parte, & Nobilem virum Dnm MERBODONEM Militem *de Ov-heim* * & ſuos heredes ex altera, vertebatur ſuper omnibus bonis ab eodem M. noſtro Cenobio quondam rite legatis, ſitis in

* Hofheim

Gugins-

Guginsheim, mediantibus Viris diſcretis & honeſtis in hunc modum eſt ſopita; Videlicet, quod dimidietas predictorum bonorum nobis, & altera pars - - ſeped° M. militi, & ſuis heredibus ſucceſſivis absque omni contradictione, & requiſicione qualibet perpetuo cedat poſſidenda.

Vt igitur facta donacio rata & inconvulſa maneat in perpetuum, preſentes Litteras ſigilli Domini & Patris noſtri FRIDERICI Abbatis de *Arnesburg*, ac noſtri ſigilli munimine roboramus. Datum anno Gracie MCCLXI menſe Iunio. Huius rei Teſtes ſunt

FRIDERICVS Decanus in *Franckenford.*
IOHANNES dictus *Leo.*
HEINRICVS Archipresbiter de *Steinheim.*
CVNRADVS miles *de Huſenſtam.*
HARTLIBVS *Bunre.*
HERBORDVS civis de Franckenford, dictus *Ovenbach.*
BVRCARDVS civis de *Selgenſtat.*
Et quam plures fide digni.

Sigillum Abbatis eſt impreſſum cera rubra, Abbatiſſæ vero viridi.

IV. n.484.

Cœnobium, inquiſitione præhabita, Ordini Cyſt. unitur. An. 1267.

Nos *Fratres*, OTTO de *Schonaugia* & IOHANNES de OTTIRBVRG, dicti Abbates. Inſinuatione preſencium conſtare facimus univerſis, quod nos, miſſi hoc anno a generali Capitulo, ad inſpiciendum & inquirendum de Monaſterio monialium, ſcilicet *Corone Virginum*, an ipſe Locus aptus eſſet ad incorporandum Ordini; mediantibus bonis Viris perſonaliter ad locum acceſſimus eundem; & ſecundum diffinitio-

nem hoc anno editam in Capitulo generali, de poſſeſſionibus dicti loci, reditibus, proventibus, & edificiis inquiſitionem fecimus diligentem. Et habito inter nos ſollerti ac diligenti conſideracione de obſervancia Ordinis & fervore, de Perſonarum qualitate, nec non de his que per annum ad ſuſtentacionem (requiri) poterunt earundem, Ordini aſſociavimus & incorporavimus Locum ipſum; & taxato certo & expreſſo in eo numero perſonarum, videlicet XXX perſonas & Dnam Abbatiſſam, & pred. locum, venerabili Patri Domno Abbati de *Arnisburg* duximus committendum. Statuentes, & auctoritate Ordinis Dne Abbatiſſe & Conventui firmiter inhibentes, ne dictum perſonarum numerum in recipiendo perſonas excedere audeant aliquatenus, vel preſumant; ne, quod abſit, nunc receptas, & recipiendas, ſiniſtris eventibus oporteat fortaſſis pre inopia miſerabiliter evagari. Porro ſi procedente tempore divina pietas benedictionem dederit, & fortunam pinguiorem, ita quod ſubſiſtencia & res evenerint adeo, quod receptis & recipiendis commode & competenter in ſuis neceſſitatibus valeat provideri, iuxta rerum augmentationem & conſiderationem augere & ampliare numerum poterunt perſonarum; & hoc de conſenſu & conſilio ſui Viſitatoris, ac licentia ſpeciali.

Vt autem predicta omnia robur obtineant, & firmitatem perpetuam; & a nullo vel nullis in poſterum violentur, preſenti ſcripto Sigilla noſtra duximus appendenda. Actum & datum in die Scar. Virginum undecim Milium, Anno Domini MCCLXVII.

n.485. V.

Monaſterium ſubiicitur Viſitationi Abbatis Arnsburgenſis a Clemente IV.

An. 1267.

CLEMENS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Dilecto filio Abbati Monaſterii de *Arnesburg*, Ciſt. Ord. Mag. dioc.

dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vota perſonarum humilium divinis laudibus aſcriptarum, que fructum ſalutis eterne continencie proſpicimus ad effectus gratiam pie dirigere, fovere debemus.

Cum itaque Dilecte in Xpo filie, Abbatiſſa & Conventus monialium Monaſterii de *Corona Virginum* - -, ad illa, ſicut accepimus, cupiant devotionis augmenta proficere, per que felicitatis eterne premium eis poſſit facilius provenire, Devotionem tuam monemus, & hortamur attente, tibi per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatinus circa ipſas, Viſitatorem alium eiusdem Ordinis non habentes, pie dirigens benignitatis affectum, eas oportunis temporibus de conſenſu Dioceſani loci per te ipſum viſites, aut ipſas per aliquos Fratres tui monaſterii ad hoc ydoneos facias viſitari, qui, eas ſalutaribus monitis, & diſciplinis regularibus inſtituendo, ipſas ad currendum in odorem Regine Virginum reddant divina favente gratia promptiores.

Datum *Viterbii* tertio Idus Iunii. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

VI. n.486.

Succeſſores in terra Minzenbergica *dimittunt Cœnobio patronatum eccleſiæ* Bickenbacenſis.

An. 1267.

PHILIPPVS ſenior *de Falkenſtein*, cum filiis ſuis PHILIPPO & WERNHERO; REINHARDVS de *Hagenauwe*, ENGELHARDVS Dominus *de Winsberc*, & ENGELHARDVS iunior, nepos eiusdem, Abbatiſſe & Conventui monialium ſce *Marie* in *Padinshuſen* ſalutem, cum obſequio ſemper prompto.

Cum preter communem & generalem defectum, quem turbatio preſentis temporis non ſolum veſtre, ſed etiam fere omni-

omnibus Eccleſiis ingerit, & ingeſſit, Prebendarum veſtrarum redditus adeo ſunt tenues & exiles, quod vix ſit ex vobis aliqua, que de ipſis valeat ſuſtentari; ſed ut per noſtre ſubventionis auxilium, qui vobis digne compatimur, Dei & bte Virginis ſervicium augeatur, & prebendarum veſtrarum tenuitas relevetur; in augmentum earundem Eccleſiam parrochialem in *Bickenbach* Magunt. dyoc. cum iure patronatus, ac univerſis pertinentiis & redditibus ſuis quos Paſtor eccleſie ipſius conſuevit hucusque percipere, de communi conſenſu & voluntate unanimi vobis concedimus in perpetuum obtinendam; ita quod, cum primum eam vacare contigerit, proventus ipſius communibus uſibus veſtris libere applicetis. Ordinata tamen & ſtatuta competenti de proventibus ipſius eccleſie portione, de qua, perſona in ipſa eccleſia *Bickenbach* Deo perpetualiter ſervitura, & per vos inſtituenda, honeſte valeat ſuſtentari.

In cuius facti memoriam & perpetuam firmitatem preſentem Litteram vobis damus, Sigillorum noſtrorum munimine roboratam. Ego ENGELHARDVS iunior *de Winsberc* ſigillo Cognati mei preſentibus ſum contentus. Actum Anno Domini MCCLXVII in vigilia *Nicolai* Confeſſoris.

[*Sub eadem æra & verborum compagine Litteras dedit* CONRADVS Dns *de Bickenbach* cum IVTTA uxore ſua.]

Appendent ſigilla ſplendida 5. *Equitantis* Philippi *de* Falckenſtein (*patris*) *latus integrum obtegit clypeus*, *exhibens* Rotam: *Quæque viſitur in clypeo* WERNERI F. PHILIPPVS *vero iunior gerit parmulam transverſim ſectam.* [Falckenſteiniorum *veluti propria.*] *Manu dextra Labarum tenet* REINHARDVS Hanovicus, *clypeum læva*, *conſpicuo utrobique Leone.*

n.487. VII.

An. 1268.

Univerſis Xpi fidelibus hoc ſcriptum viſuris *Soror* BENEDICTA Abbatiſſa, totusque Conventus ſanctimonialium

nialium in *Patenſhuſen* ſalutem in omnium Salvatore. Noverint omnes, tam preſentes quam futuri, quod HARTLIBVS felicis mem. dictus *Bunner*, aput nos ſepultus, Eccleſie noſtre ſingulis annis, communicata manu Vxoris ſue, octale ſiliginis - - de curia ſua in *Rintbrucken*, circa feſtum *Martini* perpetuo aſſignavit. Huius rei teſtes ſunt

ARNVLDVS, quondam Vicedominus, * & BVRCHARDVS frater eius, Advocatus, nec non ARNVLDVS & HERMANNVS, dicti *Bunner*, fratres predicti *Hartlibi*, & alii quam plures fide digni.

* *Aſchaffenburgenſis.*

Et ne facti huius memoria evaneſcat, preſens Scriptum ſancte Eccleſie *Selegenſtadenſis* ſigillo † duximus muniendum. Datum Anno Domini M CC LX VIII in *Selegenſtat*, octava Paſche.

† HERMANNI ABBATIS IN SELEGENSTAT.

De cetero notandum, qui hac Charta audiunt BVNNER, *fuiſſe de genere Militum, aliquando* STOCKAR *appellati. Sub quibus diverſis nominibus geſſerunt Sigillum uniforme:* Cornua Cervina. WERNHERVS & VLRICVS *Buner* nobiles Servi (Edle Knecht) *memorantur an.* 1348 *in aliis chartis.*

VIII. n.488.

Quod Capitulum Mogunt. *conſenſerit in unionem eccleſiæ* Bickenb., *Parthenon ſe obſtringit ad 4 libras ceræ.*

An. 1268.

Nos miſeracione divina BENEDICTA Abbatiſſa, & Conventus - - - de *Padensbuſen* - - tenore preſencium publice confitemur, quod cum Venerabilis Pater, Dns WERNHERVS Archiepiſcopus, D. SYMON Decanus Archi-

diaconus eccleſie Sci *Victoris*, & Capitulum *Maguntinum* nobis fecerint illam graciam, quod conſenſerunt in collacionem parrochialis eccleſie de *Bickenbach*, nobis facte per Nobiles viros, Conradum de *Bickenbach*, Reynhardum de *Hagenowe*, Philippum de *Falckenſtein*, Engelhardum de *Winſperg*, & Engelhardum filium fratris ſui, & coheredes ipſorum, Dominos & Patronos ipſius eccleſie; cuius ius patronatus ad ipſos pertinuit ab antiquo, & quod nobis confirmaverint eandem; Nos in recognicionem gracie huiusmodi volentes Eccleſie Maguntine obſequium facere ſpeciale, ſingulis annis in perpetuum dare promittimus ipſi eccl. in die bti *Martini* Ep. quatuor libras Cere.

Ipſam autem eccleſiam dabimus alicui Viro idoneo, qui perpetuus Vicarius ſit in ipſa, & preſentabimus eum ſuo Archidiacono, ut debemus, qui ipſum inſtituet, & inveſtiet de eadem. De conſenſu eciam Archidiaconi, & ordinacione ipſius, de proventibus ſive reditibus eccleſie ſepedicte dabimus eidem Vicario noſtro porcionem adeo competentem, quod de ipſa valeat ſuſtentari commode & honeſte; ac eciam, quod poſſit Archiep° Magunt. & ſuo Archidiacono qui p. t. fuerint, debita & conſueta ſemper quando debuerit obſequia exhibere.

Vt autem omnia ſuprad^a perpetuo & inviolabiliter absque contradictione qualibet obſervemus, ad id nos tenore preſ. Litterarum perpetuo obligamus. Sigilla Dni Abbatis de *Arnesburg* noſtri Ordinis, atque noſtra ipſis litteris in teſtimonium & memoriam perpetuam appendendo. Datum & actum *Maguntie* Anno Domini MCCLXVIII. VII Kal. Decembris.

n.489. IX.

De bonis apud Selgenſtatt *&* Bruchhauſen, *Monaſterio venditis ſub obſtagio.*

An. 1268.

* de *Naſſau* GODEFRIDVS ſenior *de Eppenſtein* & Elisa * collateralis noſtra. Recognoſcimus, - - publice proteſtando,

ſtando, quod nos de conſenſu & libera voluntate filiorum noſtrorum, GERHARDI Archidiaconi *Treverenſis* † & GODEFRIDI, Dne Abbatiſſe & Conventui de *Padenshuſen* bona noſtra, apud *Selgenſtat* & *Bruchuſen* ſita, vendidimus pro LXXV marcis *Colon.* denar. iure proprietatis perpetuo poſſidenda. † 1289 *Ar. Mog.*

Nos autem ipſi Abbatiſſe - - de dampnis & gravaminibus, que per emptionem ipſorum a Domino noſtro WERNHERO Archiep° Mag. forſitan incurrere poſſent, cavere volentes; quia nequaquam volumus quod occaſione noſtri dampnum aliquod ſuſtineant vel gravamen, bona preſcripta, ſicut hactenus, poſſidere volumus *durante Gwerra noſtra contra pred. Dn. noſtrum* Maguntinum. Penſionem ipſorum bonorum, LV maldra ſiliginis *Selgenſtat.* menſure videlicet, annis ſingulis quibus preſens gwerra noſtra duraverit, infra Aſſumpt. & Nativitatem bte Virginis in curiam Monachorum de *Arnisburg* Frankenford. predicto Conventui aſſignantes.

Pro qua annona Fideiuſſores in ſolidum conſtituimus, ſcilicet GERLACVM dictum *Scelmen*, WERNHERVM fratrem ſuum, GERLACVM minorem *de Bommersheim*, CVNRADVM de *Godeloch*, HENRICVM de *Saſſenheim*, Milites; ac FOLMARVM, filium *Rudigeri* de *Ovinbach*, in hunc modum, ut ipſi, ſi in ſolucione ipſius annone negligentes extiterimus vel remiſſi, *Frankenford* intrent, more fideiuſſorio comeſturi, ac inde usque ad perſolucionem ipſius annone nullatenus exituri. Sedata vero ipſa diſcordia, pred. eccleſia primo ſe de bonis prelibatis intromittat, & tunc warandiam preſtabimus de ipſis bonis per annum & diem, ut moris eſt. Et, ſi aliquod impedimentum in ipſis bonis ſuſtinuerint, fideiuſſores — — *Frankenfort* more fideiuſſorio perſolvent, quousque impedimentum per nos fuerit huiusmodi integraliter reſtauratum iuxta articulos ſupradictos. Si quis eciam ipſorum fideiuſſorum medio tempore deceſſerit, quod abſit, alium infra dies XIV ſtatuemus; vel reliqui tam diu ſatisfacient, donec alter loco demortui fuerit ſubſtitutus. Teſtes

CVNRADVS dictus *Wobelin.*

WICGERVS frater ſuus.

FRIDERICVS de *Ronnenberg*.
ARNOLDVS Magiſter operis,
& aiii quam plures.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras conſcribi fecimus, ac ipſorum, & filiorum noſtrorum, ac Civitatis *Frankenf.* ſigillorum munimine roborari. Anno Dni MCCLXVIII, ſexta feria poſt feſtum bti *Nicholay*.

n.490. X.

An. 1269.

ENGILHARDVS & ENGILHARDVS de *Winsberc*. Ad univerſorum noticiam preſenti pagina cupimus pervenire, quod nos reverendis Dominabus, Abbatiſſe & Conventui - - Sce *Marie* in *Padinshuſen*, in ſubſidium prebendarum ſuarum, in remedium animarum noſtrarum Mulierum, aliorumque Parentum noſtrorum, V. octalia ſiliginis contulimus ſuper bonis noſtris in *Vechenheim*, annuatim recipienda & perpetuo poſſidenda. Vt autem hec rata & inconvulſa teneamus, & ut nullus heredum noſtrorum poſtmodum poſſit contradicere, preſentem Litteram pred. Dominabus ſigilli noſtri munimine dedimus roboratam.

Acta ſunt hec apud *Frankenfurt* Anno Domini *MCCLX nono*, proxima ſecunda feria poſt Dominicam in qua cantatur *Eſto michi*.

n.491. XI.

De comparatis bonis in Dizenbach *ab* Heinrico *claudicante*.

An. 1270.

NOS HEINRICVS de *Huſenſtam* recognoſcimus & tenore preſencium publice proteſtamur, quod HEINRICVS

RICVS claudicans de *Dycenbach*, manu communicata omnium puerorum ſuorum, vendidit Eccleſie in *Patensbuſen* omnes proprietates, quas in villa *Dicenbach* & in campis eiusdem ville poſſedit. Videlicet aream ſitam retro Sculteturn. Item pratum & agrum iuxta *Grunenburnen*. Item agrum, iuxta viam qua itur *Frankenvort*. Item agrum, quem emit apud Fabrum. Item agrum apud *Hercenburnen*. * Item agrum apud *Hartuncgisburnen*. † Tali condicione mediante, quod idem H. & heredes eiusdem ſucceſſivi, ſingulis annis perpetuo tria octalia ſiliginis prenominate Eccleſie ſub pena eorundem bonorum absque contradictione qualibet tenebuntur preſentare; nichil penitus ab eisdem heredibus iuris poſt mortem eorundem heredum repetentes, in eo, quod *melius caput* vulgariter dicitur. Et ideo prenominata bona indiviſa perpetuo permanebunt.

* Hertzbrunnen.
† Hattungsbr.

Actum Anno Domini MCCLXX menſe Februario. In cuius rei evidentiam ad peticionem dicti *Heinrici* preſentem ſcedulam Sigillo noſtro duximus muniendam.

XII. n.492.

Piæ donationis actus Coniugum de Heuſenſtam.

An. 1276.

Ego HENRICVS Miles *de Huſenſtam*, & Vxor mea AGNES omnibus hanc Litteram viſuris in perpetuum. Noverint igitur univerſi ad quos preſens ſcriptum pervenerit, me *Henricum* & uxorem meam *Agnetem* communicata manu Molendinum in *Sprendilingen*, quod proprietas noſtra libera eſſe cognoſcitur, annuatim nobis novem octalia ſiliginis, decemque ſolidos denariorum levium ſolvens; preterea decem octalia ſilig. de duobus manſis noſtris in *Bucben* annis ſingulis, in remedium animarum noſtrarum Sanctimonial' in *Corona Virginum* Deo famulantibus contuliſſe. Sub hac forma videlicet, ut, cum unum ex nobis Deo vocante obierit, dimidietas ex bonis que premiſſa ſunt, ſanctimon' antememoratis cedat ſine

 mora,

mora, nullo obſtante. Cum vero reliquum ſimiliter deceſſerit Domino annuente, aliam partem cum prima ſine omni contradictione percipiant, iure perpetuo poſſidenda. Hoc adiecto, ut ſi quando ſucceſſores noſtri illa X. octalia in *Buchen* redimere maluerint, aliaque bona ſingulis annis X. octalia ſolvencia loco illorum comparare, Clauſtro magis vicina, illud pred. moniales ſine retardacione admittere teneantur. In cuius rei teſtimonium hanc litteram Sigillo proprio duximus roborandam. Teſtes horum ſunt

Filius Dni REINHARDI de *Hagenauia*,
VLRICVS nomine.
Fr. CVNRADVS, Fr. VOLPERTVS de *Arnſpurg*.
Fr. LVDEWICVS, Converſus in *Corona Virginum*.
GERHARDVS & CVNRADVS,
fratres carnales *de Huſenſtam*;
nec non & alii quam plures.

Actum & datum Anno Domini MCCLXXVI in purificatione Glorioſe Virginis Marie.

n.493. XIII.

Vidua de Bellersheim *tradit Monaſterio diverſas poſſeſſiones, & Alheidim filiam ſuam.*

An. 1278.

Vniverſis Xpi fidelibus AGNES, relicta WERNHERI Militis *de Beldersheym*, preſentem Litteram in perpetuum. Tenore preſentium recognoſco, & voce publica profiteor, quod ego *Agnes* de conſenſu coheredum meorum Manſum unum, ſitum in villa que dicitur *Wanebach*, quem bone mem. collateralis meus *Wernherus* predictus & ego pari voluntate a Domino noſtro PHILIPPO de *Valkenſteyn* comparavimus, contuli venerabil' & in Xpo dilectis, Sanctimon' in

Pa-

Digitized by Google

Padenshuſen, cum curia in qua Opilio reſidet, vel alia eque bona, cum filia mea ALHEYDE, pro XVI octalibus ſiliginis proprietatis titulo perpetuo poſſidendum. Promittens inſuper fide data, ſi minus ſolverit, talem defectum de granario meo, me & heredes meos ſingulis annis ſuppleturos. ITEM quatuor octalia ſilig. in villa *Rockenberc*, de manu CVNRADI, qui dicitur *uff dem Reyne*, & WINTHERI . . *Buch* de eadem villa; que eciam ab eisdem viris comparavimus, penſione perpetua anted. Dominabus aſſignavi iure prelibato. Tali tamen appoſita conditione, quod, ſi ipſum manſum per concambium infra triennium a *Cathedra Petri* nunc inſtantis redimere potero per bona eque valentia, & eque bene ſita, idem manſus ad me vel ad pueros meos redibit, contrad^e non obſtante. Teſtes huius rei ſunt

Dns PHILIPPVS de *Valkenſteyn*.
WERNHERVS ſenior *de Beldersheym*.
WENZELO frater meus, Miles *de Gutbirskirchen*.
RVPERTVS miles de *Cruſtele*.
GODEFRIDVS plebanus de *Minzenberc*.
RVGGERVS & HEINRICVS fratres *de Cruſtele*.
HEINRICVS de *Penthecoſte*, & alii q. plures.

Vt autem huius facti veritas rata & firma permaneat, preſentem litteram Sigillo Domini mei *de Valkenſteyn*, quia ad preſens ſigillo proprio careo, petivi roborari. Acta ſunt hec Anno . . MCCLXXVIII, in vigilia Nativitatis Virginis Glorioſe.

XIV. n.494.

Legatum Curionis in Arheiligen.

An. 1286.

EGO EBERNANDVS Plebanus in *Arheiligin* univerſis hoc ſcriptum viſuris ſalutem in Domino. Rerum geſta-.

geſtarum ſeries litteris inſcribitur, ne proceſſu temporis oblivio de facili ſuſcitetur. Hinc tenore preſencium recognoſco, publice profitendo, quod divine remuneracionis intuitu, & in remedium anime mee nec non progenitorum meorum, Molendinum quoddam, ſitum in ſilva, dicta *Chobersbart*, ſolvens annuatim XII octalia ſiliginis; Et III iugera agrorum, ſolventia ſingulis annis II octalia . . in villa *Wickesbuſin*; & VII & dimid. ſolidum *ball.* & IIII cappones, legavi Dominabus in *Padenshuſin*, ut eis poſt obitum meum libere cedant, contradicte qualibet non obſtante. ITEM omnia bona mobilia, cum viam univerſe carnis ingreſſus fuero Deo iubente, dicto Conventui integraliter aſſignavi, apud eas ſepulturam eccleſiaſticam eligendo. Teſtes huius rei ſunt

Dns PHILIPPVS de *Falkenſtein*.
Dns HENRICVS de *Huſenſtam*.
D. RVKERVS plebanus de *Indagine*.
Fr. C. de *Cruſtela*.
Fr. VOLPERTVS de *Cruſtela*,
& alii quam plures.

Et ne hec donacio oblivione, vel alicuius improbitate valeat infirmari, preſens ſcriptum Sigillo Dni *Philippi* de *Falkenſtein*, & Archipresbiteri de *Langene* petii communiri. Acta ſunt hec Anno . . MCCLXXXVI.

In membranula transfixa legitur: „Iſti ſunt agri Dnar. de „*Padenhuſen*, quos quondam EBERNANDVS plebanus in *Arheilgen* pro ſalute anime ſue contulit eisdem, ſiti in terminis „dicte ville ſubſcriptis. In campo verſus *Gebenbernen* tria iuge„ra, ſita apud rubetum *Iohaniſſe* - - - Item in campo verſus „*Gravenhuſen* duo iugera - - - ſita *an dem Eiger pade* * - - „Item ſuper campum *Michilveld* iuger unum - - - Item ver„ſus *Diburg* iuger unum ſitum *an dem Molen vvege*. Item iu„ger unum *bie* (bey) *der rorechten Wiſen*. Item ſex iugera ſi„ta ſuper *Michelveld* apud molendinum dicti *Loer*.

* Eyer Pad

XV.

XV. n.495.

De profuſa liberalitate Coniugum Sultzbacenſium.

An. 1287.

NOS CONRADVS de *Sulzpach* & AGNETA uxor eius legitima. Omnibus preſentes viſuris cupimus fieri manifeſtum, quod propter ſalutem animarum noſtrarum, & principaliter propter Deum omnia bona noſtra in *Munſtere*, & alias utrobique ubicunque ſunt ſita exceptis mobilibus, videlicet in agris, campeſtris, in curiis, domibus, pratis, paſcuis, vineis, denariis, & in cenſibus damus & dedimus, poſt obitum noſtrorum amborum, Cenobio . . in *Padenshuſen*, manibus communicatis & conſenſu unanimi, ſine impedimento perpetue poſſidenda; preter manſum, & dimidium, ſitos in *Erlebach*, quos cenobio *Eberbacenſi* legavimus, & XII iugera que dedimus ad Scm *Iohannem* in *Ginnenbach*; & duo iugera vinearum que legavimus parrochie in *Munſtere*. Ita tamen, ſi Ordinem dicti cenobii nobis non expediet ſubintrare; &, ſi per ſterilitatem annorum & communem famem provincie ſuſtentari, ſicut nobis deceret, non poſſemus; quod ex tunc de bonis noſtris, licet inantea prefato Cenobio collatis, ſuſtentacionem noſtram de conſilio cenobii memorati recipere debeamus. Huius rei Teſtes ſunt

HEINRICVS de *Hazgenſtein*. Haſtein.
RVPERTVS de *Edegenſtein*. Idſtein.
WERNHERVS *Colbendenſel*.
IACOBVS de *Hain*; Milites.
HEINRICVS de *Sprendelingen*.
H. *de Bappenheim*, &
CONRADVS, Notarius nobilis viri,
Dni WERNHERI de *Mincinberg*.

In cuius rei teſtimonium & ſtabilem firmitatem preſentes Litteras petivimus, & obtinuimus Sigilli nobilis Viri Dni no-

ſtri *Wernberi* de *Mincinberg* robore communiri. Nos WERNHERVS pred. recognoſcimus, ad peticionem predictorum C. & A. preſentibus appoſuiſſe Sigillum noſtrum, in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum & actum Anno Domini MCCLXXXVII in die bte *Katherine* virginis.

n.496.

XVI.

Vicario eccleſiæ Bickenb. *conſtituitur augmentum ſuſtentationis ab Archidiacono.*

An. 1288.

GEBEHARDVS Dei gracia Decanus Eccleſie *Maguntine*, Prepoſitus Sci *Victoris* extra muros ibidem. Vniverſis inſpectoribus preſentium litterarum ſalutem in Domino. Cum perpetua Vicaria parrochialis Eccleſie in *Bickenbach* noſtri archidiaconatus haberet redditus adeo tenues & exiles, quod Vicarius eiusdem eccleſie non poſſit de ipſis, una cum Sacerdote decenter & commode ſuſtentari; qui quidem ſocius neceſſarius ibi exiſtit eo quod lata eſt Parrochia, & diffuſa; quodque ex conſtitucione Dni noſtri Archiepiſcopi facta noviter, ſeu precepto, non licet Sacerdotibus in civitate & dyoceſi *Maguntina* duas Miſſas cottidie celebrare; Nos una cum Nobili viro Dno WERNHERO de *Valkenſtein* ſuperſedentes, & cogitantes qualiter poſſent ipſius perpetue Vicarie redditus cum moderamine augmentari; de conſenſu Abbatiſſe & Conventus - - in *Patensbuſen* - -, cui ipſa eccleſia incorporata exiſtit, ordinavimus & ſtatuimus, ordinando, ut perpetui Vicarii, qui nunc eſt - - -, vel qui p. t. fuerint inſtituti, habeant & percipiant Prebende nomine in omnem eventum, de granario ipſius monaſterii XXX & II maldra ſiliginis *Wormat.* menſure, carratam vini, prout creſcit & haberi poterit in *Bickenbach* de Decima monaſterii memorati. Quod quidem vinum & annonam d. Abbatiſſa & Conventus eidem Vicario — — — dabunt & ſolvent ſine diminucione, ſingulis annis & temporibus deputatis.

Inſu-

Inſuper ipſe Vicarius oblaciones ſuas percipiet. Item duo *talenta hallenſ.* racione minute decime. Vnam carratam vini de remediis animarum, & decem maldra ſiliginis - - de remediis ſimiliter animarum. Si vero Vicarius ipſe non habuerit ſocium Sacerdotem, pro cuius ſuſtentacione prebenda ſua augmentata exiſtit, eoipſo ſine omni ſtrepitu Iudicii cadet a iure ſuo quod ſibi in eadem Vicaria ſua fuerit acquiſitum; & loci Archidiaconus - - - Vicarium alium, preſentatum ſibi a prefatis Abb[a] & Conventu, inſtituet in eandem.

Adicimus quoque, quod ſeped. Abb[a] - - contribuciones Sedis Apoſtolice, Legatorum eius, nec non Archiepiſcopi, & alias ſi que fuerint faciende, dabunt & ſolvent de d. eccleſia in *Bickenbach*, a quibus Vicarium - - - dicimus & pronunciamus penitus abſolutum.

In memoriam igitur perpetuam predictorum hanc Litteram noſtro, * pred. Dni *Wernberi*, nec non . . Abb[e] & Conv. ſigillis voluimus & fecimus communiri. Actum & datum apud *Maguntiam* Anno . . MCCLXXXVIII. XVII[o] Kal. Aprilis. Preſentibus teſtibus infraſcriptis.

Godfrido, de *Langen* } Archipresbiteris.
HENRICO, de *Pungſtat* }
HARTVNGO plebano in *Seilvort.*
Fre VOLPERTO.
ECKEHARDO Converſo de *Padenshuſen.*
GODFRIDO de *Hayn*, Milite,
& quam pluribus aliis fide dignis.

* *Deſcriptum videſis* T. I. p. 826 (b) *Vbi & plenior huius* GEBEHARDI *capienda notitia.*

n.497. XVII.

De *bonis Coniugum, caſu quo ſine liberis decedant, ad Parthenonem devolvendis.*

An. 1289.

Nos Heinricvs de *Sprendelingen* & Gerdrvdis uxor eius. Tenore preſ. recognoſcimus - - -, quod communicatis manibus & pari conſenſu Bona ſive redditus, inferius ſcripta, ſi ſine pueris moriemur, damus & legamus, ob ſalutem animarum noſtrarum - - -, poſt amborum noſtrum mortem, Sanctim' in *Patensbuſen* iure proprietario in perpetuum poſſidenda.

Hec ſunt bona. Videlicet in *Vilewile* (vilbel) 3 manſos cum dimidio. Ibidem 5 curias & 2 iugera, cum dimid. vinearum. Item in villa *Grisheim* 6 octalia ſilig. annis ſingulis, 4 anſeres, tot pullos. In *Kelſterbach* tercium dimid. octale ſilig. & 2 octalia avene. In *Saſſenbuſen* de quadam curia 5 ſolidos, preter 4 denarios & 2 pullos. In *Frankenfort* Hartmvt *Blumechin* talentum denariorum. Item in *Nuwenhain* apud *Ferſtenburnen* unum iuger & dimid. vinearum. In novo monte 2 iugera vinearum.

Hec preſcripta bona, ut eſt dictum, damus & dedimus Cenobio memorato. Adicimus eciam, ſi propter ſterilitatem annorum, vel aliquam plagam, de prefatis & aliis bonis noſtris ſuſtentacionem . . habere non poſſemus, quod ex tunc de conſilio . . Cenobii, de pred. bonis . . neceſſaria noſtra - - recipere nobis licet. Huius rei Teſtes ſunt

Conradvs de *Sulzpach*,
Henricvs de *Hazgenſtein*,
Rvpertvs, Iacobvs de *Hain*, &
Conradvs de *Eltevile*. Milites.
Dns Gotschalcvs plebanus de *Kuningeſtein*.

Dns

Dns LVDEWICVS plebanus de *Nuringes* *
Et quam plures.

Ne igitur propter preſentem donacionem noſtram aliqua inpoſterum poſſit ſuboriri controverſie materia, preſentem Litteram ſigillo Nobilis viri Domini noſtri WERNHERI de *Mincinberg* petivimus & obtinuimus communiri. (*&c.*) Datum & actum Anno . . MCCLXXXIX in die bte *Agnetis*.

* NVRINGES, *Comitatus olim, magnam partem Wetteraviæ complexus, ſtirpe Comitum emortua, poſt varias diverſorum poſſeſſorum revolutiones tandem Illmis* Naſſoviis *ceſſit. A quibus hodiedum, feudi* Weilburgenſis *titulo, exilem huius nominis villam, oppido* Königſtein *fere contiguam, Barones* Bettendorffii *poſſident; Sicut & rudera caſtri prope adiacentis* Falckenſtein, *cum vico agnomine.*

XVIII. n.498.

Sylva Hengeshör, *venditore* P. *de* F. *accreſcit Padenhuſanis.*

An. 1289.

Nos PHILIPPVS *Dominus* de Mynzenberg *ſive* de Valkinſtein, *Imperialis Aule Camerarius*; & GYSLA collateralis noſtra dilecta omnibus hoc ſcriptum intuentibus ſalutem in omnium Salvatore. Quia labilis eſt hominum memoria, & mutabilitati ſubiacent univerſa, neceſſe eſt in ſcripta redigi, que memorie nequeunt conſervari.

Ad univerſorum igitur noticiam — — — volumus pervenire, quod deliberato animo, manu coadunata, habitoque omnium heredum noſtrorum conſenſu, Nemus quoddam, quod vulgariter *dez Hengeshor* nuncupatur, pro XL marcis *Colon.* denar. legalium, ante feſtum Phentecoſtes proximum nobis dandis, iuſto vendicionis titulo, cum toto iure ac integritate qua ad nos ſpectare videbatur, racionabiliter - - - Abbatiſſe & Sanctimon' in *Phadinhuſin* - - vendidimus, in unam

Digitized by Google

& puram proprietatem perpetuis temporibus pacifice poſſidendam. Dantes eis in dicto nemore plantandi, domos conſtruendi, agros colendi, omnemque voluntatem earum perpetrandi, ſine omni onere ſeu impedimento ex parte noſtri, vel heredum noſtrorum plenam ac liberam facultatem. Nos itaque verſus idem nemus omni in poſterum renunciamus actioni, nullumque ius ſuper eo nobis aut heredibus noſtris relinquentes.

Ne autem ſuper dicta vendicione noſtra ullus dubietatis ſcrupulus in poſterum valeat exoriri; prelibatis Abbatiſſe - - preſentem Paginam tradidimus, Sigillorum noſtrorum * appenſionibus communitam. Huius vero facti Teſtes ſunt

Fr. HENRICVS de *Eberbaco.* } Sacerdotes.
Fr. CONRADVS de *Arniſpurg.* }
KVNO & BVOMVNGVS de *Cronenberg*, Milites.
CONRADVS de *Marburg*, Notarius.
CONRADVS de *Grizhem*, Magiſter.
CONRADVS Venator, & alii quam plures.

Datum apud *Hagin* † in feſto ſce *Scolaſtice.* Anno Domini MCCLXXXIX.

* a) PHILIPPI: oblique corpori affixo clypeo transverſim ſecto.

b) *Mulierem ſiſtit facie plena inter caules denſe foliatos, anteſtanti clypeo connubiali manibus incumbentem.* SIGILLVM GISSILE DE MINZINBERG. *Teſſeras gentiles non niſi poſtero ſeculo appoſuerunt Nuptæ illuſtres; adhibendo eas in ſiniſtra, & Maritales a dextera imaginum ſuarum parte.*

† Hain: *in Triquernatibus, vulgo* Drey Eich.

XIX.

Digitized by Google

XIX. n.499.

De aſſignatis Cœnobio per S. *de* H. *reditibus, in villa* Weiterſtatt *accipiendis, vice* 30 *marcarum, quibus Conventui tenebatur* H. *de* H. *illic locando filiam.*

An. 1292.

Nos Sifridvs de *Huſenſtam* Miles, filius quondam Heinrici militis *de Huſenſtam*, & Agnes eius collateralis. Tenore preſencium recognoſcimus, publice profitentes, quod occaſione XXX marcarum denar. *Colon.* bonorum & legalium, quas dictus *Heinricus* & collateralis ſua, dicta *Blumechin*, religioſis Dominabus - - - *Padensbuſen*, ob receptionem Filie ſue, quam in earum habitum receperunt pie propter Deum, deputaverant & aſſignaverant; nos *Sifridus* & *Agnes* . . communicata manu parique conſenſu nomine dictorum *Heinrici* & ſue collateralis, - - - Conventui pro prefatis XXX marcis - - - deputamus XII octalia filiginis - -, ſingulis annis infra duo feſta Aſſumpt. & Nativ. B. M. V. in villa *Witerſtad* tollenda & percipienda; & unam marcam - - - in feſto bti *Martini* in villa *Sprendelingin* - - -, tam diu, donec nos aut noſtri liberi - - - ipſas XXX marcas . . integraliter perſolvemus. Poſtquam vero eas perſolverimus, prefata XII octalia - - - ad nos noſtroſque liberos libere revertentur. Teſtes huius ſunt

Sifridvs de *Gyſenheim*,
Hertwicvs de *Alta domo*,
Rvdegervs de *Holtzhuſen*,
Markolfvs de *Lintheim*,
Iohannes *Goltſtein*, Scabini;
& quam plures alii fide digni.

In

In cuius rei teſtimonium nos Scabini antedicti ad rogatum parcium pred. Sigillum univerſitatis *Frankin-vorden.* preſentibus duximus appendendum. Actum Anno Domini MCCXCII in feſto Penthecoſtes.

XX.

n.500. *Compoſitio Litis.*

An. 1298.

Noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod huiusmodi Diſſenſio ſive controverſia, que inter Abbatiſſam & Conventum - - - *Padensbuſen* ex una, BERTOLDVM *Morbard* & ELIZABET ſororem ipſius *Bertoldi*, & HERPELONEM eius maritum cives *Franken-vord.* ſuper uno dimidio manſo, in terminis ville *Peterwile* ſito, ex parte altera vertebatur; Et uno pomerio quos . . Abb^a - - erga matrem dictorum *Bertoldi* & *Elizabet* emerunt legitime, & comparaverunt, & hactenus pacifice & quiete poſſederunt, in hunc modum penitus eſt deciſa; ita quod . . Abb^a & - - dederunt prelibatis B. & E. ſex marcas den. *Col.* ut renunciarent omni actioni que eis competeret, ſive competere poſſet in dimidio manſo & pomerio ſupradictis. Teſtes huius ſunt

HEINRICVS quondam Sculteتus *Franken-vord.*
CVNRADVS *Swevus.*
WALTHERVS de *Cronenberg.*
CVNRADVS *Burneſlecke*
MARCOLFVS de *Lintheim.* Scabini.
CVNRADVS de *Gyſenheim.*
VOLCWINVS de *Wetſlaria.*
FOLZO, & HEINRICVS de *Kaldebach*, cives *Frankenv.* & quam plures alii fide digni.

In

In cuius rei teſtimonium nos Sculterus & Scabini . . ad rogatum parcium pred. Sigillum univerſitatis *Frankenv.* preſentibus duximus appendendum. * Actum Anno Domini MCCXCVIII in craſtino omnium Sanctorum.

* *Inſcript.* FRANKENVORT SPECIALIS DOMVS IMPERII.

XXI. n.501.

De tribus manſis apud Rendel, *quos a* Sifrido *de* Heuſenſtam *comparârunt* W. de Wanebach *&* W. Rana, *ſub pactis adiectis.*

An. 1299.

Nos CVNRADVS de *Erlebach* Miles Sculterus, Scabini, ceterique Cives de *Frankenvord.* Tenore preſencium recognoſcimus, quod Strenuus vir Dns SIFRIDVS de *Huſenſtam* Miles, & CVNEGVNDIS uxor eius legitima in noſtri preſencia conſtituti, communicata manu parique conſenſu vendiderunt WIGLONI de *Wanebach* & WIGLONI *Rane* noſtris concivibus, eorumque heredibus tres manſos terre arabilis, in terminis ville *Rendele* ſitos, & unam curiam in iam dicta villa, cum omni iure & onere quibus dicti *Sifridus* de *Huſenſtam* & eius coniunx poſſiderunt, ad quatuor annos inmediate ſubſequentes & ad curricula eorundem, pro centum marcis denar. *Col.* - - -, quorum - - duo manſi ſunt & cenſentur proprii. De tercio vero manſo, ſito *in den Roderen*, dicti *Wiglo* & *Wiglo*, vel eorum heredes, Religioſis Dominabus Abbatiſſe & Conventui . . in *Engiltal* ſingulis annis in feſto bti *Martini* ſolvent & porrigent unum talentum levium denar. cenſus annualis. — — —

Adiectum eſt eciam, quod, ſi ſeped. S. de H. vel ſui heredes infra ſpacium dictorum quatuor annorum . . poſt meſſes ipſius anni - - pro tanta ſumma pecunie reemere voluerint,

 ſeped.

Digitized by Google

ſeped. *Wiglo* & *Wiglo* ipſos tres manſos eiſdem dabunt ad reemendum; ita tamen, quod ipſa pecunia ſit propria, & non aliena, memoratorum *Sifridi* de *Huſenſtam* & ſuorum heredum. — — —

Preterea ipſis IV annis ſic durantibus ſepefati W. & W. quolibet anno ſecabunt XX arbores in nemore quod dicitur *Creyenbrucb*, ſi maluerint, & reperiuntur in eodem. Si autem - - non reperiuntur, tunc in alio ipſorum nemore ſecabunt, ubicunque ipſis fuerit oportunum, & melius videtur expedire. Et, ſi ſuper ipſis arboribus ſecandis prefati W. & W. inpignorarentur per quemcunque, huiusmodi inpignoracio in pred. S. *de Huſenſtam* vel ſuos heredes redundabit, & ipſam deponere tenebuntur. Evolutis eciam dictis IV annis ſecacio ipſarum arborum penitus ceſſabit.

Et ut premiſſa inconvulſa & illeſa permaneant, memorati *Sif.* de *Huſ.* . & eius coniunx hos conſtituerunt fideiuſſores: Cvnradvm de *Wiena* fratrem ipſius *Sifridi*, Bertoldvm *Swevum*, Heinricvm *Gramuzer*, Milites; Sifridvm de *Gyſenbeim*, Cvnradvm fratrem eius, & Cvnradvm de *Heldenbergen*, cives *Frankenvordenſes.*

In teſtimonium & firmitatem omnium premiſſorum ego S. de H. ſepedictis W. & W. - - tradidi has litteras, Sigillo meo, *Cunradi* fratris mei, nec non . . univerſitatis *Frank.* . communitas. Et nos Scabini antedicti recognoſcimus — — — Actum Anno Domini M CCXCIX in die bte *Agate* virginis.

n.502.

XXII.

Documentum venditionis Curiæ in Rendel.

An. 1299.

Sifridvs Miles de *Huſenſtam* & Cvnegvndis uxor eius legitima Conſtare cupimus univerſis - -, quod nos communicata manu - - vendidimus - - - Conventui - -

Padens-

Padenſhuſen - - curiam noſtram in villa *Rendele* * ſitam, & duos manſos - -, pro C & XXX marcis denar. *Col.* - .- Promittentes nichilominus - - de prelibatis - - facere warandiam, iuſtam debitam & conſuetam; & pro eadem - - RVDEGERVM de *Holtzhuſen* Scabinum, CVNRADVM de *Byberahe:* Cives Frankenv. . RVPERTVM de *Bergele*, EBERHARDVM ſeniorem & iuniorem *de Meilsheim* cum eorum complicibus - - - conſtituimus fideiuſſores. Teſtes vendicionis premiſſe ſunt hi:

* *in* Wettetavia, *ſub dominio ſtatus Equeſtris immed.*

GERHARDVS Iudex in *Rudingheim.*
ARNOLDVS de *Glauburg.*
HERTWICVS de *Alta domo.*
CVNRADVS de *Spira.*
CVNRADVS *Burneſlecke.*
SIFRIDVS de *Gyſenheim.*
CVNRADVS *Allium.*
MARCOLFVS de *Linthelm.*
LVDEWICVS & RVDEGERVS de *Holtzhuſen;*
Scabini, & quam plures alii cives *Franken-vord.* fide digni.

In teſtimonium premiſſorum nos Scabini antedicti ad requiſicionem parcium preſcriptarum Sigillum univerſitatis *Frank.* preſentibus duximus appendendum. Actum Anno Domini M CCXCIX, feria ſexta proxima poſt feſtum bti *Martini.*

XXIII. n.503.

Locatio bonorum in Rockenb. *Colono expulſo, facta Militi* de Crüfftel.

An. 1300.

NOS *Soror* BENIGNA Abbatiſſa totusque Conventus - - in *Patensbuſen* recognoſcimus - - -, quod bona

bona noſtra in villa *Rockenberg* ſituata, locavimus Dno RVCKERO militi *de Cruſtele* iure colonario poſſidenda pro annua penſione, videlicet XXX octal. ſiliginis & X. tritici, II. anſeribus & totidem pullis. Tali diſpoſicione interiecta, quod ipſe omne dampnum deponet, quod ECKARDO, quondam noſtro Colono ibidem, tam de ſimacione agrorum quam de aliis, amputari ſecundum iuſticiam fuerit iudicatum.

Nos vero omnibus notum eſſe cupimus, quod predictum *Eckardum* a poſſeſſione eorundem bonorum iam dudum amovimus, quia ipſum, tam in preſentacione annue penſionis, quam in edificacione pratorum quam ſepius reperimus negligentem; Inſuper, quia preſenti anno dimidietatem fructuum ex eiſdem bonis provenientium nos recipere minus iuſte compulit, ipſum a ſepedict. bonorum poſſeſſione digne amovendi, nos iudicamus habere liberam poteſtatem.

Et ne ipſi Dno RVCKERO in premiſſis valeat aliqua calumpnia ſuboriri, preſentem Litteram ei dedimus noſtro Sigillo communitam in teſtimonium ſuper eo. Datum Anno Domini MCCC°, menſe Februario.

n.504. XXIV.

* T. n. XVII. *Exorta inter* Gertrudim *donatricem,* * *progreſſu temporis ad inopiam redactam, Monaſterium, nec non* Cunonem, *ſuper Bonis donatis controverſia,* PHILIPPVS de Falckenſtein, *a Partibus lectus Arbiter, in Cauſa pronuntiat.*

An. 1303.

PHILIPPVS ſenior, Dominus *de Mynzenberg.* Innoteſcere cupimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod, cum quondam honeſtus vir HEINRICVS de *Sprendelingin*, & GERDRVDIS uxor ſua, bona ſua quecunque in *Vile-*

Vilewile, tam in villa quam in campis ſita, Monaſterio de *Padinshuſin* donaverint, tali annexa condicione, quod de uſufructu viverent, &, ſi quibuscunque caſibus emergentibus de ſuis redditibus ſuſtentari non ſufficerent, competeret eis libere de dictis bonis, conſilio tamen d. monaſterii mediante, ſe a ſua inopia relevare; ſicut in Inſtrumentis ſuper hoc confectis dicitur plenius contineri.

Cum autem d. *Gerdrudis* defuncto marito paupertatis premeretur articulo, accepit a d. monaſterio XLIII marcas, loco quarum monaſterium retinuit ſibi XIV octalia ſiliginis ex pred. uſufructuario ſingulis annis, ex tunc inantea in uſum proprium in perpetuum convertenda. Poſt hec eadem *Gerdrudis* in perſona propria dicitur dediſſe in forma Iudicii omne ius, quod in d. bonis habuit, KVNONI, filio fratris ſui; cuius dacionis occaſione idem *Kuno* dicitur ſe ingeſſiſſe in ipſa bona tamquam verus dominus ipſorum, Colonos pro voluntate ſua eiciens, & inſtituens & omnem prorſus proventum ſibi libere vendicabat. Timens ergo Monaſterium predictum, periculum ſibi ſuboriri, ſi d. *Kune* poſt mortem *Gerdrudis* poſſeſſor bonorum inveniretur; ſupplicavit nobis, quatinus ipſi vellemus finalem compoſicionem per viam iuris vel amicicie ordinare.

Propter quod comparentes coram nobis apud *Arnsburg* Fr. HEINRICVS Syndicus de *Padinshuſen*, pro ſuo monaſterio, & .. *Gerdrudis* pro ſe, ac eciam *Kuno* prefatus pro parte ſua, unanimiter & voluntarie compromiſerunt in nos, promittendo per fidei dacionem & ſub periculo Cauſe, ſe gratum & ratum habituros, quicquid per nos inter ipſos ordinatum fieret, & deciſum.

Nos itaque aſſumpto in nos huiusmodi Compromiſſo ordinavimus & diffinivimus, & per preſentes in perpetuum diffinimus; In primis quod ſeped. *Kuno* ante feſtum Nativ. B. M. V. proxime venturum reſignabit publice in forma Iudicii apud *Vilewile* omnia bona, ſimpliciter & preciſe, de quibus eſt mota queſtio, in manus & in dominium ſeped. monaſterii ſine omni contradictione in perpetuum libere poſſidenda. Mona-

 ſte-

ſterium vero verſa vice dabit *Kunoni* XL marcas numerate pecunie, ſecundum dimidietates ipſarum in bti *Mychahelis* & Sci *Martini* Ep. ſollempnitatibus venturis proxime, perſolvendas.

ITEM Abbª & Conventus . . tenebuntur . . *Gerdrudi* de domicilio intra ſepta ſua, de lignis comburendis, & de olerum herbis convenienter quoad vixerit providere. Dabunt inſuper eidem XXI octalia ſiliginis de granario ſuo apud *Padinshuſen;* & tantum, in numero & valore de denariis & pullis, ac aliis quibuscunque redditibus, quantum ſolet annuatim de ſeped. bonis provenire. Omnia predicta illi porrigenda in quaternas partes eque parcientes; ſingulas partes in ſingulis ſollempnium Ieiuniorum quatuor temporibus ſibi annis ſingulis porrigendas; ita ſane, ſi apud Monaſterium reſidere, & ſibi porrigenda, ibidem reſidens, expendere voluerit, alioquin illi omnino nichil debebitur; ſed monaſterium ab omni penſione, quam forte per abſenciam ſuam, quod abſit, neglexerit, abſolutum a ſolucione deinceps in perpetuum permanebit.

Teſtes huius noſtre ordinacionis ſunt *Fr.* WIDEKINDVS & *Fr.* WICBADO, quondam Abbates in *Arnsburg*. Item *Fr.* LVDEWICVS, Confeſſor apud *Padinshuſen.* In cuius eciam noſtre deciſionis & diffinicionis perpetuam evidenciam Sigillum noſtrum preſenti pagine duximus appendendum.

Actum Anno Domini MCCCIII, menſe Auguſto.

n.505. XXV.

Vnde parthenon acquiſiverit ædes, Francofurti *habitas.*

An. 1306.

NOS SYNANDVS & CRAFTO fratres *de Radenhuſen*, Caſtrenſes in *Gyzen*, recognoſcimus his noſtris litteris patentibus, publice proteſtando, quod communicatis manibus noſtrarum Coniugum legitimarum, videlicet ODYLE &

& Elizabeth, vero vendicionis titulo vendidimus Sanctimon' Abbatiſſe & toti Conventui in *Padenhuſen* - - curiam noſtram ſitam in *Frankenford*, quam poſſedimus ex parte noſtre matris Odylige, dicte *Clobelauch* pie mem., ſine omni inquietacione perpetue poſſidendam. Proteſtamur eciam, nos debitam reſignacionem predicte curie coram multis viris ydoneis atque probis feciſſe; Quorum nomina ſequuntur & ſcribuntur; Videlicet

Cuno Miles, dictus *Halbir.*
Ecclo d. *Slune* [Schlaun.]
Synandus iunior *de Buchesecke.*
Iohannes de *Kinzenbach.* Milites.
Lodewicus & Gerlacus d.' *Drageſleis.*
Scabini, & q. plures alii fide digni.

Et quia ſigillis propriis caremus, ideo Sigillum univerſitatis in *Gyzen* in confirmacionem atque teſtimonium apponi procuravimus - - Datum Anno Domini MCCCVI in die exalt. ſce Crucis.

XXVI. n.506.

An. 1314.

Nos *Soror* Cunegundis dicta Abbatiſſa, & Conventus - - in *Patenshuſen* - - notum facimus univerſis - - -, quod renunciamus omni iuri & pecicioni, que nobis - - competebat in bonis in villa *Aldendorf* ſitis, ſolvencia XII octalia ſiliginis annuatim, ex morte felicis mem. Dne Irmentrudis de *Wetflar* racionę Katherine ſue nate, noſtrę consororis; Ita quod venerabili Dne Magiſtre & Conventui in *Aldenburg* Ord. Premonſtr. que iam dicta bona comparaverunt, pro eisdem nullam unquam faciemus requiſicionem, ſed ea ſine quolibet noſtro impedimento libera poſſidebunt.

In

In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum noſtro Sigillo fecimus communiri. Datum Anno .. *MCCC Quartodecimo*, III Kal. Marcii.

n.507. XXVII.

Facta per Abbatem Witekindum *disquiſitione in Cœnobii Bona & facultates, repertaque Perſonarum nimia multitudine, proventibus impari, reducuntur ad numerum* 56.

An. 1317.

F*rater* IOHANNES dictus Abbas in *Arnsburg* Cyſt. Ord. Venerab' & in Xpo Kariſſimis Dne Abbatiſſe & Conventui - - in *Padinsbuſen* eiusdem Ordinis, filiabus ſuis dilectis paterne karitatis affectum, & zelum Ordinis ſalutarem.

Cum felicis mem. Dns WYTKINDVS predeceſſor noſter, & nos, tunc in officio Prioratus monaſterii noſtri conſtituti, - - Monaſterium veſtrum anno .. MCCCXIII in craſtino Aſſumpt. B. V. accedentes, ſecundum conſuetudinem approbatam Ord. noſtri omnibus facultatibus, penſionibus, cenſibus, redditibus & proventibus eiusdem Monaſterii veſtri paterna ſollicitudine ab eodem predeceſſore noſtro, computaciones veſtras audiendo, equa lance penſatis invenerit, vos ultra vires facultatum & rerum veſtrarum predictarum Perſonas plurimas, que non poſſunt de ſubſtancia prefati monaſterii veſtri absque penuria & gravi inedia ſuſtentari, contra tenorem Statuti Apoſtolici, quod ulteriores recepciones ſuper vires facultatum denunciat irritas & inanes, in veſtri Ordinis conſorcium temeritate propria recepiſſe, &, non absque inobediencie vicio, ſtatutum vobis perſonarum numerum exceſſiſſe; ſuper qua inobediencia ad paternam increpacionem .. predeceſſoris noſtri, & fraternam ammonicionem noſtram penitencia ducte, ut effrenis multitudo perſonarum - - reſtringeretur, & ad proporcio-

cionem facultatum - - equaliter aptaretur, vos omnes concorditer quorum intererat, ut nullam perſonam infra ſpacium ſex annorum ſuccedencium recipere velletis, tactis ſacroſanctis Reliquiis iuramenti vinculo ſollempniter aſtrinxiſtis; Quo facto, inmediate pred. predeceſſor noſter preſtitutum vobis numerum, videlicet quadraginta ſex Monialium, quatuor Converſarum, & ſex Converſorum vobis innovavit, ſtatuit, & nichilominus auctoritate Ordinis confirmavit, cum vix adhuc idem numerus poſſit abſque penuria commode ſuſtentari; & ex huiusmodi penurie inedia ſimultates, menſarum ſingularitates pullulant, vicium proprietatis ſuccreſcit, & exteriores evagaciones ad petenda ſubſidia amicorum, ac multa alia pericula inſurgunt in Monaſteriis undique, que monaſticam diſſipant diſciplinam;

Nos igitur pred. periculis & enormitatibus, quantum poſſumus precavere volentes, vobis auctoritate paterna predictum numerum perſonarum innovamus, ratificamus, & conſimiliter confirmamus; & recepciones omnes ultra numerum prefatum - - - preſumptas, tamquam Iuri canonico & Statutis Ord. noſtri generalibus contrarias, denunciamus irritas & inanes. Inhibentes ſub pena depoſicionis omnibus Officialibus, & ſub pena excommunicacionis ſingularibus perſonis Monaſterii veſtri, ne quis preſumat pred. numerum augmentare.

Datum Anno Domini MCCCXVII, circa feſtum bti *Gregorii* Pape.

XXVIII. n.508.

Connexa cum anteced.

An. 1319.

Nos *Frater* IOHANNES dictus Abbas Monaſterii in *Arnisburg*, Viſitator ac Pater. BERTRADIS Abbatiſſa, & PHYLIPPVS ſenior, Dominus in *Minzinberg*, Fundator Cenobii ſanctimonialium in *Padinsbuſen*. Omnibus preſens

ſens ſcriptum intuentibus cupimus fore notum, quod penſionibus & redditibus eiusdem monaſterii .. equa lance conſideratis & penſatis qui ad ſuſtentacionem perſonarum - - ſufficerent, ita quod ſine penuria poſſent commode ſuſtentari; quia invenimus quod ad ſuſtentacionem ſolummodo Quinquaginta duarum Monialium ſufficiunt facultates Monaſterii memorati; idcirco eundem numerum approbamus & ratificamus. Volentes, & in virtute ſancte obediencie precipientes, ut ſecundum tenorem Statuti Apoſtolici, cui non poſſumus contraire, pred. numerus in recepcionibus perſonarum inviolabiliter obſervetur, niſi Deo auſpice manifeſte & notorie facultates Eccleſie tantum excreverint, quod per nos omnes predictos concorditer aliquid aliud ordinetur.

In confirmacionem quoque prefati numeri & ſtatuti preſentem Litteram conſcribi fecimus, & Sigillorum noſtrorum munimine roborari. Salvo in omnibus iuramento, quod de eodem numero Conventus eiusdem loci dicitur ediſiſſe. Actum & datum Anno Domini MCCCXIX, feria tercia infra octavam Aſcenſionis Domini..

n.509.

XXIX.

Cœnobio aſſignantur certi reditus pro portione hæreditaria monialis CLARÆ Froſch.

An. 1324.

Quoniam Licium materiam frequenter parit oblivio, idcirco expedit, res geſtas ſcriptura fidelique narracione ad memoriam preſencium & futurorum fore perducendam. Noverint igitur preſentes pariter & futuri, quod nos HEYLMANNVS & ELYZABETH coniuges, dicti *Froſch*, opidani *Franken-vord.* communicata manu, & conſenſu omnium puerorum ſeu heredum noſtrorum, videlicet Dni HEYLMANNI, Sacerdotis & plebani Eccleſie Sci *Bartholomei*, Mgri WICKERI Cantoris eiusdem eccleſie, SYFRIDI, IOHANNIS,

WIGE-

Digitized by Google

WIGELONIS, ALHEIDIS & METHYLDIS, propter pietatem quam Religioſe Domine, Abbatiſſa & Conventus in *Patensbuſen* - - erga nos, & filiam noſtram nomine CLARAM exercuerunt in eo, quod dictam n. f. in earum Confororem - - - longis temporibus retroactis pure propter Deum receperunt, & ei prebendam ſicut uni eiusdem monaſterii moniali ſeu clauſtrali benivole & liberaliter aſſignarunt; huiusmodi beneficii memores eidem Abb^e^ & Conventui - - redditus XII octalium ſiliginis - - annuos, quos de bonis noſtris, videl. de X & IX iugeribus terre arabilis, in terminis ville *Zuzenheim* ſitis hucusque annis ſingulis nos recepiſſe profitemur, pro porcione hereditatis dicte *Clare*, que in bonis noſtris habet vel habere poſſet, damus, tradimus, & preſentibus aſſignamus. Volentes, eandem *Claram* - - & eius monaſterium prenotatum, in huiusmodi porcione ut premittitur aſſignata, debere contentari, nec ad ſucceſſionem aliorum bonorum noſtrorum ullo modo admitti. Excludentes nichilominus *Claram* - - ac - - Monaſterium eius nomine, per huiusmodi porcionem a ſucceſſione aliorum bonorum noſtrorum in his ſcriptis.

Et nos Abbatiſſa - - recognoſcimus, per dicta bona ut pretangitur aſſignata quoad porcionem d. *Clare* fore ſatisfactum; aliis bonis ſuis paternis, que ad ipſam - - & ad nos - - - per ſucceſſionem hereditariam devolvi poſſent, preſentibus renunciando.

Nos eciam *Heylmannus* & *Elyzabeth* coniuges pred. recognoſcimus, redditus unius marce den. *Col.* ſuper domum GVDVLE, *unter den Bendern* ex oppoſito capelle Sci *Nycolai* in d. Opido ſitam, & domui . . zum *Blumenſteyn* contiguam, per quondam WIGELONEM *Froſch*, mei *Heylmanni* fratrem bone mem. *Clare* ſeped. ad tempora vite ſue percipiendos relictos, & poſt eius vitam ad . . monaſterium, cum proprietate & uſufructu, pro remedio animarum d. *Wigelonis*, & *Gyſele* uxoris ſue legitime perpetuo devolvendos. Teſtes huius rei ſunt

NYCOLAVS Vicarius eccl. S. *Bartholomei*, & BRVMAN, fratres, dicti *Wize*, de *Geylnbuſen*. HARTMV-

MVDVS *Caldebechere*. PETRVS *Lychere* de *Prumbeym*. PETRVS de *Bockenheym*, & alii quam plures fide digni.

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, & plenioris roboris firmitatem, nos *Heylm.* & *Elyz.* prefati, nec non Dns *Heylmannus* noſter filius Sacerdos & plebanus . . S. *Bartholomei* pred. Civitatis, Sigilla noſtra preſentibus recognoſcimus appendiſſe. Et ego *Wickerus* Cantor - - ceterique mei fratres & ſorores ſigillis predictorum contenti ſumus. Datum Anno . . MCCCXXIV, pridie Nonas Marcii.

n.510. XXX.

Pia, ſtylo peculiari concepta donatio, ad uſum meliorationis Veſtium.

An. 1324.

Felici ab hac luce migrat compendio, qui XPM largitorem omnium, in rebus ſuis heredem conſtituit, partem ſibi reſtituens preſtitorum. Nec dubium, in hereditate immarceſcibili, que multitudine poſſidencium non minuitur, diuturnitate non corrumpitur, nec bellorum turbine confunditur, ſed perpetue lucis & pacis meridie ſerenatur, Xpi fieri coheredes qui hic in ſuis bonis ipſum fecerunt participem, & Heredem.

Sciant igitur preſentes & poſteri, quod ad fidelem inductionem - - GVDE & RYLINDIS, dictarum *de Frankinvord*, Sanctimonialium in *Padinsbuſen* - -, Honorabiles perſone, quondam HERTWINVS, dictus *de Alta domo*, fel. mem. Scabinus Frankinv.., ſororius *Gude* pred., pater vero *Rylindis* prefate, & RYLINDIS ſoror *Gude*, mater vero *Rylindis* dictarum, coniuges legitimi, inſtructi, gracia quoque Spiritus ſancti afflati, primo redditus XXIV octalium ſiliginis - - annue penſionis, de tribus manſis cum dimidio in terminis ville *Holzbuſin*

buſin ſuper ſtratam Moguntinam ſite cedentes & provenientes annuatim; ITEM cenſus annuos trium marcar. den. *Col.* de domo & manſione, dicta *zu dem Aldin gyſinheimer*, in platea inferiori apud eccleſiam Sci *Georgii* in Opido *Frankinv.* ſita, cedentes; ITEM cenſum annuum unius marce - - de domo GOTFRIDI *Beyer* militis, iuxta domum communem Pellificum retro domum Calcificum - - ſita cedentem, pred. Monaſterio - - liberalitate largiflua nomine elemoſine tradiderunt, & perpetui teſtamenti ſub cyrographo aſſignarunt.

Pari quoque devocione, ad procuracionem *Gude* predicte, ad modum apis argumentoſe ſollicite, ex legato quondam GVDE floreſcentis memorie, dicte *di Boumeyſterin* matris ſue Cenſus annuus unius marce - -, cuius media pars cedet de domo Henrici *Bavari* militis ſupradicti - - -, alia vero medietas cedet de quadam domo iuxta Predicatores ſita, quam nunc GERLACVS ſacerdos inhabitat, .. Monaſterio provenit pariter & accrevit.

Flammigera quoque devocionis pietate, ad inſtinctum providum *Gude* ſeped. ex legato quondam MARGARETE ſororis ſue, olim Beckine, redditus perpetui X. octal. ſilig. in *Holzhuſen* cedentes, .. Monaſterio ſunt tributi. Nec apis tam utilis preconia ſunt tacenda; Vnde non pretereundum exiſtit, quod ad procuracionem & laborem *Gude* ſuperius & in perpetuum recolende, a quondam IOHANNE fratre ſuo Cenſus ſex ſolidorum - - - eciam prefato monaſterio provenerunt.

Sane ſummopere eſt ſciendum, quod ſepefati cenſus & redditus, omnes & ſinguli ad melioracionem Veſtium - - Monaſterii in *Padinshuſen*, per manum alicuius Monialis Domine ibidem ydonee, per venerabilem Patrem Dnm Abbatem in *Arnesburg*, Viſitatorem - -, & Grangiarium — —, necnon per .. Abbatiſſam loci, ad hoc eligende & ſtatuende, perpetuis temporibus convertantur, & de hoc ſemper in viſitacionibus annuis computacio exigatur.

Fffff 3 Et

Et quia ſuprad^e *Guda* & *Rylindis* que retro ſunt deſpicientes, & in anteriora ſe extendentes, omnino ſe, fide grandi ſpe ſecura ad promocionem . . monaſterii ſui expoſuerunt copioſe; & dignum eſtimatur, ut ſemper ſui vivat memoria; Quarum vite ſue proficue veſtigia inmortalia, & exemplaria conſpicua oſtenduntur; nam ſtructuris & picturis Ambitum monaſterii ſuis ſumptibus renovarunt, inſuper Dormitorium - - ampla & ſpecioſa teſtudine lignea, & ſumptuoſa ſtructura pro quiete & ſanitate ibidem pauſancium laudabiliter decorarunt.

Vnde ut omnia & ſingula premiſſa ſemper in ſtatu incolumi perſeverent, Reverendi Patris Dni Abbatis . . in *Arnsburg*, Ven. Dne Abbatiſſe — —, & ARNOLDI Cantoris . . S. *Georgii* Frankenv. fratris *Gude* . . ſigillis firmiter eſt hec Littera communita. Datum Anno . . MCCCXXIV, VII Idus Maii.

n.511. XXXI.

Authoritate Capituli generalis Pater Abbas taxat numerum Virginum ad L.

An. 1327.

NOS GERLACVS Abbas Monaſterii in ARNSBVRG, Executor a generali Capitulo ad infraſcripta deputatus. Venerabilibus in Xpo Abbatiſſe & Conventui . . in *Patenshuſen*, filiabus dilectis paternum affectum & zelum Ordinis ſalutarem.

Noveritis, quod hoc anno, videlicet MCCCXXVI, infraſcriptum Statutum, ſeu diffinicio de verbo ad verbum a Cyſtercienſi Capitulo generali taliter emanavit:

„ITEM, ne perſone divino cultui mancipate exceſſiva perſo-„narum numeroſitate, & tenui earum temporalis ſubſtancie fa-„cultate, de Altari cui habent deſervire, & de quo debent vi-„vere, non valeant ſuſtentari; iuxta ſtatutum felicis record. „Dni CLEMENTIS Pape *quarti* precipit Capitulum Patribus Ab-„batibus, ut quilibet in generacione ſua in monaſteriis Monialium

„lium ſecundum earum facultates taxet, ſeu taxari faciat nume-„rum Perſonarum; ſuper quo non augmentando Abbatiſſe & „perſonarum omnium accipiat iuramentum. Si verò in aliqui-„bus monaſteriis, ipſarum conſideratis facultatibus, perſonarum „inveniatur numerus exceſſivus, nunquam perſona aliqua reci-„piatur, quousque ad taxati numeri deveniant paucitatem. Ab-„batiſſa autem contrafaciens, Prioriſſa, Subprioriſſa & Cellera-„ria, conſilium vel aſſenſum ad hoc prebentes, auctoritate Ca-„pituli generalis absque retractacione aliqua ab officiis deponan-„tur. Numerus autem taxatus per Patres Abbates vel ipſorum „Commiſſarios nullatenus augmentetur, niſi in tantum faculta-„tes excreverint, quod numerus debeat merito augmentari.

Nos igitur obediencia humili, ut tenemur, mandatis predictis Capituli & Ordinis noſtri parere volentes, vobis & monaſterio - -, facultatibus veſtris, & circumſtanciis rerum temporalium veſtrarum iuſta lance penſatis, Quinquagenarium numerum perſonarum, Monialium ad corpus Conventus veſtri pertinencium, auctoritate Capituli gen. taxamus, deputamus, & iniungimus ſecundum formam predᵉ diffinicionis, ſub penis in ipſa contentis arcius obſervandum. Vobis in virtute ſancte obediencie ſub pena excommunicationis precipientes & mandantes, quatenus, omnibus perſonis Conventus veſtri convocatis, in preſencia Confeſſorum veſtrorum, quibus quoad hoc committimus vices noſtras, de pred. numero firmiter obſervando, tactis ſacris Reliquiis, ſecundum tenorem predicte diffinicionis quelibet veſtrum preſtet ſolempniter iuramentum; Quod ſi aliqua veſtrum preſtare contumaciter renueret, ipſam, quam in his ſcriptis ex nunc prout ex tunc excommunicamus, excommunicatam & arcius evitandam precipimus publice nunciari, quousque ad cor reverſa obediat, & mereatur abſolucionis beneficium optinere.

Per huiusmodi quoque taxacionem & iuramenta preſtanda, filiabus ſeu neptibus Fundatorum, ſeu Patronorum veſtrorum; vel eciam dominorum Terre in quorum diſtrictu temporali . . Monaſterium . . exiſtit; ſimiliter & illis, ſi quibus aliquas, in genere vel in ſpecie, pollicitaciones de recipiendis puellis

Excipiuntur filiæ Fundd. nec non Magnatum.

puellis feciſtis; ſeu promociones veſtras cum effectu exhibuiſtis, & firmam ac indubitatam ſpem ſuper recepcione aliqua in eorum animis generaſtis, in preſenti non intendimus, propter vitandas ingratitudines & ſcandala, aliquod preiudicium generari.

nti & proviſa primis precibus. Inſuper, ſi predicto numero nondum diminuto, Sereniſſimorum Dnor. Regum Romanorum, ſeu Reverendorum Patrum Archiepiſcoporum Moguntinorum *pro recipiendis puellis Preces primarie ex conſuetudine fierent* medio tempore, quibus per iuris veſtri defenſionem, quouſque una prebenda predicti numeri vacaverit, ſine gravi periculo monaſterii . ., ipſorum vos compellente potencia non poſſetis commode obviare; tunc, cum in hoc caſu magis ſitis pacientes, quam agentes, ſi contrarium premiſſis propter commoditatem monaſterii veſtri neceſſitate compulſi vos facere oporteret, ex hoc nollemus, quod deberetis aliquo periurio irretiri. Per hoc tamen ſic receptarum ius meliorare non intendimus, nec debemus.

Volumus quoque, preſentibus Litteris noſtro ſigillatis, veſtrum ſigillum coapponi, & ipſas litteras in archivo Eccleſie veſtre, ut ſint munimentum perpetuum, cuſtodiri. Datum Anno Domini MCCCXXVII, in die bti *Valentini* martiris.

n.512. XXXII.

IOHANNA de Falckenſtein *fundat Anniverſarium ex bonis ſuis* Sprendlingæ, *parata pecunia emptis a* Iacobo *Clobloch.*

An. 1347.

Wir Johanne Frawe von Falkinſteyn * die Eldeſte, bekennen uffenlichen an diſem geynwertigen Briefe, daz wir han gegebin, und gebin zu Selegerede, vor unſer und unſerre Aldforderen Sele, und aller der vor die wir begerin, lutterlichin dorch GOT und unſerre Frawen willen Sante Marien, uf unſerme Gude zu Spren-

Sprendelingen, daz wir gekauft han vor unſer eygen Gelt umme Jacoben Klobelochen Burger zu Frankinford, daz iezunt inne hat Her Thiederich unſer Capellan, und ſine lebedage haben ſal, nach ſime Tode dem Cloſtere zu Padenshuſen vier achteil korngeldes; Und unſer Suſter Gyſelin von Dune, und Schonetten u. Margareten unſern Dochtern, iglicher eyn achteil korngeldes; alſo beſcheidelichen, wan der dryer eyne abeget von bodes wegin, ſo ſal eyn achteil mit ir ledig werdin dem Convent dez vorgenanten Cloſters; alſo, daz nach der dryer tode dem .. Convente ſibin achteil ewiger korngulde fallende werden uf unſerme vorgen. Gude zu Sprendelingen. Auch enſal nieman die Gulde uffhebin oder innemen, wan † die Frawe, die der Kirchen gut ufhebit. Die ſal die vorgen. gulde allewege uf unſere Jargezyt under die Juncfrawen deylen an gereydem gelde, alſo viel, als die gulde gedun mag. Und zufore ſal den zweyn Priſtern, die dan da ſin, dri Schillinge Hellere gefallen, daz ſy ierlichen unſere Jargezyt mit Vigilien und Meſſen ſullen began, alſe gewenlich iſt.

† *wan prodan, ſcribebant ordinarie.*

Des zu eyner ſtedin und ewiger veſtenunge han wir Frawe Johanne .. unſer Ingeſigele an diſen Brief gehangen. Der gegeben iſt da man zalte nach Godes geborte Druzehinhundert Jar, in dem ſiben und vierzigeſten iare.

* *Cum ſolum exprimat Nomen adnuptum, haud ſimul familiam originis; illæſum ecce Sigillum, inopinato retegens eam. Quandoquidem a ſiniſtro Iconis latere conſpicitur* Aquila biceps, *ceu teſſera notoria Comitum* Sarwerdenſium.

Fuit autem hæc IOHANNA *Mater* CVNONIS *Archiepiſcopi* Trevirenſis, *qui, tempore eo quo Scholaſticum, mox Præpoſitum agebat Moguntinum, immotus ſtetit a Capite Factionis exauctorati* HENRICI de Virneburg, *contra* GERLACVM Naſſovium *ab anno* 1346 —— 1354. *Plenus de ipſo* Cunone *hanc in rem eſt nº* CCLXI. p. 365 —— 373.

Chartula, utut obiecti tenuis, in pretio nihilominus habenda reſpectu intus occurrentium: Quæ ſunt Iohannæ a) *Soror*, GISELA, b) *filiæ:* SCHONETTA *&* MARGARITA. *Cuiusmodi veterum membranarum ſubſidia, quam multum conducant ad ſolidandam Genealogicam medii ævi, omnes amœni huius ſtudii amantes facile diſcernunt.*

n. 513. XXXIII.

De reperto Cœnobii ſtatu quoad rem Oeconomicam.

An. 1418.

NOS *Frater* RVDOLFVS Abbas monaſterii *Arnsburg* Ord. Cyſterc. Mog. dioc. Venerabilem & dilectam filiam noſtram, Cenobium ſanctimonialium in *Padinshuſen* viſitantes anno . . MCCCCXVIII in die bti *Barnabe* Ap. in abſolucione Dne KATHERINE *Graslocken* quondam Abbatiſſe, & in ſubſtitucione Dne BENIGNE de *Beldersheim* pro nunc Abbatiſſe ibidem, invenimus ſtatum eiusdem cenobii, prout in ſubſequentibus noſcitur contineri.

Primo tenentur ad reempciones quingentas XX libras, de quibus dant annuatim XXII lib., XIV octalia ſiliginis. ITEM dant annuatim ad tempora vite XXX lib. LIV oct. ſilig. ITEM dant perpetue annuatim IV oct. ſilig. ITEM tenentur Creditoribus diverſis ſexcentas LXXXVI libras, CXXXV octalia ſiliginis, XLII oct. avene. Huius habent in reſtaurum, in certis & in incertis LV libras, & ſeptingenta LXXIX oct. ſilig. adhuc pre manibus. ITEM habent in animalibus XV equos laborantes, XIX equos ſilveſtres, V. boledros ſugentes, XII boves laborantes, XLVIII vaccas, boves & thauros. LXXVIII porcos, XL porcellos. CCCLIV oves, preter agnos.

In

Digitized by Google

In cuius rei evidens teſtimonium Sigillum noſtrum una cum ſigillo Conventus in *Padinshuſen* preſentibus duximus appendendum. Datum anno & die quibus ſupra.

XXXIV. n.514.

D. Moguntini Electi *primæ Preces, oblatæ in favorem* Gelæ *de* Elckerhauſen.

An. 1419.

CONRADVS *Dei gracia ſancte* Maguntine *Sedis electus Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Dilectis nobis in Xpo Abbatiſſe & Conventui .. in *Padershuſen* - - ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ſecundum antiquam & laudabilem conſuetudinem, hactenus inconcuſſe ſervatam, omnes & ſinguli felicis record. noſtri predeceſſores Archiepiſcopi Maguntini, in ſuarum promocionum exordiis, & cum ad regimen ſancte Eccl. Maguntine fuerunt aſſumpti, ſinguli eorum ad quamlibet Eccleſiam, quodlibet Monaſterium, & ad quorumcunque & quarumcunque Collatorum & Collatricum collacionem, pro unius proviſione perſone habebant porrigere, & eciam actualiter porrigebant *primarias ſuas preces*, que ſine difficultate & contradictionis obſtaculo fuerunt, prout decebat, reverenter exaudite; Nos dictorum Predeceſſorum noſtrorum veſtigiis quoad hoc inherere volentes, vobis pro dilecta nobis in Xpo GELA, nata Strenui militis CRAFFTONIS de *Elkerhuſen*, * offerimus primarias preces noſtras. Vos nichilominus exhortantes, & serioſius requirentes; &, prout exigit, in virtute ſancte obediencie mandantes, quatenus noſtri contemplacione predictam *Gelam* in veſtro monaſterio - - tamquam Sanctimonialem conſororem recipientes & aſſumentes, eam de ſingulis emolumentis, ſicut & cetere veſtre Conſorores & ſanctimoniales gaudent & percipiunt, gaudere & percipere faciatis cum effectu; Quod niſi feceritis, vos ad hoc compellemus eccleſiaſticam per cenſuram.

* Magiſter Curiæ Mog.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Hoeſte* feria ſexta ante feſtum Nativitatis Criſti. Anno Domini MCCCCXIX.

de mandato Dni Maguntini
PHILIPPVS ITSTEIN.

In conſimili forma Preces *parthenoni obtulit an.* 1459, *tunc electus*, DIETHERVS de Iſenburg *in gratiam* CATHARINÆ, filiæ CASPARI de Dittelsheim. *Iterumque, ſecunda vice regimini admotus, pro* AGNETE Riedeſel, *ſub dato 1. Ian.* 1476. *Verum enim vero id ipſum* [*quoad Cœnobia perquam notabile*] *ius dudum exolevit.*

CHAR-

Digitized by Google

CHARTVLARIVM RETTERENSE.

I. n. 515.

Littera Fvndationis. *

An. 1146.

* *Ceu baſis, oportet ut repetatur ex* T. I.

In nomine sancte et individve Trinitatis.

HEINRICVS *divina clementia* Maguntinorum *Archiepiſcopus*. Omnibus confugientibus ſub protectione noſtre defenſionis, & pro variis utilitatum cauſis aures noſtre benignitatis querentibus, pro ſpe retributionis eterne aperimus, ut per condeſcenſionem, quam proximis noſtris & maxime DEO famulantibus *exibemus*, nos in tempore ſupreme neceſſitatis veram ſalutem conſequamur.

Notum ergo eſſe volumus univerſis, tam preſentibus quam futuris Xpi fidelibus, qualiter Comes Gerardvs de *Nuenringes*, quicquid in *Ketereſſe*, & in *Brubach*, que nunc *Vallis ſancte Crucis* appellatur, poſſidere dinoſcebatur in molendinis, paſcuis, pratis, ſilvis, cultis & incultis, agrorumque cultura, per manus noſtras omnipotenti Deo & bto Martino in *Maguntia* pro remedio anime ſue, quam parentum ſuorum ea contulit ratione; ut Fratres perpetuo inibi manentes, ſecundum Regulam bti *Auguſtini* religioſam vitam ducerent.

Nos ergo ipſius bonam voluntatem circa cultum divinum & Religionem conſiderantes, & ſtudium pie actionis quod ſervis Dei exibebat approbantes, traditionem in preſentia noſtri factam, auctoritate officii noſtri confirmavimus; & ne ſe aliquis opponat vel contradicat, Paginam preſentem conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Et anathemate noſtro verbo Spiritus ſancti, & poteſtate btor. Apoſtolorum *Petri & Pauli* interdiximus, ne hec aliquis infringere preſumat. Quod ſi quiſpiam impetere preſumpſerit, *damnatus eterne maledi-*

by Google

ledictioni ſubiaceat, nec particeps beate immortalitatis eſſe mereatur. Teſtes qui huic interfuerunt traditioni infra adnotari iuſſimus, ut ex omni parte veritas corroboretur. Quorum hec ſunt nomina.

HARTMANNVS maioris Eccl^e Prepoſitus.
LODEWICVS Prepoſitus Sci *Petri.*
GERLAVS Prepoſitus Sci *Victoris*,
& maioris Ecclefie Decanus.
ANSELMVS Prepoſ. beate *Marie* ad gradus.
ARNOLDVS Camerarius Civitatis.
WILLEHELMVS Magiſter Scolarum.
HERTWINVS Cantor.
EMMECHO Comes *de Nuenburc.*
ARNOLDVS de *Bucho.*
HEINRICVS de *Tideſſe.* [Dict]
Wallerſtein CVNRADVS de *Wallereſteheim.*

Miniſteriales

DVDO, & frater eius MEINGOTVS Vicedominus.
EMBRICHO de *Giſenebeim.*
DVDO Sculteтus, & frater eius WICHNANDVS.
WERNERVS Dapifer. CVNRADVS Pincerna.
CVNRADVS, DRAGBODO & HEINRICVS, Mariſcalci.
Et alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. MCXLVI. Indict. VIII. Regnante CVNRADO Rege Romanorum huius nominis III° Data & confirmata in *Maguntia* Idus Novembris feliciter in Dei nomine Amen.

II.

Digitized by Google

II. n.516.

Conradi I., *quibus Cœnobii Bona ſigillatim recenſet, ac eidem confirmat.*

An. 1191.

In nomine sancte et individve Trinitatis, CVNRADVS *Dei gratia* Sabinenſis *Epiſcopus*, *ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus.* Cum ad omnes generaliter viſcera karitatis extendere debeamus, ſpecialius tamen Eccleſiaſticas perſonas vitam religionis ducentes oculo conſuete pietatis intueri tenemur; & ſub noſtre defenſionis favore affectuoſius eos manutenentes facile acclinare aſſenſum ad ea, que congrue a nobis poſtulaverint.

Dilectos igitur in X° Fratres & Sorores in *Rethres*, quos beate memorie anteceſſor noſter Heinricus, *Maguntine Sedis Archiep*ˢ titulo donationis & protectionis manutenendos ſuſcepit, nos quoque, paterne ſollicitudinis intuitu, tam in perſonis quam univerſis poſſeſſionibus ſubſcriptis, quas nunc iuſte poſſident, vel in futurum Deo auxiliante rationabiliter poſſidebunt, ſuſcepimus; ipſiusque facta confirmantes, omnibus Katholicis ſucceſſoribus noſtris hoc noſtre auctoritatis ſcriptum transmittimus.

Vt igitur divina myniſteria, & religionis ordo ibidem per gratiam Dei incrementum accipiant, auctoritate DEI omnipotentis & btor. Apoſtolorum *Petri & Pauli*, & Dni Pape Celestini, & Sci Martini & noſtra ſtatuimus, ut nullus, in perſonis ſeu poſſeſſionibus, nunc habitis vel in poſterum legittime habendis, gravare vel iniuriam inferre preſumat. Ad robur autem eiusdem facti noſtri preſentem paginam ſcribi iuſſimus, & proprio Sigillo muniri.

Hec ſunt bona & reditus in *Rethres.* Ibidem terra unius aratri, & prata & ſilva, cum paſcuis & aquarum decurſibus, & molendinum, cum omni iure. In *Bidinowa* cenſus V. unciarum

ciarum & duo prata cum omni iure. In *Hornowa* vinea una, & terra unius aratri, & IIII prata & ſilva cum omni iure. In *Cruſdelo* terra unius aratri, & due curie & IIII vinee cum omni iure. In *Marbotdesheim* II vineas, & cenſus V. ſolidorum. In *Hartbach* cenſus X. ſolidorum. Eccleſia in *Dornheim* cum omni iure & pertinentiis. In *Liderbach* II vineas & IIII iugera agri. In *Sulzbach* III curias, & hubam unam, quam emit GERHARDVS de *Eppenſtein* XXXIII marcis, cum omni iure. In *Sualbach* cenſus V. ſolidorum, vineam I. & hubam I, cum omni iure.

In *Lutdenbach* vineam I, & pratum & ſilvam. In *Meinboldeshagen* vineam I, & agros unius aratri, & ſilvam, cum omni iure. In *Hecgeſtat* II manſos cum omni iure. In *Steinbach* III curias & terram unius aratri, & pratum I, cum omni iure. In *Stirſtat* dimidiam hubam cum o. i. In *Rendele* cenſus X. ſolidor. In *Hapresboven* cenſus XVI ſolid., ibidem etiam cenſus V. ſolid. In *Cruſdelo* apud *Roggenberch* hubam I. In *Sirubach* cenſus III ſolid. In *Berenbrunnen* cenſus X. ſolidorum, & V. ſolidos ibidem. In *Nuwenhagen* IIII vineas. In *Soden* vineam I. Huius rei Teſtes ſunt

HEINRICVS Abbas Sci *Albani.*
HECCEKINVS Abbas S. *Iacobi.*
HEINRICVS maior Decanus.
RVGGERVS Cuſtos. PETRVS Scolaſticus.
GOTDEFRIDVS Cantor. SYMON Cellerarius.
HEINRICVS *Rufus*, & alii quam plures.

de Sancto PETRO

BERTHOLDVS Decanus, THEODER.' Cantor, BRVNO, & alii quam plures.

de S. VICTORE

WORTWINVS Prepoſitus, AMILIVS Decanus, HEINRICVS Scolaſt' VLRICVS Cantor, & alii q. plures.

de

de S. STEPHANO

WERNHERVS Prepoſitus, RICHARDVS Decanus, WERNHERVS Scolaſt' WALTERVS Cantor, & ceteri.

de S. MARIA *ad gradus*

ARNVAL Decanus, GISELBERTVS Scolaſt.[a] GISELBERTVS Cantor, & alii quam plures.

LAICI

BERTHOLDVS de *Scowenburc.*
HARTMANNVS de *Butdingen.*
EMBRICO Vicedominus. DITHERVS Sculterus.
ARNOLDVS *Rufus*, CVNRADVS *Winzo.*
LVDEWICVS de *Alta domo*, & alii q. plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. MCLXXXXI, Indict. VIIII.

III.

SIGEFRIDI II: n.517.

Ad normam prioris Chartæ; poſſeſſionibus interea multum auctis.

An. 1222.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* SIFRIDVS *Dei gratia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus.* Predeceſſorum noſtrorum imitari veſtigia cupientes, gratiam & favorem, quem iidem Eccleſiis protegendis inpendere conſueverunt, nos pro noſtro modulo, adiuvante Domino efficaciter inpendemus.

Igitur Cenobium Sanctimonialium in *Retbirs*, quod beate mem. anteceſſor noſter Archiep' CONRADVS titulo protectionis manutenuit, nos paterne ſollicitudinis intuitu in perſonis & poſſeſſionibus univerſis ſubſcriptis, quas nunc iuſte poſ-

 ſident,

ſident, vel in futurum Deo auxiliante rationabiliter poſſidebunt, in noſtram recepimus protectionem, dicti anteceſſoris noſtri facta confirmantes. Sed quoniam ſepedicta, uno tantum privilegio, Eccleſia a prefato *Conrado* anteceſſore noſtro iam dudum ſibi tradito eſt innixa, preſens eidem ſcriptum, Sigilli noſtri imagine inſignitum, ſuper poſſeſſionibus nunc habitis vel in poſterum legitime optinendis, in agris, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, duximus indulgendum.

Sunt autem *hee* ſubſcripte poſſeſſiones, dicte eccleſie attinentes. In *Rederes* circa ipſum locum V. manſi, tam in agris quam in ſilvis & in pratis. Iuxta in *Brubach* V. *manſi comitiales.* In *Bidinowe* VII manſi tam in agris quam in ſilvis & in pratis. In *Horinowi* V. manſi, & curtis, & duo molendina. In *Cruſtila* curtis una, & VI manſi, & V. vinee, & III curie. Ius patronatus in *Dornheim* eccleſie, & terra ad unum aratrum. In *Zilvesheim* II manſi & curia. In *Meinboldisbagin* VII manſi, tam in agris quam in vineis, & pratis & ſilvis. In *Lutdinbach* VI iugera vinearum & VI manſi tam in agris quam in ſilvis & pratis. In *Solzbach* manſus & dimidius, & IIII curie. In *Sodin* V. vinee & cenſus XV. ſolidorum. Et de molendino V. ſolidi, & VII *denarii in obulis.*

In *Milinbrunnin* una vinea. In *Nuenhagen* III vinee. In *Sualibach* manſus & dimid. & II vinee. In *Hecbiſtat* II manſi, & XXII iugera agrorum & II curie. In *Steinbach* curtis una, & terra ad aratrum unum, & III curie. In *Hartbach* IIII manſi & II curie & ſilva. In *Wicgera* decima tam vini quam bladi de III manſis. In *Marpsheim* II vinee & IIII uncie cenſus. In *inferiori Wilebach* dimid. manſus. In *inferiori Vrſela* III manſi.

In *Prumheim* XX iugera, X pratorum, & X agrorum. In *Bredinloch* ortus olerum. In *Ginninheim* IIII iugera, & area. In *Bomersheim* dimid. manſus & vinea. In *Eſchebach* dimid. manſus. In *Kirchdorf* XX iugera & II curie. In *Holzhuſin* II manſi. In *Erlibach* I. manſus. In *Peterwila* curia. In

Rendelo

Rendelo dimid. manſus & I. curia. In *Aperbovin* II manſi. In *Rocginberc* I. manſus. In *Vurbach* dim. manſus. In *Bernburnin* II manſi. In *Bredinbach* I. manſus. In *Stirſtat* dim. manſus. In *Sneitbagin* I. manſus. In *Munſtirlidirbach* I. curia. In *Mittinlidirbach* I. manſus. In *inferiori Liderbach* dimid. manſus & I. vinea.

Vt autem divina miſteria & Religio ibidem capiat incrementum, Dei omnipotentis, btor. *Petri* & *Pauli*, Sci *Martini*, Dni Pape, & noſtra ſtatuimus auctoritate, ne quis eidem Cenobio, in perſonis, ſeu poſſeſſionibus iam habitis vel habendis, in agris, ſilvis, pratis - - -, preſumat iniurias temere irrogare; Quod qui fecerit, indignationem diſtricti Iudicis & Sanctorum eius, & noſtre excommunic. ſententiam ſe noverit incurſurum.

Datum *Maguntie* Anno incarn. Dominice MCCXXII. III Kl. Ianuarii. Pontificatus noſtri anno XXII.

IV. n.518.

SENTENTIA.

An. 1222.

SIFRIDVS *Dei gratia ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus*. Tenore preſentium patere volumus univerſis, quod Lite coram nobis propoſita ſuper quatuor iugeribus vinearum inter Priorem de *Reters* ex parte una, & CVNRADVM de *Heckeſtat*, STARKERADVM de *Sulzbach*, RICHWINVM de *Vrſela* ex parte alia & Complicum eorundem; per diffinitivam ſententiam adiudicavimus Eccleſie de *Reters* IIII iugera memorata, cum reſtitutione exinde perceptorum, & pariter expenſarum. Teſtes ſunt

GERBODO maior Decanus.
ARNOLDVS, ſce *Marie* ad gradus in *Maguntia*,
SIFRIDVS de *Frankenfort*, Prepoſiti.

WALTHERVS Decanus S. *Petri.*
ARNOLDVS *Bonus* & ARNOLDVS *Lippre*, eiusdem eccleſie Canonici.
RVDOLFVS Plebanus Sci *Quintini.*
* Kelberau. FRIDERICVS de *Kelbrowe.* *
OTTO Sultetus.
ARNOLDVS de *Quercu.*
BERTOLDVS & GODEBOLDVS Monetarii.
GODEFRIDVS *Bonus.* RVDOLFVS.
EMBRICHO *Lercha*, & alii q. plures.

Datum *Maguntie* Anno Gratie MCCXXII. Pontificatus vero noſtri anno XXII.

n.519. V.

SIFRIDI III.

„Decima de Novalibus„

An. 1245.

SIFRIDVS D. G. *ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus*, *ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, *&* *Miniſter* Fuldenſis *Eccleſie.* Omnibus Xpi fidelibus ad quos pervenerit ſcriptum preſens, Salutem in omnium ſalutari.

Cum ſit cautum, pias & providas hominum actiones ſcripture teſtimonio roborare, ne vel hominum malicia infirmentur, vel oblivionis caligine ab humana memoria proceſſu temporis elabantur; Innoteſcere cupimus univerſis, tam preſentibus quam futuris, quod nos compaſſionis oculo intuentes tenuitatem & devocionem Monialium de *Retteres*, Ordinis *Auguſtini*; ut ylarius & expedicius oracionibus & divinis obſequiis valeant inſudare; Decimam, provenientem de novalibus nemoris, ſiti inter ipſum cenobium *Retteres* & aquam dictam *Viſchebach*, quod eedem ad uſus ſuos excolunt & extirpant, ipſis tradidimus iure perpetuo poſſidendam.

Vt

Vt autem hec noſtra donacio robur obtineat firmitatis, preſentem paginam Sigilli noſtri munimine communitam, in teſtimonium eis damus. Datum in caſtro *Eppenſtein*, Anno Domini MCCXLV, II Idus Iunii. Pontificatus noſtri anno ſextodecimo. *

* *l.* XV*to*, *cum hic* Sifridus III, *alias iunior dictus*, *ſub finem anni MCCXXX pontificatum adierit. Vid.* T. II. *p.* 937.

VI.

Litteræ euchariſticæ. n. 520.

An. 1263.

REVERENDIS Dominis, Prepoſito Decano totique Capitulo *Moguntino* Magiſtra & Conventus in *Redderſe* oraciones in Domino ſempiternas. In ſignum recognitionis beneficii, quod ad ſublevationem noſtre indigentie in applicatione fructuum Eccleſie in *Dozenheim*, cuius ad vos ius pertinet patronatus, clementer impendere curaviſtis; duas libras Cere in feſto bti *Martini* annuatim, ad ſollempnitatem ipſius feſti promittimus nos daturas, & preſentabimus vobis per noſtrum nuntium in eccleſia memorata. Datum *Redderſe* Anno Domini MCCLXIII. XII Kal. Iulii.

VII. n. 521.

Pia donatio.

An. 1273.

WERNERVS de *Mincenberg*, GODEFRIDVS ſenior & GODEFRIDVS iunior *de Eppinſtein*, Nobiles. Omnibus hanc Litteram viſuris & audituris ſignificamus, quod nos, & univerſitas, attinens ad Marcam ſilve de *Cruſtele*, unanimi conſenſu & voluntate, ad honorem DEI, & utilitatem Eccleſie & Conventus *bte Ma: ie Virg.* in *Reters*, dedimus &

 contu-

Digitized by Google

contulimus eidem eccleſie - - Silvam, ſitam inter ipſum Clauſtrum R. & lapides qui vocantur *Marcſtein*, qui poſiti ſunt in circuitu verſus montem *Bodinhart* & vallem que dicitur *Brubach*, pro remedio omnium noſtrarum animarum. Abrenunciantes & effeſtucantes omni iuri & proprietati quam hactenus in ſilva habuimus memorata. Et damus ipſis licenciam & liberam facultatem, quatinus ſeped. ſilvam excolant & extirpent, & faciant de ipſa, prout eccleſie & conventui melius videbitur expedire, ad ſuum commodum & utilitatem. Teſtes huius donacionis ſunt

ORTO Cellerarius, NICOLAVS, Nuntii Decani & Capituli Sci *Stephani* in *Moguntia*.
- - Prepoſitus in *Hoeſte*.
WIGANDVS Archipresbyter in *Liderbach*.
CVNRADVS de *Sulzbach*.
HENRICVS de *Hazzichinſtein*. [Hatſtein]
CVNRADVS de *Delkinheim*.
HENRICVS *Fleming*. SWIKERVS frater eius.
Frauenſt. PHILIPPVS Mareſcalcus *de Wrowinſtein*.
Cronberg. HARTMVDVS & FRANCO de *Croninberc*.
CVNRADVS de *Godeloch*.
HENRICVS Schultetus de *Frankinvort*.
BVRCHARDVS *Brendelin* de *Bumersheim*.
GERHARDVS de *Murla*, &
SIBOLDVS ſororius eius. Milites.
WERNERVS de *Berinken*.
HENRICVS de *Sprendelinge*,
& plures alii fide digni.

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum & actum Anno Domini MCCLXXIII, in Inventione ſci *Stephani* Protomartyris & Levite.

VIII.

Digitized by Google

VIII. n.522.

Protectorium Rudolfi *R.*

An. 1275.

RVDOLFVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Nobili viro RENARDO de *Hagenoia* Burgravio de *Vredeberch*, univerſiſque Officiatis ſuis per *Wederauiam* pro tempore conſtitutis, fidelibus ſuis dilectis, Graciam ſuam & omne bonum. Meritis ſacre Religionis inducimur, ut, Perſonas religioſas & Loca favoris benigni gracia iugiter proſequentes, earum paci & tranquillitati, ne iniuriarum concuciantur procellis, in poſterum conſulamus.

Hinc eſt, quod, cum nos Monaſterium *Retbirs*, Magiſtram, Conventum, & perſonas ibidem Domino famulantes, cum omnibus bonis ſuis, que nunc iuſte poſſident, & in poſterum dante Domino legitime poterunt adipiſci, ſub noſtram & ſacri Imperii protectionem receperimus ſpecialem; Fidelitati veſtre committimus, Regia nichilominus vobis auctoritate mandantes, quatinus dictum Monaſterium, & perſonas attinentes eidem, in omnibus iuribus, libertatibus & conſuetudinibus, que eisdem fuerunt hactenus obſervata, manuteneatis, & auctoritate Regia defendatis. Non permittentes, easdem, in ſe vel in ſuis contra iuſticiam aliqualiter moleſtari. Deo placidum, & nobis in eo gratum ſervicium inpenſuri.

Datum *Oppenbeim* Anno Domini MCCLXXV. Idus Septembris. Indict. tercia, Regni vero noſtri anno ſecundo.

IX. n.523.

Delegatio Apoſtolica.

An. 1278.

NICOLAVS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilectis filiis Decano Cantori & Scolaſtico Eccleſie *Franken-*

for-

Digitized by Google

fordenſis Magunt. dioc. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Conqueſte ſunt nobis Magiſtra & Conventus monaſterii in *Reters*, quod Decanus & Capitulum eccleſie Sci *Stephani* Magunt., Abbatiſſa & Conventus de *Smerlebach* Ciſterc. ord., Henricus de *Bonemeſe*, & Hartmodus de *Sultzbach*, Milites; Fredericus de *Orſele*, Hugo de *Sualbach*, Erwinus dictus Textor linei panni, & Guntrammus de *Orſele*, laici Maguntine civitatis & dioceſis, ſuper quadam pecunie ſumma terris poſſeſſionibus & rebus iniuriantur eisdem. Ideoque diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus Partibus convocatis audiatis Cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis; facientes, quod decreveritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, ea duo veſtrum nichilominus exequantur.

Datum *Viterbii* XIIII Kal. Octobris. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Bulla plumb. NICO-
LAVS:
PP: III:

n.524. X.

Receptio bonorum ad Cenſum.

An. 1280.

Ego Cunradus de *Sulzbach* miles, Caſtrenſis in *Kuninceſtein.* Preſentibus litteris profiteor & proteſtor, quod ego a Conventu Eccleſie de *Reters* recepi ad vitam meam Curiam in *Sneithane* in qua Cuno reſidet, & unum pratum, pro annuo cenſu; ita videlicet, quod de predicta curia, quam diu

diu vixero, in feſto *bti Martini* Conventui - - perſolvam IIII ſolidos denar. *Franken-vord.* annuatim. De prato vero, ego ſolidum unum, & SYMON, Caupo in *Kunincſteyn*, unum ſol. in eodem feſto dabimus temporibus vite noſtre. Vno autem noſtrum mortuo, alter qui ſuperſtes fuerit, ipſum pratum pro annuo cenſu duorum *ſol.*. quam diu vixerit poſſidebit. Me vero *Cunrado* mortuo, pred. curia ad Conventum de *Reters* ſine contradictione qualibet revertetur. — —

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras ipſis tradidi, Sigillo Domini mei *de Minzenberg* WERNHERI, & ſigilli mei munimine roboratas. Datum Anno - - M CCLXXX.

XI. n. 525.

De bonis reſignatis, erga Cenſum ad dies vitæ poſſidendis.

An. 1285.

Ego BERTHOLDVS, & LOBVRC uxor mea, in *Hagin* commorantes, notum eſſe cupimus univerſis quibus he littere fuerint intellecte, quod nos, ſani corpore & mente, pari voto & communicata manu contulimus, pure propter Deum, religioſis Conventibus Dominarum, de *Throno* videlicet *ſce Marie* Ordinis Cyſterc., & in *Reters* Ord. Premonſtr. quatuor iugera vinearum in *Hagin*, quorum tria ſita ſunt in monte qui vocatur *Heyliginbergin*, * & unum *in dem Hinderin berge bi dem Elgaſte*, & Curiam noſtram quam inhabitamus; bona videl. noſtre proprietatis. Ita ſane, quod dicta bona, id eſt vineas & curiam prefatam, in manus Procuratorum dictorum monaſteriorum reſignavimus, propria & libera voluntate; ipſa recipientes ab eis ad terminum vite noſtre pro duobus ſolidis denar. levium, cenſus annualis iure Colonorum poſſidenda. Si vero infortunium evidentis paupertatis ſupervenerit, vendendi dicta bona, ſicut alia noſtre proprietatis, liberam habebimus poteſtatem. Cum vero viam univerſe carnis

* Heilgenberg.

Iiii ii ingre-

Digitized by Google

ingredi nos contigerit, bona prelibata ad ſupra ſcripta monaſteria *Thronum* - - & *Reters* omnium heredum noſtrorum, ſeu quorumlibet hominum contrad^e non obſtante, continuo devolventur, equa porcione inter ſe dividenda, & iure proprietatis perpetuo poſſidenda, ut in earum confraternitatem recipiamur, & pro noſtra ſalute apud Altiſſimum in perpetuum intercedant.

Vt autem hec Donacio ſive elemoſina inconvulſa permaneat, & robur habeat perpetue firmitatis, preſentem Litteram Sigillis Domini noſtri GODEFRIDI de *Eppinſtein* & Dne Abbatiſſe de *Throno* ſupplicavimus communiri. Datum Anno . . MCCLXXXV, in craſtino Purif. Virginis Glorioſe.

n.526. XII.

Pactio iurata, de nimia Sororum multitudine contrahenda ad numerum Quinquagenarium, eoque deinceps non augendo.

An. 1293.

VNIVERSIS preſentes litteras inſpecturis Magiſtra, Prioriſſa ac cetere Moniales Eccleſie in *Rethers* ſalutem, & noticiam veritatis. Cum ſecundum legitimas ſanctiones tot ſunt in Eccleſiis ponende perſone, & non plures, quot poſſunt de bonis eccl^e commode ſuſtentari; Idcirco, quia pars turpis eſt que ſuo non congruit univerſo, notum fieri volumus - - -, quod nos - - - pro bono & utilitate eccl. noſtre, in nullo compulſe, iuravimus ad ſancta Dei Evangelia, quod de cetero non recipiemus - -, nec aliquo modo conſentiemus, recipi aliquam ſeu aliquas perſonas in Sorores monaſterii noſtri, nec eciam prebendabimus, donec numerus Sororum noſtrarum ad numerum Quinquageſimum totaliter ſit redactus; & poſtmodum d. numerum . . firmiter tenebimus, nec aliquo modo de cetero excedemus, niſi per coactionem Pape, vel per vim

Digitized by Google

vim aut potenciam Regie maieſtatis. Et ad hoc firmiter obſervandum obligamus nos, tam preſentes quam futuras, preſentium teſtimonio litterarum, Sigilli noſtri robore munitarum.

Nos vero GVILLERMVS, Dei patiencia *Premonſtratenſis* Abbas, tamquam Superior in Eccleſia ſupradicta; quia facilem debemus prebere aſſenſum hys, que non deviant a terminis equitatis, dictam ordinationem, ac iuramentum predictum pro bono & utilitate Eccleſie .. approbamus, laudamus, ac etiam confirmamus, preſentium teſtimonio litterarum. Datum ſub Sigillo noſtro, ac ſigillo Conventus predicti. Anno .. MCCLXXXXIII. Dominica ſecunda poſt Trinitatem.

XIII. n.527.

A quibuscunque Subſidiis Eccleſiæ Mog. *præſtandis Cœnobium eximitur.*

An. 1297.

GERHARDVS D. G. *ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Dilectis in Xpo Magiſtre & Conventui - - in *Reters* - - ſalutem in Domino ſempiternam.

Ex illo ſpeciali favore quem ad veſtrum Monaſterium in Dei Filio dudum habuimus, & habemus, zelo pie karitatis accenſi cupientes vobis - - graciam facere ſpecialem; Vos, de conſilio & concordi aſſenſu noſtri Capituli a contribucione ſeu preſtacione Subſidii, nobis, Succeſſoribus noſtris ac Eccleſie *Maguntine* ſolvendi per pecuniam qualemcunque, favorabiliter libertamus, immo liberas & exemptas eſſe volumus in futurum. Dantes vobis has Litteras - - - in teſtimonium ſuper eo.

Nos quoque Decanus & Capitulum Eccl. Maguntine, predicte libertacioni communiter aſſentimus, noſtrum Sigillum apponi preſentibus Litteris facientes. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCXCVII, tercio Idus Marcii.

Digitized by Google

n.528. XIV.

Parthenonis Epiſtola euchariſtica, cum remuneratione.

An. 1297.

Nos Abbatiſſa totusque Conventus .. ſanctimonialium in *Retbers* - - - recognoſcimus, & preſentibus publice proteſtamur, nos annis ſingulis, & perpetuis temporibus teneri Eccleſie *Maguntine*, & eidem eccleſie de noſtro miniſtrare Monaſterio duo bona Corporalia, prout comparare potuerimus meliora, in ſignum & evidens teſtimonium libertatum & Gratie, nobis - - - tradite & collate a Reverendo Patre ac Domino noſtro, Dno GERHARDO Archiepiſcopo Maguntino, Honorabilium virorum, Dni IOHANNIS de *Sigersberg* Decani, Cuſtodis, Scolaſtici, & Capituli .. conſenſu liberaliter accedente; Videlicet, quod noſtrum Monaſterium ab omni Subſidiorum & contribucionum onere, perpetuo ſupportatum eſſe debeat, & exemptum, prout in Litteris ſuper eo confectis plenius continetur.

In cuius rei memoriam & certitudinem plenam (*&c.*) Datum Anno .. MCCXCVII, pridie nonas Aprilis.

n.529. XV.

Præceptum Benedicti PP. XI, *ad revocandum bona Cœnobii alienata.*

An. 1304.

BENEDICTVS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilecto filio Decano eccleſie *Frankenfordenſis* .. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod, tam dilecte in Xpo filie, Magiſtra & Conventus .. de *Reteres*, per Magiſtram ſoliti gubernari, - - - quam ille, que in Monaſterio ipſo preceſſerunt eaſdem, Decimas, terras, domos vineas prata paſcua nemora molendina piſcarias iura iuris-

riſdictiones, *maneria* * poſſeſſiones & quedam alia bona ipſius monaſterii, datis ſuper hoc Litteris, factis renuntiationibus, iuramentis interpoſitis & penis adiectis, in gravem dicti monaſterii leſionem nonnullis Clericis, & Laicis aliquibus, eorum ad vitam, quibusdam vero ad modicum tempus, & aliis perpetuo ad *Firmam* vel ſub cenſu annuo conceſſerunt; quorum aliqui dicuntur ſuper his confirmationis litteras in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe.

* *manerium: Habitatio cum certa agri portione.*

Quia vero noſtra intereſt, ſuper hoc de oportuno remedio providere; Diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea que de bonis eiusdem monaſterii per conceſſiones huiusmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta; non obſtantibus Litteris, renuntiationibus, penis, iuramentis & confirmationibus ſupradictis ad ius & proprietatem eiusdem monaſterii legitime revocare procures, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum *Peruſii* X° Kal. Iunii. Pontificatus noſtri Anno primo.

Coſmas. *Angelus* de *Sancto.*

Appendet bulla Benedicti XI, *octo duntaxat menſium Pontificis.* Creatus 22 Oct. 1303. Mortuus 15 Iul. 1304.

XVI. n. 530.

IDEM *Pontifex committit Abbati* Fuldenſi, *ut Cœnobio contra Raptores aſſiſtat.*

An. 1304.

BENEDICTUS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilecto filio, Abbati Monaſterii *Fuldenſis*, Maguntine *dioceſis* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pium eſſe *dinoſci-*

noſcitur, ut gloriantibus in malitia per nos taliter obſiſtatur, quod repreſſis eorum inſultibus, vacantes divino cultui liberius poſſint in obſervantia mandatorum Domini delectari.

Cum itaque Dilecte in Xpo filie, Magiſtra & Conventus . . de *Reteres*, ad *Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis*, per Magiſtram ſoliti gubernari, Premonſtr. Ord. Mag. dioc., ſicut ex parte ipſarum fuit propoſitum coram nobis, a nonnullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, multipliciter moleſtentur; Nos volentes earundem Magiſtre & Conv. providere quieti, & Moleſtatorum ipſorum malitiis obviare; Diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, dictis Magiſtre & Conventui adverſus Predonum, Raptorum & Invaſorum audaciam efficaci preſidio defenſionis aſſiſtens, non permittas eas in perſonis vel bonis earum a talibus indebite moleſtari. Moleſtatores huiusmodi per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Attentius proviſurus, ne de hys, ſuper quibus lis eſt forte iam mota, vel que cauſe cognitionem exigunt, & que perſonas & bona non contingunt ipſarum, te aliquatenus intromittas; nec in Epiſcopos, aliosve ſuperiores Prelatos, excommunicationis vel ſuſpenſionis, aut in univerſitatem aliquam Interdicti ſententias promulgare preſumas. Nos enim, ſi ſecus preſumpſeris, tam preſentes Litteras, quam etiam Proceſſum quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis.

Huiusmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter & fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas. Preſentibus poſt triennium minime valituris. Datum *Peruſii* V^to Kal. Iunii. Pontificatus noſtri Anno primo.

Coſmas. *Angelus a Sancto.*

XVII.

XVII. n.531.

De vendita Cœnobio parte terræ, *a coniugibus* Vleming.

An. 1323.

NOVERINT univerſi preſentes Litteras inſpecturi, quod ego HENRICVS *Vlemync*, miles de *Munſtere*, una cum DEMVDIS mea Legitima, cum bona deliberacione prehabita vendidimus, & vendimus in his ſcriptis Religioſis perſonis, Priori Magiſtre & Conventui eccleſie de *Retbirs* - - partem terre, ſitam inter ſilvam Nobilis Domini *de Falckynſtein* & pratum dicte Eccleſie iuxta villam *Sneithayn*, habendam in perpetuum, & poſſidendam ſine omni noſtrorum heredum contradictione qualicumque.

In cuius rei teſtimonium Sigillum meum * cum conſenſu *Demudis* - - preſentibus eſt appenſum. Datum Anno . . MCCCXXIII, tertio Kal. Aprilis.

* *Trabes incurvata*, ad inſtar Eppenſtein & Hanau.

XVIII. n.532.

Quod Eliſabeth - - - *aſſignaverit filiæ ſuæ* -- *penſionem annuam* - - -

An. 1329.

NOTVM ſit omnibus hanc Litteram audituris & viſuris, quod ego ELIZABETH, relicta quondam IOHANNIS armigeri, filii dicti *Brun* de *Scharpenſtein*, nec non TRVSCHARDVS, IOHANNES & OTTO confratres, filii mei, maturo conſilio prehabito, & libera voluntate, dilecte filie mee GREDE, moniali in Clauſtro *Reytbrs*, dedimus & damus, publice per preſentes profitendo, penſionem XIIII ſolidorum *Colon.* bonorum & legalium, tribus *hallenſ.* pro denario quolibet

bet computandis, quam diu vixerit, ſuper curiam noſtram infra caſtrum *Scharpenſtein* ſitam, quam tenet nunc GERHARDVS dictus *Walpodo*, annuatim in feſto *Martini* percipiendis.

Ad maiorem evidenciam ſigillo OTTONIS Armigeri patrui puerorum, * roboravimus hanc Cartam. Datum *Kederiche* † Anno Domini MCCCXXIX, feria quarta ante feſtum Pentecoſtes VII Idus Iunii. Tali condicione adiecta, quando prelibatam *Gredam* decedere contigerit, prememorata penſio XIIII ſolidorum ſuper fratres pretactos libere rediet, & pertinebit.

* S. OTTONIS BRVN DE SCARPENSTEIN. *Typum habes* T. II. p.490 *ſub n. 33.*

† Kiderich: *villa* Rhingaviæ, *caſtro gentilitio in ruinis iacenti vicina.*

n.533. XIX.

Imp. LVDOVICVS, *Cœnobio in tutelam ſpecialem ſuſcepto, eius defenſionem committit Iudici per* Wetteraviam *provinciali, Civitatibusque*, F. G. W. F.

An. 1346.

Wir Ludowig von Gotes genaden Romiſcher Keiſer, ze allen zeiten Merer des Reichs. Entbieten unſerm Lantvogt in der Wetrey, der ietz iſt oder furbaz wirt; Und den wiſen luten den Burgermeiſtern, den Schepfen, u. den Burgern gemeinlichen ze Franckenfurt unſern lieben getreuwen, unſer hulde u. alles gut.

Wir lazzen iuch wizzen, daz wir die Erbern geiſtlichen Frawen, die Abbtiſſinne u. den Convent des Cloſters ze Raeters unſer lieben Demutigen, mit ir lute u. gut in unſern beſundern Schirm, genade u. ſicherheit genomen haben, und nemen auch mit dieſem Brief.

Da

Da von wellen u. gebieten wir en * veſticlichen u. ernſtlichen bei unſern u. des Reichs hulden, daſ ir ſie von unſern wegen ſchirmt, ſchuert, u. verſprecht gen allen den, die ſie wider Reht u. beſcheidenheit an iren luten oder guten ihe bechumernt u. beſwaerent, in dhein † weiſ. Und waer, daz ir darzue hilf bedoerftend, ſo haben wir den Burgern gemeinlichen ze Geylnhuſen, Wepflarn u. Fridberg ernſtlichen enpfolhen, und ſi geheizzen, daz ſie en darzu, von unſern u. des Reichs wegen beholfen ſulen ſein gen allermenclichen, ſwenn ir ſie des ermanent.

* ihnen

† eine (ehige)

Der Brief iſt geben ze Franchenfurt, an Sampztag vor dem weizzen Sunntag †† Nach Criſtes geburt Driuzehenhundert Jar, darnach in dem Sehs und viertzigſten iar. In dem zwei und dreizigſten Jar unſers Richs, und in dem Neunzehenden des Keyſertums.

†† Dominica in Albis. prima poſt Paſch.

Demirandum apud huius Imp. diplomata eſt, nullam in iis unquam apparere Cancellarii, aut alicuius Secretarii ſubſcriptionem.

XX. n.534.

Syngrapha.

An. 1370.

NOS GVILELMVS de Lacu, *Canonicus* Ruthenenſis, *Licentiatus in Legibus*, *Apoſtolice Sedis Nuntius*. Recognoſcimus, nos habuiſſe & recepiſſe a Religioſis Dominabus Magiſtra & Conventu . . in *Retirs* - - -, ex cauſa Subſidii Apoſtolici duarum procurationum duorum annorum noviter indicti, pro primo anno quinque florenos auri, ipſos Mgram & Conventum dumtaxat contingentes. De quibus quidem V. fl. Mam & Conv. prefatos abſolvimus, liberamus & quitamus. Sigillum noſtrum preſentibus appendentes in teſtimonium premiſſorum.

Datum *Maguntie* XXVIII menſis Septembris. Anno a nativitate Domini MCCCLXX.

G. *de* L.

n.535. XXI.

Cæſ. Caroli IV. *privilegium exemptionis a vecti-gali* Francof.

An. 1374.

Wir Karl von Gotes gnaden Romiſcher Keiſer, zu allen zeiten Merer des Reichs, und Kunig zu Beheim. Bekennen u. tun kunt offenlich mit dieſem Brieve allen den die yn ſehent oder horent leſen. Alleine wir alle weg gnediclich darczu geneyget ſein, daſ wir alle, die uns von Got von wegen des Heiligen Romiſchen Reiches ſein bevolhen, gnedicl. bedenken mit ſolichen ſachen die yn zu nutze u. zu fromen komen mogen; Doch ſein wir ſunderlichen daruff bedechtiget, daſ wir Geyſtlich Lewte, die durch Got die Werlt verſmahet haben, und ſich ym zu dienſte gegeben, verſehen mit freyheit u. gnaden.

Des haben wir angeſehen reynikeit des lebens, lawter u. ynnige andacht, die zu dem Almechtigen Got haben die Erſamen u. Geiſtlichen, Priorin u. Convent des Cloſters zu dem Reters, Sant Auguſtinus Orden, genant von Premonſtrey, in Mentzer biſchtum gelegen; und auch demutige bete der Erſamen Elſen, tochter etwann des Veſten Rudolffs von Sachſenhuſen, * Cloſterfrowen daſelbs zum Reters; Und haben yn die gnade getan, und tun yn ouch die, mit crafft dicz brieves, daſ ſie ſullen u. mogen iren Weyn, korn, haber, u. alle ander ire Frucht, an Ungelt, czolle, u. alle ander beſwernuſſe, ynne u. auſ unſer u. des Reiches Stat zu Frankenfurd off dem Mewne, zu irer notdurfft und nicht anders, furen laſſen, ane widderrede u. hindernuſſe allerniclichs.

* *Burggrav.* Fridberg. *erat.*

Und gebieten darumb den Burgermeiſtern, dem Rate, u. den Burgern gemeinlichen daſelbs zu Frankenfurd, daſ ſie die vorgen. Priorin u. Convent wider dieſe gegenwortige unſer Gnade nicht hindern oder yrren, als liep ſie wullent unſer ungenade zu vermeiden; und auch eine Pene czehen pfunt goldes, aſe dicke von yn dowider frevelichen getan wurde, die halb in unſer Camer, und das ander

ander halb teil den vorgen. Priorin u. Convent zum Reters, wo die unredlichen ubervaren wurden, ſullent gevallen.

Mit urkunt diez Brieves, virſigelt mit unſer Keiſerlichen Maieſtat Ingeſiegel. Der geben iſt zu Nuremberg, nach Criſtus geburte Dreyczenhundert Jar, dornach in dem Vierundſibenczigſten Jare, an Sant Matheus tage des Heiligen Ewangeliſten. Unſer Reiche in dem Newnundczwenczigſten, und des Keiſertums in dem Czweinczigſten iaren.

Per Dn. *Pragenſem* Archiepiſcopum
Conradus *de* Gyſenheim.

a tergo:
R. * Nicolaus *de* Praga ** regiſtravit.*

XXII. n.536.

Viſitandi Monaſterium, & Perſonas reformandi, data commiſſio.

An. 1469.

HVPERTVS *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus* Azotenſis, *Commendator Monaſterii* Romerſtorphenſis *Ord.* Premonſtr. *Trevir. dyoc.* Venerabili in Xpo fratri, Dno EBERHARDO de *Brunſwick*, Prepoſito Monaſterii B. *Marie* V. in *Monte Magdaburgenſi* Ordinis predicti, ſinceram in Domino dilectionem. Sane inter omnes noſtri paſtoralis officii ſollicitudines id potiſſime in noſtro verſatur affectu, ut Perſone ſub noſtro regimine divino cultui mancipate, a terrenis expiate illecebris, omnium placeant Conditori ſummopere.

Cum igitur ſepiſſime & inſtantiſſime per Spectabilem & nobilem Domicellum EBERHARDVM de *Eppenſtein*, Dominum in *Konigſtein* &c. impulſati ſumus, ut Monaſterium noſtrum, Sororum in *Rethers* Mag. dioc., ut Deo quietius & devotius famulari poſſent, velimus reformare; nos vero pie con-

deſcendentes ad hoc annuimus; Vt ergo dilecte nobis in Xpo filie Conventus noſtri Cenobii Sororum in *Rethers* celeſti poſſint Sponſo, cui ſe ipſas devoverunt, commodoſius famulari; & quia nos, propter certas arduas cauſas nos moventes, pro reformatione ipſius Cenobii prefati manus apponere, neque intereſſe nequimus; Idcirco vobis, de cuius induſtrioſa diſcretione plenam in Domino gerimus fiduciam, preſentium ſub tenore noſtras committimus vices ſuper regimine utriusque ſtatus, tam ſpiritualis quam temporalis, dicti cenobii Sororum in *Rethers*.

Sed quia humane condicionis natura a prima ſui origine prona eſt ad malum; & quia comperimus, d. cenobii Sorores adeo pedem figere in terrenis, ut, deſpecta Ordinis diſciplina, ſueque voluntati proprie inherentes, eiusdem ordinis inſtituta, Divinaque inſolitis operibus transgredi non pertimeſcatur; nec inde deſiſtentes, parum curatur corrigi, aut reformari; Ex quo facto quia novis morbis nova convenit antidota preparari; novellos inſolenciarum & errorum vepres, quantum in nobis eſt, ex grege nobis commiſſo conſultius nimirum cupientes quocicius extirpare; eidem veſtre Diſcretioni committimus ſummopere, in viſceribus IHESV XPI vos exhortantes, quatenus, tociens quociens Ordinis pro honeſtate & Cenobii eiusdem utilitate vobis viſum fuerit expedire, ad idem accedentes cenobium gratia reformationis & viſitationis inibi faciende, corrigatis & reformetis auctoritate noſtra, que ſecundum Deum noſtrique Ordinis inſtituta inveneritis in perſonis eiusdem reformandis, ſeu etiam corrigendis; huiusmodi reformationis officium exequentes cum noſtre plenitudine poteſtatis.

Volentes etiam nichilominus, quod tam Magiſtra quam ſingule perſone - -, vobis tanquam earum Prelato, proviſori & gubernatori, in premiſſis & aliis ſingulis licitis & honeſtis plene & per omnia obediant & intendant, ac a quibuslibet illicitis, maxime earum ſtatui, Ordini & religioni non congruentibus reſipiſcant, ceſſent penitus, & deſiſtant; valeatis auctoritate noſtra, tam per Cenſuram eccleſiaſticam quam penas tem-

temporales, prout expedire noveritis, cohercere; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis:

Inſuper providentes etiam eisdem de perſona ydonea in Confeſſorem ſive Priorem, qui revera ſuarum ad ſalutem & pacem ipſis preeſſe ſcit, valeatque prodeſſe, & . . Sororum confeſſiones audire, ipſasque de peccatis abſolvere, & eisdem penitentiam iniungere ſalutarem, ceteraque ſpiritualia miniſtrare poſſit. Taliter in hys vos habentes, & facientes, ut apud Altiſſimum, qui omnium bonorum eſt retributor, gratiam in preſenti, & gloriam in futuro, & de ſua bonitate & miſericordia conſequamini. Preſentibus usque ad viginti annos continuos, vel donec Monaſterium noſtrum *Romersdorphenſe* . . fuerit reformatum, in ſuo robore duraturis. Salvo tamen nobis, & noſtris Abbatibus ſucceſſoribus, paternitatis iure.

In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtre abbatialis dignitatis preſentibus litteris eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCCLXIX, die XXVIII menſis Iulii.

XXIII. n.537.

LEGATUS *Apoſtolicus petitioni Virginum annuens, binis & binis exeundi ac intra menſem redeundi licentiam concedit.*

An. 1476.

ALEXANDER *Dei & Apoſtolice Sedis gracia Epiſcopus* Forlivienſis, *SSmi D. N. Pape in Germania cumplena poteſtate Legati de latere Nuncius & Orator.* Dilecto nobis in Xpo, Decano S. *Petri* prope extra muros civitatis *Magunt.* ſalutem in Domino ſempiternam.

Sacre Religionis, ſub qua - - Moniales - - in *Reters* - - -, mundanis abiectis illecebris in humilitatis ſpiritu devotum & ſedulum exhibent Domino famulatum, devocio promeretur, & honeſtas, ut ad ea ex nobis commiſſe ſollicitudinis offi-

Digitized by Google

cio paternaliter intendamus, per que ipſarum tranquillitati & quieti conſuli, & neceſſitatibus earum ſalubriter poteſt provideri.

Sane pro parte dictarum Monialium - - peticione nobis monſtratum - -, quod Monaſterium ipſum adeo tenue in redditibus & proventibus exiſtit, ut de ipſis commode nequeant ſuſtentari; porciones ipſe, & hereditates ad quas iure hereditario ſuccedere deberent, nulla utilitate dictis monialibus ſubveniunt; cum propter illarum continuam abſenciam ab aliis uſurpantur, qui ab huiusmodi forſan abſtinerent ſi aliquando preſentes eſſe poſſent. Et, ſicuti eiusdem peticionis ſeries nobis monſtravit, non alieni ipſis ſunt, ſed Parentes & conſanguinei, ac alii male inducti, qui in receptione & monicione prefatorum reddituum, ſic ut premittitur cuilibet ipſarum aſſignatorum, cotidie preſtant impedimentum, adeo, quod modica aut penitus nulla eis utilitas exiſtit; ſolum ex eo, quia prefate moniales, ex conſuetudine aut alias ex ſtatuto reſtricte dicuntur, quod ex ipſo monaſterio exire corporaliter minime liceat absque licencia ſingulari Superioris, cuius voluntatem non valeant obtinere; Et niſi eis a ſancta Sede Apoſtolica ſuper predictis fuerit proviſum, d. monaſterium ex penuria redderetur deſolatum; & ipſe moniales propter paupertatem - - Deo in quietudine cordis ſervire non ſperant; Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eis ſuper premiſſis paterne conſulere, & de remedio oportuno auctoritate Apoſtolica racione legacionis noſtre providere dignaremur.

Nos vero cultum divinum augmentare, & que pie erecta & fundata ſunt, ne ex penuria & rerum inopia labantur, quantum in nobis eſt ſuffragari cupientes, de premiſſis tamen veram & certam noticiam non habentes, Diſcretioni tue per hec ſcripta auctoritate Apoſtolica - - - committimus & mandamus, quatenus de premiſſis te diligenter informes, &, ſi per informacionem huiusmodi tibi conſtiterit, quod d. monaſterium in redditibus adeo exile & tenue fuerit, quod . . moniales - - commode ſuſtentari non poterunt; & quod monaſterium ipſum magis

magis in eſſe permanere poſſit, & neceſſitatibus earum ſubveniri; dictis monialibus auctoritate Apoſtolica - - - de conſenſu Magiſtre aut Prioriſſe, ſive ſenioris monialis preſidentis, cuius conſcienciam deſuper diſtricte onerabis, ut bine & bine, que viceſimum quintum annum attingant, honeſte in habitibus decentibus, dum neceſſitas . . id exigere videbitur, exeundi, & infra menſem redeundi, concedas & indulgeas facultatem. Non obſtantibus Statutis & conſuetudinibus, forſan iuramento vallatis, & aliis Conſtitutionibus & ordinationibus in contrarium editis, aut facere potentibus quibuscunque, quibus harum ſerie propter d. monaſterii penuriam derogamus - - - Contradictores autem & rebelles preſenti noſtro privilegio contravenire cupientes per cenſuram eccleſiaſticam firmiter compeſcendo.

In quorum omnium & ſingulorum fidem - - - preſentes noſtras Litteras exinde fieri fecimus, & Sigilli noſtri oblongi iuſſimus appenſione communiri. Datum *Aquisgrani* Leodienſis dyoc. ſub Anno Domini MCCCCLXXVI. Indict. IX. die VIII menſis Maii. Pontificatus SS[mi] in Xpo Patris & D. N. Dni Sixti, divina providencia Pape Quarti, anno eius quinto.

P. Paulus *Forliviensis.*

Ex his chartis novimus Monaſterii Retterenſis *ortum*, * *reſtat, noſcamus & occaſum.* † *Quod in ſua conſiſtentia manere ceſſaverit, vulgo imputatur bonorum Eccleſiaſticorum inhiationi, qua ſua facere compendia non deferbuit Dominus Territorialis, C. A. ſectator* Lvdovicvs *Comes* de Stollberg & Königſtein. *Sed enim adhibitus acquirendi modus, ſpecialia ſeu circumſtantiæ, me latuerunt; Donec ab illuſtri eiusdem Ordinis Cœnobio* Aldenburg, *forte fortuna* Scriptum *nobis obtigit* informativum, *totam rei ſeriem perſtringens, tam ordinate ac veraciter, ut operæ pretium ducam, illud ipſum, etſi paulo copioſius, opportuno hoc loco in medium proferre.* * 1146. † 1559.

INFOR-

n.538. INFORMATIO

„*quoad Monaſterium Præmonſtr. Ordinis* RETHERS „*in Comitatu* Königſtein: *Deſumpta ex authenticis* „*actis, ventilatis inter Comitem* LVDOVICVM de „Stolberg *&* SERVATIVM Gerhards *Abbatem* „Romerſtorfenſem, *Anno 1559 & ſqq.*

I. ANNO iam dicto, 27 Sept. obiit ANNA *Riedeſelin* Magiſtra in *Rethers*, qua decedente, CHRISTOPHORVS ab *Hattſtein* Satrapa in *Königſtein*, ſigillum, Regiſtra, Documenta, omnesque ſcripturas Conventus *Rethers*, in unam ciſtam compegit, & claves ſecum tulit.

II. Die 23 Octobr. IACOBVS *Partz* Paſtor in *Heimbach*, & EMERICVS *Bock* Prior *Retheren.* tanquam Deputati noviter electi Abbatis *Romerſt.* advenerunt, nomine Ordinis novam Magiſtram præfecturi, & declaraturi. Quibus Commiſſariis præſentibus, ſupervenit dictus von *Hattſtein*, & Epiſtolas quasdam nomine Comitis LVDOVICI de *Konigſtein* exhibuit, petendo easdem ſigillo Conventus muniri. Initium eſt tale: Wir Lyſ von Elkerhauſen, genant Klippelin, Anna Geylingin, und Merga von Wallendorff, die Convents Perſonen dieſer zeit des Gotteshauſ zu Rethers ꝛc. Clauſulæ concernentes ſeu contenta ſunt, quod ad triginta annos transferant uſum omnium bonorum in d. Comitem, excepta habitatione neceſſaria in Monaſterio, & ſub ea conditione, quod ipſis liceat ſub finem trigeſimi anni renuntiare ſeu denuntiare Comiti, ſeſe iterum velle gaudere & frui ſuis bonis eousque ceſſis; non tamen debeant intra 30 annos iſtius Contractus antichryſeos plures perſonas recipere ad Ordinem, ſine conſenſu Comitis; qui reciproce obligatus erit, tres nominatas perſonas Regulares honeſte & iuxta qualitatem nobilium Virginum alere, annue porrigere novam veſtem, & decem florenos. Finis: Geben und geſchehen zu Königſtein uff Montag den 23 Octobris, als man zehlt [1559.] Poſt quæ ſequuntur in actis reverſales literæ eiusdem Comitis ſub eadem Data.

Præ-

III. Prælectis publice hiſce Epiſtolis Lisa *Kliippelin* reſpondit, quod ipſius Nepos Henricus *Kliippel*, qui uti teſtis ſimul ſigillare debebat, nihil habeat agere vel ſigillare ſuo nomine; * quia nec illum, nec quenquam alium deſuper Virgines requiſiviſſent. Cumque minis, ſimulque blandis verbis Chriſtophorus *Hattſtein* virgines ad conſentiendum inducere conaretur; easdem vehementer dehortati ſunt Commiſſarii *Romerſtorf.* . nomine ſui Abbatis & Ordinis, utpote cuius eſſent membra, & eidem vi profeſſionis obſtrictæ, non attentis intimidationibus ex parte Comitis obmotis; Multisque dehinc altercationibus præviis, Anna *Geyling* & Maria de *Waldendorff* ſecutæ ſunt ſatrapam *Hattſtein* ad cubiculum; qui aperiens ciſtam, & ſigillum imprimens, ſimulque Reverſales literas imponens, denuo ciſtam obſignatam clauſit, Lisa *Klippelin* ſe abſentante, & emanente.

IV. In die S. *Andreæ* Ap. Abbas Romerſt. Servatius *Gerhards* comparuit in *Rethers*, & poſtridie adiens Comitem, contradixit contractui, prætenſe cum aliquibus Virginibus inito, petens eundem contractum tanquam a perſonis ad hoc non ſufficientibus, nec capacibus initum, caſſari & annullari, eo quod Monaſterium eſſet Ordini incorporatum, ſuper quo nichil dominii obtineret Comes; adeoque Abbatem intendere inſtituere novam Magiſtram, que ſecundum regulas & ſtatuta Monaſterii præſit.

V. Declaravit ad hæc Comes, ſe nihil velle agere quod ſit contra conſtitutiones Imperii, vel in cuiusquam vergat præiudicium;

* *Ita namque ceſſionis Inſtrumentum finit:* Des zu wahren Urkund haben wir unſer Convents Inſiegel an dieſen Brieff gehangen; Und zu mehrerer bekräfftigung mit ſonderem fleiſ erbetten die nachbenante unſere Freund, die Edlen und Ehrnveſten, Chriſtoph und Johan von Hattſtein Gevetteren, und Heim von Elckerhauſen, genant Klippel, zu Hohen Solmſ, daſ ſie ihre angeborne Inſiegel, unſ u. unſre Nachkommen damit zu beſagen, bey das Unſer an dieſen Brief haben gehangen. Welches wir die ietz ernante, alſo fleiſiger Bitt halber unſer Baaſen und Mum - - gethan bekennen.

cium; Quin deſuper ſcripturus ſit Revmo. Archiepiſcopo *Trevirenſi* & aliis, unde Prælati Ordinis videre valeant, ſe nihil iniuſti prætendere. Tunc interrogatis Virginibus per Abbatem, utrum unanimiter & libere Contractum iſtum iniiſſent, LISA *Klüppelin* rotunde dixit & abſolute, quod non. Duæ reliquæ dixerunt, omnia acta fuiſſe per metum, vim, & imprudentiam; quamvis ipſæmet non ſigillaſſent, ſed id factum eſſet per ſatrapam *Hatſtein*; ideoque declarant, quod omnia acta illa ſint nullius roboris & efficaciæ.

VI. ANNO 1560 EMMERICVS *Bock* Proviſor Romerſt. comparens in *Königſtein*, petiit ut Comes iuxta promiſſa extraderet ſcriptum, Archiepo *Trevirenſi* aliiſque præſentandum, in quo totus ſucceſſus vel ſeries rei geſtæ contineretur. Sed nihil obtinuit, niſi verba, idque ſæpius deinceps repetitum fuit.

VII. ANNO 1561 Dominica *Lætare*, MARIA de *Wallendorf* venit in *Romerſtorf*, conquerens Abbati, quod Comes nihil eorum ſervaret quæ promiſit, neque ullam gereret curam Conventualium.

VIII. ANNO 1562 circa trium Regum CHRISTOPHORVS de *Hattſtein* ſatrapa, & Quæſtor BALTHASAR *Brunſels* in *Königſtein*, detulerunt omnes Epiſtolas, Regiſtra, documenta, ſigilla, ex monaſterio *Rethers* accepta, proteſtante & contradicente Abbate; qui ne quidem unicum reſponſum in ſcriptis obtinere meruit; negante etiam Satrapa *Hattſtein*, quidquam eſſe promiſſum a Comite, neque ſe obligari dicere, ex cuius iuſſu vel mandato ſcripturas & regiſtra ex *Rethers* detulerit in *Königſtein*.

IX. Ad quæ dictus Proviſor Romerſt., uti Prior iam orditus eſt regimen & adminiſtrationem Monaſterii - -, communicato in omnibus conſilio cum Conventualibus; & familiam circa *Cathedram Petri* reformavit, Computus Oeconomi examinavit; qui uti Villicus iniquitatis, & ſervus Nequam perfugium ſuum inſtituit ad Satrapam & Comitem; quorum aſſiſtentia & iuſſu bene ceptis per Priorem, iniecta eſt remora, ac poſtulatum a

Priore

Digitized by Google

Priore & Abbate, quatenus aliquis Prædicans mittatur in *Retbers*, qui ſecundum Confeſſionem Auguſtanam, & iuxta Receſſus Imperii Romani miniſterium Verbi obeat, & ſacramenta diſtribuat, ne aliis minusque gratis modis procedi oporteat.

Replicavit ad hæc fuſe Prior, ſe conformiter ad antiquum vivendi modum ſuam functionem velle implere. Cui conſenſerunt omnes Virgines, unanimiter aſſerentes, Abbatibus indubitanter ſemper competiiſſe regimen utrumque, ſpirituale nempe & temporale dirigere, Computus auſcultare, relicta formare, viſitare &c. Quod præſtitit ſignanter Abbas HVBERTVS Epiſcopus *Azotenſis* Suffraganeus *Trevirenſis*, eiusque ſucceſſores. Catholicæ interim fidei dogmata ſemper usque huc fuiſſe ibidem tradita, nullius vero alterius religionis. X.

Poſt quæ denuo intruſus fuit ſecularis ille Quæſtor ſeu Cellerarius; Et 1564. d. 25 Apr. nomine Comitis de *Königſtein* comparuerunt in *Romersdorf* BALTHASAR de *Brunfels* & GEORGIVS *Greve*, Receptores; qui vi Credentialium adminiſtrationem Monaſterii ad ſe traxerunt; recedente virgine *Maria* de *Wallendorf*, violentæ occupationi minus reſiſtere valente. Obtrudentes quoque Abbati Conceptum cuiusdam atteſtationis, iuxta quam fateri debeat, ſe conceſſiſſe locum *Retbers* Comiti in feudum maſculinum, ita, ut ipſe Vaſallus ſolvere debeat æs alienum. XI.

Ad quod Abbas noluit conſentire, veluti ex parte Ordinis facultatem non habens; quique absque conſenſu Superiorum nihil velit aut poſſit declarare. Addens, ſatis palpabiliter conſtare, quorſum vergant & tendant talia conſilia & praxes Comitis; maxime quod omnes Chartas & urbaria Monaſterii ad ſe receperit, Sigillum abſtulerit; & in ſpeciem tantum ſimulare, ſe bona monaſterii recipere velle in feudum. A qua ſuſpicione liberet ſe Comes, & reſtituat ablata, ponendo quæque in integrum ſeu priſtinum ſtatum; ſin minus, ſe non intendere ultra cum Comite agere. XII.

XIII. Die 21 *Iunii* adfuerunt Commiſſarii, GEORGIVS *Greve* & ERASMVS *Wiedman* Secretarius, novas captioſitates proponentes intuitu ſervitiorum, precariarum, apertionis, alimentationis, quæ Comiti competerent; deinde, quod Comes ſit addictus *Auguſtanæ Confeſſioni*, neque ulterius velit, tanquam Advocatus monaſterii, ritus & ceremonias Ordinis catholicas tollerare; ideoque omnino velle ſibi uſum bonorum permitti ad 30 annos; ita ut ſingulis annis monaſterio *Romersdorf* pendere ac ſolvere intendat 30 florenos *Francof.* loco Cenſus. Caſu quo etiam per pragmaticam ſanctionem ſeu Receſſum Imperii, antiqua Catholica religio ubique tollerari debeat, ſe poſt lapſum 30 annorum bona iſta integre reſtituturum.

XIV. Miratus ad hæc Abbas, nihil proponi a Commiſſariis de actuali reſtitutione, quam ante omnia præmitti oporteat; dixitque, an precariæ, alimentatio, Atzung & ſervitia a Monaſterio debeantur, ſibi incompertum exiſtere; ſi quid huiusmodi ab antiquo ſolitum ſit, minime fore deinceps negandum. Quod vero antiqua religio in clauſtro *Rethers* ulterius vigere & tollerari non debeat, adeoque bona ſint in poteſtatem Comitis transferenda, id præter omnem iuſtitiam inconcinnum & intollerabile apparet Abbati; ideoque nequeat reſpondere. Interim daturus in ſcriptis Comiti iuſtas ſuæ reſiſtentiæ rationes ac cauſas, cur ſcilicet bona non ſint alienanda; inſuper informabit Ordinis Superiores, ne aliquid ſibi, tanquam negligenti imputetur.

XV. Comes gravare & involare pergens conſtituit ibidem Cellarium, & bona omnia adminiſtrari fecit, tanquam eſſent ipſius propria.

XVI. Omnia ſuperiora fide bona eſſe e ſuis Originalibus extracta in forma Inſtrumenti legalis, atteſtatur ſub 5. Octobr. 1678 IOANNES *Bruninghauſen* Notarius P; prout ſtatim ſequitur in iisdem actis clara ſpecificatio bonorum, agrorum, paſcuorum, cenſuum, redituum quorumcunque, tam ipſius Monaſterii *Rethers*, quam eccleſie parochialis in *Dornheim*. Duarum curiarum ibidem, cum ſuis pertinentiis. Item Frucht Einkom-

mens

mens zu Zeilsheim, in villa *Breidenau*, in Kriſſtel, Marckheim, Niderhofen, Münſter, Niderliderbach, Hornau & Kelckheim, Soden & Sultzbach, Brickenheim: Summarum 496 Achtel Korn. Haſſer 131 Achtel. Weitzen 90 achtel. Gerſt 120. Erbis 5 achtel. Weinzehnden zu Breidenau im Holderberg & circum circa, communibus annis 15, 16, 17 Fuder Weinſ. Decimæ in Dornheim 7 Amæ. Item in diverſis locis, Anſeres 16. Cappones 27. Pullos 19.

Labentibus annis, cum Em' Archiepiſcopus *Mogunt.* in hæreditatem Comitis *de Königſtein*, hærede maſculo deficiente, iure feudi ſuccederet, * indubitatum Ordinis monaſterium ac XVII.

* *Quo modo, quibus circulis, & quo anno hoc evenerit, accurate proponit* D. Ioannis. † *Cuius itaque verba, neceſſariæ dilucidationis, immo connexitatis cum* Retter. *cœnobio cauſa ut tranſcribam, non piget.*

† Vol. I. *Mogg.* p. 880. n. 2. *in Vita* DANIELIS. [*Materiam, ex ipſis actis collectam, accepit a me.*]

Comitatum *Konigſteinenſem* diœceſi Moguntinæ adiecit anno, quem Auctor (*Serarius*) dixit, 1581. Iuvabit autem, iis, quæ attulit, hoc curatius intelligendis, rem altius paullo repetere, deducereque. Fuit ſcilicet caſtrum *Königſtein*, una cum locis contributis, olim in peculio *Comitum* de *Nuringes*, Wetteravicos inter perquam celebrium, quorum familia ſub primordia ſæculi XIII extincta, pervenit ad *Dominos* de *Minzenberg*; ſed & his ſub annum 1255 ſuam finientibus ſtirpem, ad *Dominos* de *Falckenſtein*; ab his vero, familiæ ultimo, *Wernhero*, Archiepº Trevirenſi, an. 1418 in libitinæ cenſum redacto, cum *Lucarde* Falckenſteinia, *Eberhardi* Eppenſteinii uxore, ad gentem *Dominorum* de *Eppenſtein*; cui etiam paruit ad annum usque 1535, quo *Eberhardus*, *Philippi* filius, familiæ Eppenſteiniæ poſtremus, naturæ conceſſit. Fratrem is habebat *Georgium*; cum quo an. 1521, in Comitiis Vormatienſibus, die menſis Maii IX, ab Imperatore Carolo V impetravit, ſi quidem ſine heredibus maſculis decederent; ut filiæ, ſi quas haberent, filiabus vero ſimiliter deficientibus, in bonis ſuis, quæ ab Imperii penderent tutela, ſoro-

Membrum *Rethers*, atque contra fas a memorato Comite ſubtractum, ſibi ſuisque uſibus incorporavit; non obſtante quod *Romersdorfenſes* ſolenni proceſſu, actisque deſuper erectis contra Comitem exceperint, remque eo deduxerint, ut Comes, quo Loci uſum & libertatem quietius uſurparet, Ordini ſummam pecuniariam pro Ceſſione obtulerit, nempe 3000 flor., idque per Cellarium *Epſtein*, qui minime ſunt ſuſcepti.

Comite

ſororis *Annæ* filii ſuccederent. E quibus etiam *Eberhardus*, fratre *Georgio* an. 1527 in cælibatu fatis functo, die menſis Iulii 3 LVDOVICVM Comitem *Stolbergenſem*, dictæ ſororis ſuæ *Annæ* e *Bothone* Com. Stolbergenſi filium natu tertium, eoque ſine maſculis decedente, fratrem ipſius *Philippum*, inter filios *Annæ* naſcendi ordine quintum; & ſi caſus ita ferret, ut & is ſine filiis vita defungeretur, *Chriſtophorum*, filium *Annæ* ultimo genitum, vel illius heredes maſculos e thoro legitimo ipſi natos, heredes ſcripſit & inſtituit. E quibus etiam LVDOVICVS, avunculo an. 1535 morte intercepto, Comitatum hunc adiit, & *quum an. 1574 ſine liberis maſculis mortem oppeteret*, ad fratrem *Chriſtophorum* (*Philippus* enim iam dudum obierat) dimiſit; qui eundem dein tenuit ad annum usque 1581.

Cum autem inter hæc Archiepiſcopus & Elector *Daniel* a Cæſare Maximiliano II, tabulis an. 1575 die I. menſis Martii ſignatis, ius ſucceſſionis in Comitatum hunc obtinuiſſet, ſi *Chriſtophoro* Stolbergenſi ſine liberis maſculis decedente, is tanquam feudum ſive beneficium ad Imperium, unde exierat, rediret; poſtea an. 1581, quo *Chriſtophorus* ἄγαμος ſpiritum depoſuit, vi commiſſionis ſive negotii a Cæſare Rudolfo II ſibi, per litteras *Pragæ* die 3 menſis Aug. datas, demandati, poſſeſſionem ſæpius memorati Comitatus per *Hartmudum* de *Cronberg* ſeniorem, aulæ Magiſtrum, *Chriſtophorum Fabrum*, Cancellarium, - - - -, quos hac fini delegarat, cepit, ac deinceps ab eo Pragæ die 27 Octobris fide rituque clientelari conſecutus eſt.

Controverſia dein poſſeſſori a *Georgio Alberto*, Comite Stolbergenſi, LVDOVICI ac *Chriſtophori* fratre, mota & aliquot annos in Iudicio * pendente, *Wolfgangus*, Danielis ſuc-

* *Imperiali aulico.*

Comite igitur mortuo, Romersdorfenſes Archiepiſcopum pro reſtitutione ſollicitarunt. Cumque ab aliquo de Conſiliariis reſponderetur, bono titulo hæreditatem, prout iacet, eſſe aditam, - - - -; reſponſum fuit - - - - - Sicque ſe in Rota Romana apud Pontificem oppoſuerunt; conſtituto in Vrbe Procuratore; per iniuriam autem temporum ab actuali receptione & reſtitutione ſunt prohibiti usque in præſens. XVIII.

Interim animo retinendi poſſeſſionem civilem, FRANCISCVS a *Longo Prato*, Generalis totius Ordinis *Præmonſtr.* demandat recuperationem monaſterii *Retbers* IOANNI *Limpurg* Abbati in *Romersd.* an. 1606, Aug. 20, dum ex monaſterio *Angelicæ portæ* apud Moſellam, quod viſitabat, cognoviſſet eius alienationem, eo quod ante 20 circiter annos, *Retbers* in poteſtatem Revmi - - *Mogunt.* deveniſſet; promoturus etiam negotium in Curia Romana, ſi in Germania felicem ſucceſſum non ſortiatur. (*&c.*) XIX.

Subſiſto cum his, utpote ad Cænobii exitum interitumque pernoſcendum abunde ſufficientibus. Id ſolum adiiciens, quod Præmonſtratenſis Ordo, ſeu Pater Abbas, CAROLVS Wirtz, *ius in Clauſtri reliquias ſibi competere aſſertum, donaverit an.* 1701 *parthenoni* Aldenburg; *Eidem ſcil., de quo in* Opp. *noſtris diplomata ſparſim occurrunt plura.*

Cæterum iſtud Retters *immediate fuiſſe ſubiectum* Romerſtorfenſi *Abbati, de capite ad calcem plena eſt Informatio. Atque ob hanc neceſſitudinem inconveniens haud erit, afferre Bullam* PP. Clementis IV, *qua prælibati* Romerſt. *monaſterii Bona, in ſpecialem Romanæ Sedis protectionem ſuſcepta, enumerantur hoc ordine:*

Locum

ſucceſſor, cum *Wolfgango Erneſto, Ioanne, Henrico, Ludovico Georgio*, & *Chriſtophoro*, Comitibus Stolbergenſibus, qui litem, *Georgio Alberto* interea temporis defuncto, proſequebantur, & inaugurationem beneficiariam a Daniele obtentam nullius valoris eſſe contendebant, anno 1590 die Febr. 3 tranſegit, ſumma ter centum millium flor., tribus penſionibus æquis exſolvendorum, eisdem addicta: quam tamen conventionem *Stolbergenſes* poſtea, uti notum, impugnavere; quin etiamnum id faciunt, & in Comitatum hunc ius ſucceſſionis ſibi competere perhibent.

Digitized by Google

n.539. Locum ipſum in quo Monaſterium - - ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam in *Wulfersberg;* Eccleſiam de RETERS cum eccl. parochiali *Dornheim* Mog^e^ dioc. ab ea dependente. Eccleſiam de *Aldenburg.* Poſſeſſiones & domos in opido *Confluentia;* poſſeſſiones & curtes in villis, que *Wiſa Winningen Wolkene Divelich* & *Coverne* vulgariter nuncupantur. Poſſeſſiones & curtes in *Valendra*, in *Heybheim*, & in *Gladebach* & in *Ryle* villis. Nec non vineas in villa *Bodindorph.* Poſſeſſiones & domos & vineas in opido *Andernach*, ac Hoſpitale ibidem. Poſſ. & vineas in *Ludinſtorph* & in *Brule* villis. Curtes in *Hoingen* * & in *Wintere* villis. Curtem quoque *Adenrode* cum terris cultis & incultis. Curtes inſuper, que *Markenberg*, *Rode* & *Steinbach* nominantur. Et in villis de *Rupach* & *Rachtorph.* Cum terris, pratis, vineis nemoribus uſagiis, & paſcuis in boſco & plano, in aquis & molendinis (*&c.*) *Finit:*

* Hinningen.

Datum *Viterbii* per manum *Magiſtri* MYCHAHELIS de *Toloſa*, ſacroſancte Romane Eccleſie Vicecancellarii, XI Kal. Septembris. Indict. X. Incarnationis Dominice MCCLXVII, Pontificatus vero Dni CLEMENTIS Pape *Quarti* anno tertio.

Ego CLEMENS Catholice Eccleſie Epiſcopus.
Ego ODO Tuſculanenſis Epiſcopus *SS.*
Ego STEPHANVS Preneſtinus Epiſcopus *SS.*
Ego *Fr.* IOHANNES, Portuenſis & S. *Rufine* Epiſc. *SS.*
Ego ANTHERVS tt. Sce *Praxedis* presbiter Cardinalis *SS.*
Ego GVILLELMVS tt. S. *Marci* presbiter Cardinalis *SS.*
Ego *Fr.* ANIBALDVS, baſilice XII apoſtolorum pbr Cardinalis *SS.*
Ego RICARDVS S. *Angeli* dyaconus Cardinalis *SS.*
Ego OCTAVIANVS S. *Marie* in via lata dyaconus Cardinalis *SS.*
Ego IACOBVS S. *Marie* in *Coſmedin* dyaconus Cardinalis *SS.*
Ego VBERTVS S. *Euſtachii* diac. Cardinalis *SS.*

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS
PRÆLATORVM
ECCLESIÆ COLLEGIATÆ
S. IOANNIS MOGVNT.

cum

DIPLOMATARIO.

Digitized by Google

B. L.

Directa eſt hæc præfatio ad Eccleſiam S. Ioannis *non ſolam, ſed &, quæ ſubſequitur,* Mauritianam; *propter identitatem habitæ occaſionis, utriusque Eccleſiæ tabularia perſcrutandi.*

Quantum Chronica *Eccleſiarum Collegiatarum* * a Clariſſimo b. m. *Georgio Chriſtiano* Ioannis typo vulgata *Vol. II de Rebus Mogunt.* inter ſe differant, cuivis vel obiter legenti patet ad oculum.

* S. Petri. Stephani. Victoris. B. V. ad Gradus. B. V. in Campis, al. S. Crucis. S. Ioannis Bapt. Mauritii. Gangolfi.

Dum nempe priora quatuor antecellunt non ſolum ſpectabili *Diplomatum* apparatu, ſed & luculento Syllabo *Prælatorum.* Cur autem quatuor poſtrema pari perfectionis & dignitatis gradu minus compareant, inde venit, quod, tam quoad numerum Canonicorum, quam Redituum quantitatem, notabilis intercedat diſparitas. Idcirco prælaudatus D. *Ioannis*, ſubſidiis induſtria mea conquiſitis, ſibique liberali manu communicatis, acquieſcere debuit. Nihilominus penuria S. *Crucis*, maxime circa Prælatorum ſeriem, tantiſper fuit reſarcita per *Gancelinum*, T. noſtro II. *p.* 685. Archivum vero S. *Gangolfi* diplomatis penitus eſt vacuum & inane.

Reſtat igitur, ut de Collegiatis S. Ioannis & S. Mauritii diſſeram aliquanto fuſius. Intellexeram nimirum ab Amicis fide dignis, in utriusque repoſitoriis extare Chartas non paucas. Nemo proin unus, ad diligentiam atque meum in *rebus Moguntiacis* ab edaci pulvere vindicandis fervorem ac zelum reflectens, dubitabit, quin apud Eccleſiarum Decanos me tum temporis inſinuaverim, propoſita non illaudabili intentione mea. Verum, quod dolenter experiebar, conatus, utut

utut fervidus, cecidit in vanum. R. D. Decanus S. *Ioannis* Vir quidem fuerat ſinceræ bonæque voluntatis, at propter commoditatem nimiam, quæ plerumque ſenectutis debilitas eſt, activitatis nullius. Alter, S. *Mauritii*, referendus erat ad Claſſem hominum eorum, qui paſſim audiunt moroſi, petitionibus etiam honeſtiſſimis infenſus, & a ſtudio gratificandi prorſus alienus.

Quæ tum uni, tum alteri deerat efficacitas & reſpective humanitas, hanc & illam mirifice contigit ſuppleri per eorundem ſucceſſores. R^mus *Metellopolitanus*, qui ſucceſſerat in Eccleſia D. *Ioannis*, omni doctrina, politioribusque litteris inſigniter admodum excultus *Præſul*, ad ſubminiſtrandam tabularum ſupellectilem non paſſus eſt ſe pluries interpellari; immo lubens ac volens, illas mihi vix roganti quantocyus conceſſit perluſtrandas, ſelectasque iuris publici faciendas. Vſui ſcilicet publico profuturas apprime noverat. Factum id eſt Anno 1723, Mogg. Voluminibus vix præterito 1722 evulgatis.

In Decanum S. *Mauritii* vigilantia comitateque ſua meruit evehi R. D. *Petrus* DAEL; quo mihi nullus poterat eſſe gratior, propter utriusque Noſtrum talenta, pro Moguntinis antiquitatibus indagandis communia. Is ſiquidem Vicarii beneficio gaudens, & munere ſimul fungens Archiotæ D. *Victoris*, mecum omnia communicaverat Eccleſiæ modo dictæ monumenta, quæ D. *Ioannidis* Operibus in extenſum reperiuntur inſerta. Indefeſſo ſane labore ad ultimam usque chartulam copioſum iſtud Archivum excuſſimus. Evecto dein ad Decanatus dignitatem Amico mihi coniunctiſſimo, Lares meos *Wetzlariam* iamdum transtuleram, ſtabilemque ſedem ibi fixeram. Exinde prima vice *Moguntiam* excurrendi cauſa fuit principalis, ut Achatem meum ſalutarem, itemque primum, hoc fideliſſimo duce viſitarem archivum *Mauritianum*. Inibi reperta Diplomata, ut ingenue fatear, exceptis ſaltem nonnullis, haud ſunt ponderis adeo magni; Hæc tamen una cum Necrologiis, Protocollis, libris *Præſentiarum*, atque huiuſcemodi chartaceis

Mmmmm 2 mo-

monumentis compluribus, quantam mihi lucem ad concinnandos *Prælatorum* ELENCHOS contulerint, non valeo prædicare ſatis, ut res ipſa teſtatur.

Atque binis his in Tabulariis impigre collecta, ſunt, quæ per modum ſpicilegii (ipſa Meſſe uberioris) Antiquitatum amantibus exhibeo.

NB. *Quoniam circa* Prælatos, *maxime primitivos, frequenter mihi facienda fuit relatio ad* Tomum II. Rer. Mogg. *ubi, quemadmodum etiam in Operibus a me hactenus editis, ipſorum Nomina occurrunt; hinc ad evitandam confuſionem loca relata apud D.* Ioannis, *littera* V. Vol. [Volumen] *apud binos vero meos Tomos, lit.* T. *ſignavi.*

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS.

Sectio I.
de
PRÆPOSITIS.

Eorum dare Syllabum ab initio, non licet; quum adhuc Seculo XI enuntientur ſub ſolo nomine baptiſmali: Addito quidem *τὸ Præpoſitus*, ſed haud ſimul exprimendo Eccleſias, quarum ſint Præpoſiti. Hoc ut demonſtrem, refero me ad *Cod. dipl. I.* p. 31. 36. 380. 383. *T. II.* p. 7. Primus itaque, unde ſeriem iuſtam ordimur, eſt

TVRNBERTVS, *Magiſter Eccleſiæ maioris*, & *Præpoſitus* S. Iohannis. Teſtium numero comprehenſus in Litteris Archiep. Adelberti, anno 1128 ſignatis, quas protuli *T. I. p.79.* An. 1133, *Vol. II.* * p. 583. 11..

* Rer. Mogg. *Authore* G. C. I.

Gozbertvs: Etiam *ſummus Cantor*. Vixit an. 1135. *d. Vol. II.* p.746. (1141) p.748. (1143) *T. I.* p.142. 113.

Hertwinvs. *Gozberti* tam in Cantoria quam Præpoſitura ſucceſſor. (1145) *Vol. II.* p.751. (1147) *T. I.* p.185. (1151) V.II. p. 325. (1155) p. 298. 114,

Balwinvs. (1158) *T. I.* p.231. (1160) 115.

Wernhervs. (1163) *Vol. II.* p.687. (1168) p.754. 116.

Sifridvs. (1171) p. 648. 11..

Rvdolfvs. (1180) Tolner. *Cod. dipl. Palat.* p. 56. (1184) *Vol. II.* p.707. Qui & Imper. Aulæ Protonotarius. *T. I.* p. 307. 117.

Rvtgervs: *Maioris Eccleſiæ Cuſtos.* Ipſo hunc dignitatis gradum tenente, contigit an. 1189, Præpoſituram S. Ioannis *Cuſtodiæ* incorporari, atque in perpetuum uniri. * 1189

Digitized by Google

A cuius ordinationis tempore nullus fuit Eccleſiæ metrop. *Cuſtos*, qui non ſimul exstiterit S. Ioannis *Præpoſitus*. Eorum catalogum quia publicavit G. C. I. *Vol. II.*, iis hic recoquendis, nobis merito temperamus, & acquieſcimus in adductis RVTGERI anteceſſoribus.

* *Vid. Charta ſub n. I.*

SECTIO II.
de
DECANIS.

Telam ordior a WILHELMO, qui ceu *Decanus* comparet in *Necrologio* p. 286 ad *XV. Kal. Iulii.* * Cum vero appoſitus non ſit Annus, [hos enim adnotare Veteres ſolebant perraro, ſed inſtar Calendarii referre Mortuos ad *Idus*, *Nonas*, *Kalendas*, quibus deceſſerunt.] hanc ob rem *Wilhelmum* a fronte duxi locandum, ex coniectura.

* WILHELMVS Decanus S. Ioannis Mogunt. *Vnde dantur VIII maldra ſiliginis in* Fontena [Finten] *que dat relicta* HENEKINI Hulenheck *ibidem.*

11.. VLRICVS. Decanatum adminiſtravit 1182. *Vol. II.* p. 693. ** (1184) p. 651.

** *Ibi:* ODELRICVS. *τὸ* Decanus *typotheta neglexit.*

11.. DITHMARVS. (1196) *p.* 470. (1210) *p.* 527. (1212) *p.* 528. (1217) *p.* 655. (1219) *p.* 688. (1220) *p.* 473.

122. GOZMARVS. (1227) *p.* 760.

12.. CONRADVS. Mentionem eius agunt litteræ Capituli, an. 1259 Kal. Dec. † quibus bona in *Mittelaba* †† elocaverunt LVDOVICO de *Orba*, ERPONI & HEILMANNO fratribus, nec non BERTOLDO *Fuſecbin.*

† *Munitæ ſunt* a) *Sigillo* Eccleſiæ. b) *Vrbis* Gelnhauſen.
†† Mittelum *ſive* Mittelheim, *in* Rhingavia *vicus.*

Ad

Ad 1263 vid. T. n. I. p. 698. Anno 1267 domum ſuam, inhabitatam olim a Canonico GERWINO, conceſſit ad vitæ dies fruendam GEZÆ ac ELSÆ, Beginis. Necrol. ad VIII Kal. Mart. de eo ſic:

> *Dns* CONRADVS Decanus noſter, *& Plebanus* S. Heymerammi; *unde præſentes habent IIII ſolidos Colon. quos dant Domini de* S. Stephano *de quibusdam Ortis, eorum & noſtris communibus.*

HVNO. * Quas an. 1273 expedivit Litteras, retuli ſub *n.* XII. Biennio poſt, ex poteſtate ſibi delegata diremit Litem, ſuper XL maldris ſilig., obverſantem inter Collegium S. *Victoris* & *Ilbenſtadenſe* Monaſterium. „Actum in Clau„ſtro S. Iohannis (1275) in die B. *Agnetis*, preſentibus „IOHANNE Prepoſito *Ilbenſtad.*, IOHANNE Decano S. „*Vict.* HENRICO S. *Petri*, HENRICO S. *Stephani*, IA„COBO S. *Marie ad gradus*, Scolaſticis. 12..

* *Vol. II. p.* 502 perperam CVNO dictus.

Frequenter obviat. Morti tandem vicinus, voluntatis ultimæ conſcribens tabulas an. 1287, Eccleſiæ D. *Petri* [cuius etiam Canonicus fuit, ibidemque ordinavit ſepeliri,] omnia bona ſua immobilia, vineas, & *terram arabilem*, prono in Deum animo addixit.

EMERCHO de *Ingelheim.* Anno 1291 XV. Kal. Oct. in Litt. venditionis cuiusdam Cenſus, erga EBERZONEM Præbendarium Eccleſiæ metrop. † Deſinit eodem anno, tranſiens ad Decanatum B. V. in campis. †† Succeſſit incunctanter 128.

† *T. II. p.* 719. †† *p.* 715.

FRIDERICVS: Quo vid. in *Godfrido* Scholaſtico. Recurrit 1296 in Statuto Capitulari *n.* XIX. An. 1300 VII Idus Dec. bona in *Nordenſtatt*, ad Capellam D. *Stephani* ††† ſpectantia, in emphyteuſin dedit CONRADO *Roſiſer.* 1291

††† n. XX.

IOAN-

130. IOANNES *Buſſelhart:* Vt *Canonicus* adducitur an. 1299 in Nota, ſupraſcripta Chartæ XX. modo relatæ. Vt *Decanus* autem nullibi nobis apparuit, præterquam in necrol. ad 22 d. Aprilis.

„ ⸿ *Iohannes* Buſſelhart DECANVS noſter, *unde*
„*preſentes habent unam marcam de domo in* Selhovia
„*retro domum dictam* zum Lutfrid.

Et ad 22 Apr:

„*Peragitur Septimus* Iohannis Buſſelhart - -, *unde*
„*preſentes habent tres ſolidos de domo retro curiam d.*
„ad Lapidem, *quondam dicta* Windeck, *pro nunc*
„Liningen.

Verum enim *Buſſelhardii* ſucceſſor, cum etiam gerat nomen *Ioannis*, nusquam appoſito Cognomine, hinc oritur ambiguitas, cuinam ex binis acta ſint attribuenda. Ad *Primum* refero quandam obiecti levis Chartam, a *Ioanne* DECANO ſignatam an. 1304, d. Sept. nona.

IOANNES: Actus qui ſequuntur, reſpectum habere autumo ad *Secundum*, a priori diverſum. Illum videlicet de an. 1309, obvenientem ſub n. XXII. in Diplomatario.

Anno 1316 Decanus *Ioannes* & Canonici cavent, ſe ſatisfacturos ordinationi Manufidelium HENRICI de *Rockenburg*; Qui legavit Eccleſiæ „*unum fertonem de officio unius* Scrotarii, *ſcil.* Conradi *de* Medenbach *in Foro gentili; & alterum fertonem de officio Scrotariorum in* Selhovia„

Pro his intelligendis vid. Diplomatarium S. *Mauritii* fin.

Sed ecce nomen huius ſecundi IOANNIS nativum, *de* FLORE: Id quod neſciremus, niſi Dignitatem poſtea abdicaſſet, eo tunc addito. Hoc ipſum cognovi ex Actis forenſibus, ventilatis an. 1325 inter Corpus Vicariorum & Canonicos aliquot, attamen ſub ſpecie Capituli; quandoquidem inter Diſſentientes ſigillatim notatur „*Iohannes* de *Flore Canonicus*, quondam *Decanus.*„

ECKHAR-

ECKHARDVS zum Windeck. * Crebro prodit, inchoando 1325 ceu Teſtis ſupremæ voluntatis CONRADI de *Pinguia*. ** Sequenti 1326 ad concordiam reducitur diſceptatio Capituli, habita cum NICOLAO *Monengryn*, ratione bonorum ac cenſuum in *Oeſtrich*. Vltimum *Eckhardus* ſubit an. 1344. 132.

* *ab Ædibus paternis. T. II. p. 561.*
** *Vol. II R. M. p. 701.*

IOANNES *de Rauſchenberg*. Copiam ſui facit an. 1347, tunc præſens actui fundationis Miſſæ perpetuæ ad Aram XI mill. Virg. in Cœnobio D. *Agnetis*, quem executus eſt PETRVS ad *Lapidem*, Plebanus in villa *Boſenheim*. Præter Noſtrum affuerunt DRVTMANNVS de *Bruchſellis*, Procurator Fabricæ Eccleſiæ Mogunt. & VOLCKWINVS de *Lympurg*. 134.

Vita iam defuncti mentionem ingerit liber Cenſualis, conſcriptus de bonis Eccleſiæ in *Haſſia* ſitis, iuribusque, renovatis examine Teſtium, an. 136.. Vbi, ſignanter quoad Iura per *Advocatum* exerceri ſolita, eidemque competentia, hæc leguntur:

ITEM *nota ſpecialiter de iure bonorum noſtrorum, ſitorum in terminis ville* Gerhartshuſen; *que vulgariter dicuntur* Fryt. † *Advocati equo, videlicet* Runcino, †† *Villani dare debent menſuram avene, quod dicitur* ein Lynnetz / *ſed equo ſuo ambulatori mediam. Equo vero Servi ſui etiam dimidiam* Lynnetz. „ *Advocatus habe-* „ *bit etiam* Scapam *vini; & villani qui cum Advocato* „ *illa die ſunt, unam Amam cereviſie. Et utrum ad nos* „ *ſpectent predicta,* * *ignorare dicebant reverenter.* „ *Credebant tamen firmiter, ut Dns* IOHANNES de „ *Ruſſchinberg* quondam *Decanus Eccl. S. Iohannis aſſe-* „ *ruit.*

† gefreyet. *Bona libera.*
†† *Equus gregarius.*

* De quibus nempe quærebatur, in his conſiſtentia:
„ *XXVIII maldra avene in villa* Naſſenerfurt & *villa* Twiſten.
„ *Item in* Hockenrode, *quod deſertum eſt*, - - - *Item in* Ger-
„ hartshuſen & Oddershuſen *ius patronatus*. *Que bona tunc* IO-

„HANNES de Franckenberg, *nunc Dns* IOH. *dictus* Gruſſing „*filius ſuus*, & *Dns* CONRADVS Hebolde, *frater dicti Dni ſe-* „*nioris poſſederant ab Eccleſia* S. Iohannis.

13.. TILMANNVS *Schefer.* In ſeqq. obviat Chartis. *a*) Renovationis bonorum Eccleſiæ, extantium in diſtrictu villæ *Zilborn*; an. 1356. *b*) Venditionis annui Reditus 2 ℔ erga CONRADVM *Fryling* de *Franckenberg* huius ædis Vicarium, pro XX fl. auri, an. 1360. *c*) Vnionis Cleri, pactæ 1372. * *d*) Bonorum renov. apud villam *Wicker* 1383. Quem actum Renovator his concludit verbis: *Et proieci pallium meum pro interſigno, quod* **Urkunde** *dicitur.*

* V. *n.* CCCXXXI. *p.* 507.

138. IOANNES de *Northeim: Decanus* S. Iohannis, *Vicarius, non tamen Canonicus*: audit 1390. Triennio poſt, diſciplinæ rigidioris ſtudio ductus, abdidit ſe in Eremum Carthuſiæ S. *Michaelis Archangeli* prope Moguntiam. Fide ſcribo Statuti, ſuper eo, *quod Vicarii non reſidentes carere debeant corpore Vicariarum.* Procemio tali:

„Cum ſecundum Canonicas ſanctiones propter officium beneficium aſſignetur; Hinc eſt, quod nos IOHANNES de „*Selheim* Scolaſticus, IOHANNES de *Petervvil* Cantor, „IACOBVS von der **Laden**, HEINRICVS dictus *Mintzenberg*, PETRVS de *Colonia*, IOH. de *Seligenſtat*, GERLACVS de *Hoenberg*, DIZO d. *Vnger* de *Nackheim*, Canonici Eccleſie S. *Iohannis* . ., Capitulum iſta vice repreſentantes, Honorabili viro Magiſtro IOHANNE de *Northeim*, Phyſico, Decano noſtro, ſpiritu bono ut firmiter „ſperamus religionem *Carthuſienſium* ingreſſo, & propter „hoc abſente; in cuius locum propter Annum probationis, „& ius ob hoc beneficium ſibi competens, alium Decanum anno prob. non finito eligere non valentes (&c.) „MCCCXCIII, ipſo feſto SS. *Philippi* & *Iacobi* App.

Quod autem in propoſito ſancto laudabili perſeveraverit conſtantia, abunde comprobavit effectus; utpote dignior præ ceteris habitus, qui, poſt ingreſſum non diu, eligeretur

retur in *Priorem.* Hoc enim fungens munere an. 1402, litteris admodum elegantibus, etſi minutiſſimis, deſcripſit in membrana Bibliam, cuius clauſulam finalem (voce *Explicit* apud Veteres inchoante) videmus inſertam *Vol. I. R. M. p. 112.* Ex quo igitur per *Northemii* ſeceſſum Decanatus cœpit vacare, eum aſſecutus eſt

IOANNES de *Selgenſtatt:* Elocando menſe Novembri 1394 GREDÆ apotecariæ [mercatrici] *apotecam*, dictam zum Brunſtein: Der Kram, der da gelegen iſt uff dem Kirchhof in der Herrn Montat zum Dume. Et ſic deinceps, ad annum 1400 incluſive. 1394

WENZO (ſive Wenceslaus) de *Hexheim.* Hoc ſuum nomen apparet a fronte Decreti, vi cuius Capitulum * an. 1419 confirmat nuper erectam Fraternitatem *Honeſtorum Sacerdotum Vicariorum - - Eccleſiæ* S. Iohannis.., *ratione paupertatis, ratione quoque Amicorum, & cognationis naturalis ex carne contracte carentium - - -, animis flentibus & gementibus, ne eorum memoria, propter penuriam ſeu defectum Cognatorum, cum ſonitu tranſeat campanarum; Perpendentesque, quod cognatio, dependens a caritate & virtute, fortior & diuturnior ſit, & eſſe dinoſcatur, naturali.* 140.

* Poſt Decanum *Wenzonem* recitantur ſeqq.
OSPERTVS de *Selheim*, Scholaſticus.
WENZO de *Nackheim* Cantor.
IOHANNES de *Schlüchtern.*
BERTHOLDVS *Brandenburg.*
NICOLAVS de *Heimbach.*
IOHANNES *Holtzheimer.*

Decanus eſſe deſiit *Wenzo*, non morte, ſed abdicatione, eo quod ſub Succeſſore recurrat inter Canonicos.

IOANNES *Holtzheimer:* Decani functus officio an. 1430 XVIII. Iun., dum BERTHOLDVS de *Hoenberg* eligeba- 142.

tur in Scholaſticum. Anno 1432, Ian. 16, a Plebano Eccleſiæ metrop. HENRICO *Stack*: & an. 1438 [quo ipſo animam exhalavit] ab HEILMANNO Vicario conſtituitur *Manufidelis.*

1438 NICOLAVS de *Heimbach*, nativo cognomine *Wahl.* Demortuo mox ſuccedens, obvenit in Litteris Dominica *Miſericordia* . . datis, quibus Ædes præſentiales, ſitæ in *Selbovia* prope curiam *Templariorum* verſus Renum: die vero XV. m. Iul. bona in *Olmena*, elocantur cuidam HENRICO *Rinck*, ad *annos centum & diem unum.* Vltra annum non ſtantem Mors e vivorum numero delevit.

1438 vel 39. PAVLVS *Phyl.* [Pfeil] Quanto brevior *Nicolao*, tanto longior lucis uſura obtigit *Paulo*, utpote ab 1439, XXX continuis obviam habito; licet paſſim in Chartis notæ levioris; Cuius ſpeciei eſt, data IOANNI de *Falckenberg* militi Haſſiaco 1456.

Anno 1460, ceu *Iudex & Conſervator Iurium, privilegiorum, libertatum & bonorum Eccleſiæ* S. Victoris *a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus*, finem impoſuit Liti *ſuper Decima ex Hortis & vineis* in der Klufft *apud* S. Albanum, *quas* ARNOLDVS zum Jungen & CATHARINA Schenckenbergerin *coniuges, dum vixerunt poſſederant, & de præſenti* LENA zum Kornigel, & GELA, ORTONIS zum Landeck *civis Mogunt. uxor poſſident, eamque dare recuſarunt.*

Actum - - in ambitu Eccl. S. Iohannis, *nobis inibi mane hora Cauſarum conſueta ad Iura reddendum & Cauſas audiendum pro Tribunali ſedentibus. Sub anno* [1460] *die Veneris XIV. Novembris.*

Lapis *Pauli* ſepulchralis mortis annum exprimit 1467. Diem, Nov. XXIV.

146. IOANNES Schönborn, *Decr. D.* Vice prima occ. 1475, inter nominatos a IOANNE *Lechenich* S. *Stephani* Canonico

co Manufideles, ſive Teſtamenti executores. 1478 Turnus maior renovatus ſub eo. 1480 incubuit reparationi curiæ Decanalis. 1485 interviſit Eccleſiam S. *Georgio* ſacram *Francofurti.* Superſtes an. 1487.

ANTONIVS *Leyſt.* 1494 ———— 1509. Decanatum S. *Ioannis* reſignans anno circiter 1514, poſtea & illum cui præerat ad S. *Crucem;* fatis tandem conceſſit 1524. 14.

IOANNES Büren *Fritzlarienſis.* 1515 & 1518 in Manufidelium nominatione. Profectus deinde *Romam*, ut familiarem ſibi redderet ſtylum Curiæ, Apoſtolicæ Sedis Cauſarum Procurator factus, officio illic immortuus eſt an. 1524, d. Nov. 17. Liber Concluſionum *p.* 49. *b*) * 151.

* „*Eodem die* [6 Dec.] M. IOHANNES Breithart *compa-* „*ruit coram Dominis*, *& propoſuit*, *quod iam paucis die-* „*bus elapſis Mgr* IOHANNES Büren *in Romana Curia diem* „*clauſiſſet extremum* (&c.)

Add. SCHRADER. *Monument. Ital.* p. 147.

PHILIPPVS Glan *Oppenheimenſis.* Lunæ poſt Dominicam tertiam Adventus, unanimibus Capitularium votis Defuncto meruit ſurrogari; Ab Eccleſiæ principis Cuſtode, THOMA Comite *de Rieneck*, per ſuos ad Capitulum ablegatos, NICOLAVM *Holtman* Decanum S. *Petri*, & IOAN. ANTONIVM *Leyſt* Decanum *B. V.* confirmatus, in eorumque præſentia in poſſeſſionem immiſſus. θ an. 1533. m. Ian. 1524

WOLFGANGVS *Remlinger.* Renovato d. 7. Nov. Turno, annisque poſt hoc duobus in Prælatura tranſactis, ſarcinam humeris ſubduxit, retrogradiens in ordinem Canonicorum. An. 1551 θ. 1533

HERMANNVS Wener, *Imſweileranus:* Primum Vicarius, 153.

ab

ab anno 1528 Canonicus. Qua *Decanus* occurſitat 1536. Moritur 1540. Idibus Iunii. *Epit.*

154. MELCHIOR *Waſmuth.* Decani munere iamdum conſpicuus, locum in Capitulo a Canonicis accepit 1543 pridie Diviſ. App. ꝏ 1548. m. Ian.

1548 GERHARDVS Iſing, *Monaſterienſis.* S. T. D. Vir doctrina & Religione inſignis. Vt *Conſervator Studii generalis Moguntini*, nec non Ordinis S. *Benedicti*, diſtentus fuit anno 1550. Decanatus a ſe abdicandi propoſitum ex cauſis ſonticis ſecum decernens; Capitulum, utut ægre, in petitionem condeſcendit d. 30 Iun. 1551. Actum publico complexus eſt Inſtrumento Notarius VALENTINVS *Weicker.* Vacavit annis tribus.

Gerhardi Epitaph. *v.* T. II. p. 881.

1554 CHRISTOPHORVS Forſter *Ambergenſis.* „*Capitulariter in* „Decanum *Eccleſiæ noſtræ electus; ſimulque proviſum eſt ei* „*de Canonicatu & Præbenda, per liberam reſignationem* D. „EWALDI Haberkorn. *Dominica* Invocavit *inſtallatus.*„ Sunt verba protocolli. * Ceſſit an. 1557. Aug. d. 30.

* *Illud fugitive luſtrantes non obturbet, quod ſeqq. annis appareat, præ- & cognominis eiusdem*, Canonicus. *Eſt is enim* CHRISTOPHORVS Iunior, *morte ſubitanea correptus 27 Apr. 1567, in via ad* S. Albanum.

1557 WILHELMVS *Holtman.* Aſcitus poſtridie, hoc pacto, ſe ad quamlibet Capituli requiſitionem ab Officio diſceſſurum. Notante protocollo, ſolum in Choro vices Decani ſuſtinuit; negotiis capitulariter tractatis præſens nunquam, multo minus ut Præſes; verum omnia ſub directione *Cantoris*, CONRADI *Textor.* Quo fatis [1563] functo, locus Decano ordinario factus iterum eſt.

1563 TIBVRTIVS *Dreyfelder.* Vicarius ad S. *Victorem.* Proviſione munitus Archiepiſcopali, inchoavit d. 28 Maii. Quum

Quum autem pro tanti muneris exigentia Canonicis non ſatisfaceret, dimiſerunt ipſum an. 1568, Apr. 14. Subſtituentes illico novum, de quo ſpes habita melior.

ANTONIVS *Fauſt.* Depoſito ſucceſſit. Rebus humanis 1568
exemptus 1586, in vigilia Nativ. Chriſti.

GEORGIVS *Hirnvvurſt.* Decanus annorum XX, θ 1587
30 Dec. an. 1606.

MARCVS Bauſman, *Limburgius.* θ d. 17 Iulii 1616, 1607
poſtquam elapſo anno impetraverat ob nimiam corporis imbecillitatem ſibi Coadiutorem.

IOANNES de *Colonia* I. V. D. *Sigillifer*, & S. Mauritii *Præ-* 1616
poſitus. Ex Coadiutore Decanus. Octava die Octobris anni 1624 denato, eligebatur menſe Dec. SIGISMVNDVS *Schmelzinger*, qui vero refugit.

IOANNES Wezelius, *Colonienſis.* Electus anno ineunte 1625
1625. Cultum divinum impenſe promovit. Diſciplinæ Eccleſiaſticæ obſervantiſſimus. Præmaturo eius [d. 27 Oct. 1628] obitu, videtur Decanatus in iſto Belli Suecici diſturbio annos aliquot vacaſſe; quum Sequens occurrat inter Canonicos, pure tales, anno 1634.

MICHAEL Krumpholz, *Cochbemius.* Perſonam ſuam, ut 1635
Decanus exhibuit an. 1635 in Ciſterc. Ordinis Clauſtro *Himmenrod*, dum nuper electus Abbas *Eberbacenſis* ſolemnibus inaugurabatur ceremoniis ab AMBROSIO *Saibæo* Myſienſi Epiſcopo, d. 16 Sept. Vitæ curſum conſummavit 16 Nov. 1650.

GEORGIVS *Stahl.* Proviſione E^{mi} Ar. IOANNIS PHILIP- 1650
PI Michaelem ſecutus, luſtris præfuit pene VII. θ 1684, Dec. 30.

IOAN.

Digitized by Google

1685 IOAN. LVDOV. Cünzer. *Confluentinus.* Via poſtulationis Dignitatem adeptus eſt 18 Ian., utpote Capitularium conſortio necdum inſertus. Ipſius pietati debemus Aram, proprio erectam ſumptu in honore S. *Bonifacii.* ⊕ 4 Mart. 1705.

1705 BERNARDVS ANTON. *Honcamp:* Proviſione, d. 17 Mart. ſignata. ⊕ XI. d. Iul. 1723.

1723 17 Aug. IOAN. IOACHIMVS HAHN, *Epiſcopus* Metellopolitanus, *Emin^mi Moguntini per Haſſiam & Thuringiam in Pontificalibus Vicarius Generalis, in Spiritualibus per Archidiœceſin Provicarius, Eccl^e B. V. ad gradus Scholaſticus.* Intempeſtivum Præſulis, gratia dicendi, (etiam e Suggeſtu) eruditione, ac rerum in utroque foro agendarum ſpectatiſſimi, fatum omnes luxerunt. Quandoquidem anno Decanatus ſecundo currente, 1725, m. Aprilis die XII, dum inter Amicos ſecum pranſos familiari uſus eſt colloquio, ad cubiculum ſecedens, cecidit, & iacuit exanimis.

1725 IOAN. WOLFGANGVS *Anz,* SS. T. D. Plebanus ad S. *Quintinum.* Electus 23 Apr. ⊕ 9 Maii 1729. Vacat annos duos cum dimidio.

1731 XI. Oct. PHILIPPVS FRANC. *Iäger,* I. V. D. *E^mi Archiepiſcopi a conſiliis Eccleſiaſticis; Fiſcalis maior, & D.* Petri *Canonicus.* Inſignis Eccleſiæ *S. Ioannis* DECANVS cum laude hodiedum exiſtens.

SECTIO

SECTIO III.
de
SCHOLASTICIS.

ALMERICVS. Adducitur in Litteris anni 1182. *Vol. II.* 11..
p. 693. (1196) *p.* 470.

BENEDICTVS. (1219) *p.* 688. (1220) *p.* 473. (1227) 12..
p. 760. (1237) *p.* 567 *fin.*

GERVNGVS. (1244) *p.* 537. * 12..

* *Incuria Typothetæ irrepſit annus* 1243.

HENRICVS. Anno 1272 ordinavit de bonis ſuis in *Harweſ-* 12..
heim, ut inde „*ſingulis annis in quolibet Feſto quatuor feſtorum B. M. V. quinquaginta panes* - -, *Preſentiarum nomine, in Choro preſentibus miniſtrentur.*„

GODFRIDVS. Anno 1291. III Non. Sept. comparaſſe dicitur 12..
univerſa bona THEODERICI, militis *de Vlverſheim*, in diſtrictu villæ *Nackheim*, pretio 160 ℔ *ballenſ.* Eodem anno fundavit Vicariam ad Altare SS. *Ioan. Bapt.* & *Evangeliſtæ*, ære proprio nuper conſtructum. Deputans Vicario illud officianti XX maldra ſiliginis & carratam vini *Hunnici*, cedentia in *Vdenheim.* Hac inter cetera obligatione Sacerdotem adſtringendo, ut in Miſſa quotidiana ſpecialem agat memoriam PHILIPPI & ALHEIDIS parentum, SOPHIÆ aviæ, WERNHERI, PHILIPPI, EMERCHONIS, IACOBI, TILMANNI fratrum; ELISABETH & KARISSIMÆ, ſororum eius.

Alia, 1293 Idibus Ian. ſcripta Charta pandit, qualiter IOANNES *Bomundi* vendiderit Ipſi VI. *iurnales* vinearum, in Situ opidi *Elfeld*, reſignaritque coram GISELBERTO, loci Schulteto, & Scabinis, ad manus *Nuntiorum* † Scholaſtici ementis.

† PETRI *Canonici*,
WANNONIS *Vicarii.*

Eodem anno Cœnobiis Virgg. *a) Veteris Cellæ*, *b) Novo*, [S. *Agnetis* poſtea] *c) Weydas* Ord. Ciſt., largis, per modum teſtamenti proſpexit eleemoſinis.

An. 1296 in uſum Vicariorum tria comparavit habitacula.

130. BRVNWARDVS: Transportatos in *Brunwardum* S. Ioh. *Scholaſticum* fuiſſe perpetuos Redditus, teſtantur duæ Chartæ iudiciales [Bann=Brief] anni 1316, utrumque Contractum firmantes: *a)* marcæ unius, affixæ hæreditati * VOLZONIS zum Korndreſcher, in fimo porcorum. † Hunc a CONRADO *Hofmeiſter*.

* *Ita vocabantur Ædes hominum ſecularium; Clericorum*, Curiæ clauſtrales.

† *T. II. p. 457.*

b) Vnius pariter marcæ, a GERHARDO *Platenmecher*, ſuper quatuor domibus, dictis zum Bildmecher, prope *Elephantem*. „*De qua marca unus* Ferto *in feſto* Paſche, „*alter in feſto* B. Michahelis Arch. *Tertius in feſto* S. Iohan-„nis, *& quartus in* nativitate Domini *ſolvendus exiſtit*.„ Hos fertones deputavit ad communes Præſentias, in Anniverſario ſuo, celebrando ſolemniter, deſerviendos.

131. IACOBVS de *Dalheim*. Anno 1319 VIII Idus Maii elocavit Eccleſiæ domunculas, contiguas Curiæ zum Schwerd in platea *Truncutorum* ſitas, iuxta DAGOBERTVM, & MERKELINVM *Carrucarium*.

Proteſtationem emiſit an. 1325 in Cauſa, tacta ſuperius ad Decanum IOANNEM de *Flore*. Digna, quæ in pleno ſuo contextu referatur. *(a)*

HER-

[n.540] *(a)* IN NOMINE DOMINI AMEN. Per hoc preſens Inſtrumentum pateat univerſis, quod Anno . . MCCCXXV, Indict. VIII. Pontificatus SSmi in Xpo Patris - - Dni IOHANNIS,

Hermannvs. Scholaſticum enuntiant litteræ Capituli de an. 1340, factæ locationis agrorum in diſtrictu villæ *Weinheim.* * Recurrentem anno poſtero v. dipl. ſub *n.* XXIII. 13.

* Necrol. ad VI. Aug. Θ Godeboldus *Comes, qui contulit Eccleſie noſtre* Winheim.

Ooooo 2 Ioan-

nis, divina providentia Pape XXII anno IX, die XXIII menſis Maii, hora circa veſperas, *Maguntie* in domo Curie habitacionis, dicte zu Wizenburch / quam . . inhabitat Vir honorabilis, Dns Iohannes de *Kirchoven* Prepoſitus *Aſchaffinburgenſis* . . . Canonicus maioris Maguntine † Eccleſiarum, in preſentia mei Notarii publici infraſcripti - - - conſtitutus Honorabilis vir, Dns Iacobvs de *Dalheim*, Scolaſticus Eccl. S. *Iohannis Magunt.*, legit & fecit in ſcriptis Proteſtationem, tenoris & continentie ſubſcriptorum. Petens & requirens me - -, ut eam ſibi conſcriberem, & redigerem in formam publici inſtrumenti. Cuius quidem proteſtationis tenor talis eſt:

† *Charta praſens eſt illa, qua de hoc* Io. Kirchhof (*A Epiſcopi* Petri *ſororis filio*) *notitiam primam* Author *accepit. v.* T. II. *p.* 322. *p.* 1359.

Ego *Iacobus* de *Dalheim* Scolaſticus - - *S. Ioh.*, habens vocem . . in Capitulo, coram te Wernhero de *Eſinheim* . . . Notario, & teſtibus aſtantibus proteſtor publice & expreſſe; ad univerſorum - - - cupiens noticiam pervenire; quod, cum Domini Decanus & quidam de Canonicis . ., ſe totum Capitulum - - - ut aſſeritur nominantes, prefatorum Decani & tocius Cap. nomine univerſos Vicarios ibidem, coram Dno Decano Eccleſie *S. Marie Erfordenſis* ad *gradus*, virtute cuiusdam Reſcripti, quod per ipſos Dec. & Cap. S. *Iohannis* a Sede Apoſtolica aſſeritur impetratum, traxiſſe dicatur in cauſam; Impetracioni, Reſcripto & actioni huiusmodi ſic inſtante, tamquam habens vocem in d. Capitulo, non conſentio; nec umquam legitime vocatus, requiſitus, vel deliberatus conſenſi; nec intendo in futurum aliqualiter conſentire; maxime cum d. Reſcriptum, ſi quod eſt, in mei abſentia, me non vocato, me ignorante, vel preter meum conſenſum fuerit impetratum; & de his, que [tamquam ab antiquo & olim facta, adeo eciam quod mei memoriam excedant penitus & tranſcendant] in eodem Reſcripto Ap. narrari dicuntur, Litteris, inſtrumentis vel aliis aliquibus documentis legitimis ad plenum minime ſim ab aliquo informatus.

Atque

13. IOANNES *ad Stellam.* S. Iohannis *Scolaſticus*, *& Iudex ſancte Moguntine Sedis* audit 1353. Anno 1355 auctoritate nixus Apoſtolica excommunicavit Capitulum metrop., Eccleſiamque ſuppoſuit Interdicto, eo quod renuerint tradere, cuidam FRANCISCO, plebaniam *Seulburgenſem.* Renu-

Atque ideo, iure famaque publica facti hoc ſuadente, cum in d. Cauſa Actorum in animas ſingulorum de d. Capitulo, quorum unus ego ſum, iurare de calumpnia, & poni per iuramenta eorumdem ſingulorum oporteat de premiſſis; habens conſcientiam, proteſtor id quod ſupra. Eo tamen ante omnia michi ſalvo, quod per hanc preſentem proteſtacionem utilitati & conſuetudini Capituli & Eccleſie mee predicte derogare nolens, Actioni, ſi quam . . Decanus & Cap. me irrequiſito, legitime in iure & iuſte proſequi contra quoscunque ceperunt, vel incipient; in quantum iuris & iuſticie eſſe poterit, non intendo aliqualiter contraire, ſed eam ratam & gratam habere in omnibus & ſingulis, de quibus de iure & conſuetudine fuerit faciendum.

Lecta eſt, & facta eſt hec Proteſtatio . . Anno, Indict. - - - prenotatis. Preſentibus Diſcretis viris, VOLCKMARO Plebano & Vicario eccl. *S. Iohannis* . ., HEINRICO *Winther* Cappellano in monaſterio S. *Agnetis* Maguntie, presbiteris. PETRO *Petri*, dicti *zum Speden*, Clerico. HEINRICO *Troſt*, & HENNEKINO, FOLZONIS quondam de *Hechisheim*, [Hechheim] Laicis Moguntinis, ad premiſſa vocatis pro teſtibus, & rogatis.

Et ego WERNHERVS, *dictus de* Eſinheim, *Clericus Maguntine dioc., publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia* (&c.)

Cauſa intus memorata tangebat reditum annuum LXIV maldrorum ſiliginis, transvenditum olim a Capitulo, corpori Vicariorum, pretio CXL marcar. *Colon.* Hunc, [Capitulo ita cauſante] quia Vicarii percepiſſent ſpatio temporis tanto, quo Sors dudum eſſet abſorpta; nec etiam alienationi acceſſerit conſenſus Archiepiſcopi; Idcirco Capitulum, impugnare eam geſtiens ex capite Nullitatis ac læſionis, Querelam deſuper movit coram Papa *Ioanne* XXII; deciſione illinc commiſſa Decano *B. V. Erfurti.* † Veruntamen aliis poſtmodum ab utraque litigantium parte initis conſiliis, placuit Cauſam deferre ad Arbitros. †† Qui, per Sententiam

Renutus cauſa erat dictæ plebaniæ poſſeſſio præoccupata, ex collatione maioris Præpoſiti, WILHELMI *Pinſchon*.

GERLACVS de *Hohenburg*. Rei ſcholaſticæ præfuit an. 1383, ut ex ſubiuncto patet inſtrumento. (*b*) Tranſiens poſtmodum ad Scholaſteriam S. *Stephani*, Ioanniticam reliquit. 13..

tentiam d. 29 Nov. 1325 latam, Vicarios *ab impetitione & vexatione* penitus abſolverunt. Capitulum in Expenſas condemnando.

† *Sub dato* Avinioni 2. *Idus Iulii, Pontificatus VIII.*

†† PETRVS *de* Walle. } HENR. Camerarius. } *Canonici.*

PETRVS. } IOAN. *de* Rauſchenberg. } *Vicarii.*

(*b*) IN NOMINE DOMINI AMEN. Noverint univerſi - - -, [n.541] quod nos Decanus totumque Capitulum Ecclеſie *S. Iohannis Maguntine*, penſionem XX florenorum, quos Honorabilis Dns GERLACVS *de Hohinburg*, noſter Concanonicus *& Scolaſticus* - - - ſibi erga honeſtos viros, Scultetum, Scabinos & totam univerſitatem Opidi in *Altavilla* in *Ringauvvia* ſiti emit atque comparavit, recipere atque colligere debebimus; & eandem penſionem prefato Dno *Gerlaco* - - ad tempora ſue vite duntaxat, & non ultra, preſentare, tradere atque miniſtrare. Et eo, Deo volente de medio ſublato, dicta penſio XX flor. Scolaſtico - - - p. t. exiſtenti perpetue cedere debebit, atque remanere. Eſt eciam ordinatum, quod ſi Scolaſteria . . a prefato Dno *Gerlaco* . . per impetracionem vel alias qualitercunque evinceretur, quod Deus avertat, ex tunc Litteram, - - - penſionem prefatam continentem, ſibi reſtituere promittimus - - - .

Datum ſub Sigillo noſtro *ad Cauſas*. * Anno Domini *MCCCLXXXIII*, feria ſexta ante feſtum *ad vincula Petri*.

* *Exhibet caput* S. Ioannis *in diſco*.

13.. IOANNES de *Selheim*. Anno 1391 conduxit a Collegio S. *Victoris* Curiam, *Monachorum* appellatam, in *Weiſſenau*. 1398 nonnullos agros, ad VDALRICVM de *Cronberg* ſpectantes. Præpoſituram nactus Marianam 1399, Scholaſteriam deſeruit.

1399 OSPERTVS de *Selheim*. Iam tum 8 Ian. 1400 ſubit. Manufidelis an. 1409, ex nominatione *a*) OSPERTI Senioris *de Selheim*, Præpoſiti *Gothani*, & S. *Stephani* Canonici. † *b*) ARNOLDI *Wyß*, adiungentis *Oſperto Schol.* THEODERICVM de NYHEM, *Domini Pape Secretarium*. Crebro recurrit. Signanter an. 1428, ubi ad idem Executoris munus, * una cum *Reverendo Patre* FRIDERICO *Deyß* ** Epiſcopo *Chiemſenſi*, ſubeundum renuntiabatur ab HERMANNO *Deyß* S. *Stephani* Canonico.

† *Ad eius, illic in ambitu ſepulcrum, Lapidi decumanæ magnitudinis, Effigiem repræſentanti, hæc habentur inciſa:* Anno . . MCCCCXV in die S. Michahelis Archangeli Dns OSPERTVS de SELHEIM, Prepoſitus Gottenſis, & Canonicus huius Eccleſiæ C. A. R. I. P.

* *Muneris iſtius explicatio reperitur* T. II. *p.* 712.

** *Add.* p. 619 (*i*) h. T. III.

Sed & IOANNES *Deyß*, eodem, quo *Fridericus* Præſul, annorum tractu obviat, Cathedralis Eccleſiæ *Spirenſis* Canonicus. Vivida ſunt hæc, nominis *Deyſſiani* iſto in ævo celebritatis, teſtimonia.

Spiritum OSPERTVS Deo reddidit poſt diuturnam Scholaſteriæ procurationem, an. 1430. Fuerunt autem *Selhemii* claris orti natalibus; ſedem ſuam habentes *Amenoburgi*, oppido Eccleſiæ Moguntinenſis in *Haſſia* primario; quibus a villa proxima Selheim adhæſit cognomen.

1430 BERTOLDVS de *Hoenberg*. Poſtulationis via, de gremio Capi-

Capituli non exiſtens, Prælaturam conſecutus eſt anno 1430. Expedito deſuper Inſtrumento (*c.*) Vlterius non apparet.

IOAN-

(*c*) IN NOMINE DOMINI AMEN. Per hoc preſens publicum Inſtrumentum cunctis ipſum intuentibus pateat evidenter, quod Anno a nativitate Eiusdem MCCCCXXX, Indict. VIII, pontificatus SSmi in Xpo Patris & D. N. D. *Martini* divina providentia Pape V, anno eius XIII, die vero Solis XVIII menſis Iunii, hora *Primarum* vel quaſi, in Sacriſtia prope Chorum Eccleſie *S. Iohannis Mogunt.* in mei Notarii publ. teſtiumque infraſcriptorum . . preſentia Venerabiles & circumſpecti Viri, Domini, IOHANNES *Holtzheymer* Decanus, WENZO de *Hexheim*, * NICOLAVS de *Heymbach*, PAVLVS *Phyl*, NICOLAVS *Kolbe &* HEINRICVS *Kempnade*, - - - capitulariter ad infraſcripta ut moris eſt congregati, convocati & coadunati, prefatus Dns IOH. *Holtzheimer* - - - propoſuit, qualiter noviſſime Scolaſteria in d. Eccleſia . . per obitum quondam b. m. Dni OSPERTI de *Selheim* - - - extra Romanam Curiam defuncti vacaſſet, & vacaret de preſenti; cumque ipſe Dns Decanus - - & Capitulum - - de futuro Scolaſtico habili & ydoneo - - provide deliberaſſent; Vnde poſt maturam deliberationem, inter ſe ut ipſe . . Decanus aſſerebat prehabitam, - - - in Venerabilem & peritum virum, *Mgrm* BERTOLDVM Hoenberg *Licentiatum in Decretis, ſancteque Moguntine Sedis, & Cauſarum ſedis eiusdem Advocatum iuratum*, nec non probitate & virtutum meritis multipliciter commendatum, concorditer & unanimiter, nullo ipſorum diſcrepante . . Vota ſua direxerunt; ipſumque *M. Bertoldum*, pro tunc preſentem & conſentientem, ad Scolaſteriam predictam — — — omnibus meliori modo, via iure forma & cauſa quibus melius & efficacius poterant & debebant - - -, poſtularunt ſive nominarunt. [n.542]

* *Exdecanus.*

Poſt quam quidem poſtulationem - - D. *Iohannes* Decanus - - prefatum *M. Bertoldum*, Eccleſie S. Ioh. *Scolaſticum*, alta & intelligibili voce, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti pronuntiavit; ipſumque - - -, ſuperpelliceo ſive religione indutum, ad Chorum d. Eccleſie, & ad ſtal-

143. IOANNES de *Wertheim.* Initium ſeſe præſentandi facit an. 1437 per Litteras elocationis *Boſci & pratorum* huius Eccleſiæ, ſub diſtrictu villæ *Neuſeß.* Conductore . . *de* Volmershauſen, *Magiſtro Culinæ Domini Maguntini.* Annos in officio trivit circiter XL, ad usque 1469 nobis obvius.

147. SIMON de *Heydeck*, Scholaſticus quoque S. *Crucis*, nec non Sigillifer Archiepiſcopalis. Occ. 1472. Vita defunctum d. 27 Febr. 1480, ſuperpoſitus tumulo lapis refert.

148. IOANNES *Iſenach* (Eiſenach.) In tabulis Vnionis Cleri de an. 1483.

14.. IGNATIVS *Mentzer.* An. 1499 anathemate conſtrictus legitur a PETRO de *Vincentia* Epiſcopo *Ceſenatenſi*, Cameræ Apoſtolicæ Auditore, ad implorationem BARTHOLOMÆI *Guldenbeck*, ob defectum non impletæ fideiuſſionis pro XX flor. auri, quibus dicto *Barthol.* tenebatur IODOCVS *Yſl*, S. *Petri* Cantor. Vinculis poſtea exemit Archipræſul BERTHOLDVS.

Dili-

ſtallum Scolaſtici, in ſiniſtro loco perduxit; & . . cum lectione verſiculi pſalmi *Hec requies mea in ſeculum ſeculi &c.* corporaliter inſtallavit, induxit, inſtituit, & inveſtivit; ſibique . . *Bertoldo* ipſius Scolaſterie realem & actualem poſſeſſionem - - - tradidit & aſſignavit; preſtito tamen prius per ipſum . . corporali iuramento ad ſancta Dei Ewangelia!, de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus, ipſum ut Scolaſticum concernentibus.

Acta ſunt hec, Anno, Indict. - - - quibus ſupra. Preſentibus ibidem Venerabili - - - Dno, THEODERICO *Knebel* Canonico maioris Eccl. *Magunt.* nec non Diſcretis viris, HEINRICO *de Ebirsheim*, Vicario - - -, & IACOBO *Faber* de *Sygen*, Notario publico, Teſtibus . . ad premiſſa vocatis, pariterque rogatis.

Et ego IOHANNES *Felsberg, Clericus* Paderbornenſis, *publicus Imperiali auctoritate Notarius quia premiſſis omnibus - - - - interfui, (&c.)*

Diligentem ceteroquin *Ignatius* diu egit Secretarium *Cleri minoris*. Vivis exemptus 1526; quum, Ian. 30, adhuc interfuerat celebrationi Kalendarum. *

* *Hoc nomine audiebant Capitula minus ſolennia, celebrari ſolita ultimo cuiuslibet menſis die. Deſierunt circa an.* 1540.

BALTHASAR *Geyer* I. V. D. Electus 9 Febr. Anno 1526 ſecuto, menſis eiusdem die 4, reſignat.

IOANNES *Eler* I. V. D. R^mi Cardinalis ALBERTI Sigillifer, 1527 Canonicus Eccleſiæ B. V., & *Francofurti* ad S. *Bartholomæum*; huiatis vero ex reſignatione RVDOLFI *Forſtmeiſter* de *Gelnhauſen*. Defuncto 1547, hæc Prælatura cœpit langueſcere, non niſi poſt annos plane XL reſtaurata, tantiſper: Reſtabat enim Vnicus:

IOANNES *Segen*, alias *Cuſanus*: Eam, Celſiſſ. WOLFGANGI gratia, *obitu Ioannis Eler* [id quod in proviſione exprimitur] *vacantem*, nactus æra margini adiecta. Quo, d. 17 Aug. 1593 exſpirante, exſpiravit & ipſa S. *Ioannis* SCHOLASTERIA, nec reſurrexit. 1588 20 Iun.

Binos ſequentes adhuc ſubminiſtrat *Necrologium*. Quando vixerint, incertum.

Ad IX. Maii: „ IOHANNES de *Mulhuſen* Scolaſticus. „ *Vnde preſentes habent IIII ſolidos de penſione* „ *in* Wilbach.

Ad V. Iulii. „ CONRADVS Scolaſticus, *unde preſentes habent VI. ſolidos* Col. *de domo*, *dicta* „ Brunsberg, *ex oppoſito* S. Laurentii.

SECTIO IV.

de

CANTORIBVS.

11.. SIGEWINVS. *Eccleſiæ* S. Iohannis *Cantor.* (1196) *Vol. II. R. M. p.* 470. (1204) *p.* 526. (1211) *p.* 654. (1212) *p.* 528. (1213) *p.* 758. (1219) *p.* 688.

121. EMBRICO. (1219) *p.* 688. (1220) *p.* 473. (1223) . .

122. GODEFRIDVS (1227) *p.* 760. (1238) *Vol. I. p.* 373.

12.. HENRICVS. (1253) *p.* 658. Anno 1263 ſic: *Mgr* Henricus, *nunc Scolaſticus S.* Petri, *tunc Cantor* S. Iohannis.

12.. HENRICVS de *Merckesheim.* [Merxheim] Cantoriam tenuit an. 1280 & 1282. Stemmate nobili prognatum, inde liquet, quod an. 1330 occurrant SIGISMVNDVS & SIFRIDVS de Merckesheim, *Milites* de Rudesheim.

12.. FRIDERICVS. 1292. *Quo vid.* dipl. ſub *n.* XVII.

129. HENRICVS de *Rockenburg.* 1296 in Statuto Capituli, *n.* XIX. An. 1298 elocavit 14 iugera terræ arabilis in *Partenheim*, WENZONI & LIBRATÆ coniugibus. ☉ 1302, ſecundum ea, quæ, ultima ipſius iuſſa exequendo perfecere Manufideles, & ſcripto ſunt complexi X. Kal. Sept. Ex quo ſimul patet, quod fundaverit Vicariam S. *Agathæ.*

130. GOBELO. Anno 1315 conciliaſſe legitur Cœnobitas *Arnsburgenſes* & HENRICVM Clericum de *Attenderne*, litigantes ſuper *Decima* in *Wicker.* Necrol. ad XX Febr: „*Septimus* Mgri Gobelonis Cantoris, *unde preſentes habent XIIII* „*ſolidos de domo* ad Scriptorem, *in vico* Comitum *ſita.*

131. PETRVS, Eadem [anni 1319] Charta nominatus, quæ apud Ia-

Iacobum Scholaſticum. Et in necrol. ad XX. Iun. ſic: „ ✠ Petrus SCHECKELER Cantor, *unde preſentes ha-* „*bent unum maldrum ſiliginis in* Olmena *inferiori.*„

HENRICVS. In Decreto Capituli ſub data VII Kal. Iunii, 1328, vi cuius domum in platea, *vulgariter dicta* die Handſchuer gaſſ, permiſerunt inhabitandam GERHARDO *Steindecker.* 132.

IOANNES de *Petervvcil.* Particeps fuit Vnionis Cleri, concluſæ an. 1367. *b*) 1382 Præſentationis IOANNIS de *Grünenberg* ad plebaniam in *Velle.* *c*) Statuti Capitularis, conditi 1393. Quo vid. relata in Decano Io. de *Northeim.* 13..

IOANNES *Waltertheimer.* Anno 1400 d. 6 Ian. Capitulum, in ſequentibus conſiſtens Perſonis * refert, ſe ordinaſſe ac conſtituiſſe, *quod paſtoralis eccleſia in* inferiori Muſcheln, *alias* Alſenze *nuncupata*, Mog^e^ dioc. *a* Bonifacio IX *ad Menſam Canonicorum Capitularium pro una medietate: & pro reliqua . . ad Vicariorum preſentias incorporata & unita, de cetero in perpetuum cum omnibus ſuis proventibus . . ad communes diſtributiones Præſentiarum Canonicorum & Sociorum cedere debeat; & adinſtar aliarum communium diſtributionum deſerviri.* 139.

* Ioh. *de* Selgenſtatt, Decanus.
Oſpertus *de* Selheim Scholaſt.
IOH. Waltertheim CANTOR.
Henricus *de* Mintzenberg.
Petrus *de* Colonia.
Dyzo *de* Wachenheim.
Wenzo *de* Nackheim.
Sifridus *de* Wartenberg.
Iohannes *de* Schlüchtern.
Iohannes *de* Kirchhof.

WENZO de *Nackheim.* Inter Manufideles an. 1412. Et 1419 ut ſocius Fraternitatis, de qua in Decano *Wenzone* de *Hexheim.* 142.

142. Petrvs *Roſenberg:* Cantor an. 1428: Obvius in libro *Manuſidelium* B. V.

14.. Ioannes de Lindau, *Canonicus maioris & S. Victoris*, Cantor *ad* D. Ioannis. † 1448. *Vol. II.* R. M. *p.* 380.

144. Ioannes *Sturm.* In chartis annorum 1449 —— 1454.

14.. Ioannes de *Wertheim* * 1473 - - 1476. † 17 Aug. 1478, lapide ſep. teſtante.

* *Diverſus eſt a* Scholaſtico *nominis eiusdem.*

147. Conradvs *Münch.* 1480 —— 1483.

14.. Henricvs *Weisbecker.* 1500 —— 1509.

151. Ioannes *Simler:* Aſchaffenb. etiam Canonicus. † 1518 d. 19 Aug.

1518 Eberhardvs Fleck I. V. D. Anno muneris primo non-
31 Aug. dum completo, Cantori vocem Mors ademit. Aug. d. 18.

1519 Conradvs *Textor:* Surrogato confratres poſſeſſionem tradidere 9 Sept. Anteceſſores omnes diuturnitate Officii ſuperavit. Anno demum 1563. d. 18 Maii ex hac luce migrans. Prodecanum egiſſe ab an. 1557, videſis in Decano W. *Holtman.*

1563 Ioannes Feverbach: proviſione Archiepiſcopali, 22 menſis Maii ſignata. De hoc mundo tranſivit an. 1586, 30 Xbris. Isque Cantorvm *poſtremus.* Viget ipſius memoria pulchro (operis fuſilis) epitaphio, quod parieti affixum cernitur apud ſacellum S. *Nicolai* in ambitu Eccleſiæ metrop.

Scholaſteria, uti & *Cantoria*, ſic exoletis, Prælatus de hocce D. *Ioannis* Collegio ſupereſt duntaxat unus, nempe *Decanus.*

DIPLO-

DIPLOMATARIVM.

I.

n.543.

Quomodo Præpoſitura *S.* Ioannis *adunita fuerit* Cuſtodiæ *metropolitanæ.*

An. 1189.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Autogr. omnia.*

CONRADVS *Dei gratia* Sabinenſis *Epiſcopus, ſce* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus.* Poſtquam divina nos clemencia poſt longum exilium noſtrum *Moguntine* regimini Eccleſie reſtituit, ex officio a Deo nobis iniuncto quia tenebamur & tenemur univerſaliter noſtre in cunctis Eccleſie providere, omniaque ad rectum ſtatum & iuſticie vigorem benigne reformare; tam preſentem etatem quam futuram poſteritatem volumus non latere, quod eccleſiam de *Alzeia*, quam Eccleſie noſtre utilem fore inſpeximus, ab eccleſia ſci *Stephani* communi conſenſu, tam Prepoſiti WERNHERI, quam eiusdem eccleſie Fratrum, cum ſuis pertinenciis accepimus. Et ut eccleſiam S. *Stephani* ſecundum Deum & honorem noſtrum omnino redderemus indempnem, immo in melius ei provideremus pro ſalute anime noſtre; habito conſilio & communi conſenſu noſtre Eccleſie, in reſtaurum & ad cottidianum ſtipendium ei dedimus eccleſiam in *Brizzenheim* * cum univerſis Decimis & aliis pertinenciis, que ad CVSTODIAM noſtre eccleſie ſpectabat, & quam Subcuſtos WIGNANDVS de manu Cuſtodis habebat, & eam libere reſignavit. Similiter contulimus eccleſiam de *Munſtere* cum pertinenciis ſuis, quam habet RVDOLFVS plebanus iure Paſtoris; Ea reſervata conditione, ut, quam diu *Rudolfus* plebanus vivet, eam teneat ab eccleſia S. *Stephani*; eo mortuo prefata eccleſia libere cum ſua integritate ſit in manibus Dominorum S. *Stephani*; & hec omnia accedant ad uſus & ad prebendas Fratrum, nomine elemoſine. Prefata vero eccleſia de *Munſtere* infeodata fuerat Dno CVNRADO, *Palatino Comiti de Reno*, ſed ad preces noſtras ipſe eam nobis reſignavit. At-

* Brez. *prope Mogunt.*

Attendentes in parte iſta fidelitatem & devotionem RVGGERI noſtri *Cuſtodis*, ipſum, ſucceſſoreſque ſuos non dampnificare, ſed exaltare cupientes, ut eum - - - reddamus indempnes, in reſtaurum eccl^e de *Brizzenheim*, quam ab eo ſicut diximus accepimus, dedimus ei Prepoſituram S. IOHANNIS nobis vacantem; officio *Cuſtodie* ita ipſam perpetuo adiungentes, ut, *quicunque fuerit maioris eccleſie* CVSTOS, *ibi ſit* PREPOSITVS. Et ut teſtimonium Cuſtodis huic privilegio accederet, Domini de *S. Stephano* ad preces noſtras, communi conſenſu, *Ruggero* Cuſtodi maioris eccleſie, ſucceſſoribusque ſuis unam perpetuo dederunt integram Prebendam; ut, quicunque fuerit maioris eccl. Cuſtos, ipſam ita, quod nec per ſe nec per Vicarium deſerviat, libere percipiat, & in Canonicum recipiant; Ea tamen conditione, ut in Capitulo ipſorum Fratrum ipſe nullam vocem habeat, nec ad ipſum accedat, niſi vocatus; & ſi vocatus acceſſerit, ita profit, quod ordinationem Fratrum in nullo impediat.

Et ne hoc preſentem etatem, vel futuram lateat poſteritatem, & inconvulſum ſtabilitumque permaneat, auctoritate Dei omnipotentis, Romane Eccleſie & noſtra, ſub interminatione anathematis contra huius Pagine transgreſſores ipſum ſancimus, ſtabilimus, & preſentis pagine munimine, noſtro Sigillo inſignite, firmamus & corroboramus. Teſtes ad hoc vocati ſunt,

HEINRICVS Abbas S. *Albani*.
FOLBERTVS Abbas S. *Iacobi*.
ARNOLDVS maior Prepoſitus.
HEINRICVS Decanus.
PETRVS Scolaſticus.
ORTHO Cantor, & Prepoſitus S. *Marie* ad gradus.
HEINRICVS *Pinguenſis* Prepoſitus.
EBERHARDVS Cellerarius.
FRIDERICVS. GODEFRIDVS,
& alii maioris eccl. Canonici.

BVRC-

BVRCHARDVS Prepoſitus S. *Petri.*
BERTHOLDVS Decanus.
THEODERICVS Cantor. CVNRADVS,
& alii eiuſdem eccl. Canonici.

WORTWINVS Prepoſitus S. *Victoris.*
AMILIVS Decanus.
WERNHERVS Scolaſticus.
CVNRADVS Cantor.
GODEBOLDVS,
& alii eiuſdem eccl. Canonici.

HEINR. Prep. S. *Marie* in Campis, & ſui Fratres.
De S. Maria *ad gradus*
ARNVAL Decanus.
HVGO Scolaſticus.
GISELBERTVS Cantor, & alii Fratres.
RVDOLFVS Prepoſitus S. *Mauricii* & ſui Fratres.
SIFRIDVS Prepoſitus S. *Gingolfi* & ſui Fratres.

Laici

CVNRADVS Comes *Palatinus Reni.*
ORTHO Palatinus Comes *de Wittelingesbach.*
GERHARDVS *Silveſter Comes.*
EMECHO *Irſutus Comes.*
SYMON Comes de *Spanheim.*

Liberi

HARTMANNVS de *Butdingen.*
HEINRICVS de *Staden.*
GODEFRIDVS de *Eppenſtein.*

Mini-

Digitized by Google

Miniſteriales.

WERNHERVS de *Bolant*.
DVDO Camerarius.
CVNRADVS *Winzo*.
ARNOLDVS *Rufus*,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno incarn. Dominice MCLXXXVIIII, Indict. VII. Idus Martii. Anno reverſionis noſtre in Sedem *Moguntinam* VI. Regnantibus FRIDERICO Romanorum Imperatore invictiſſimo, & HEINRICO filio eius, Romanorum Rege Sereniſſimo.

n.544. II.

Eccleſiam D. Nazarii *Præp.* Rutgerus *confert Fratribus*.

An. 1194.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS *Dei gratia* Sabinenſis *Epiſcopus*, *ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus*, & *Apoſtolice Sedis Legatus.* Quoniam omnium facta mortalium temporalem motum ſequuntur, & intereuntibus hominibus ipſorum quoque facta intereunt, neceſſarium eſt, que curſu nature tendunt ad interitum, litterarum adminiculo fulciri, quatinus ea ſic valeant abolicionis ab interitu defendi.

Eapropter tam preſentis etatis, quam future poſteritatis Xpi fidelibus notum eſſe volumus, quod dilectus noſter RVTGERVS, maioris eccleſie noſtre in *Maguntia* Cuſtos, & idem Eccleſie *ſci Iohannis* Prepoſitus, dum rebus & expenſis ſuis predium quoddam comparaſſet in *Alumenheim*, cui attinet eccleſia S. *Nazarii* in monte ſita, miſertus tenuitatis ſtipendiorum Fratrum

trum ſuorum, eccl^e S. *Iohannis* Canonicorum, in eorum augmentum dictam S. *Nazarii* eccleſiam cum ſuis proventibus libere dedit & contradidit. Ea videlicet ſub forma, ut Conventus fratrum Sacerdotem, qui populo ibidem preſit, eligat, & Decanus inveſtiat; eidem ſacerdoti vite neceſſaria competenter de ipſis proventibus adminiſtrantes; quicquid vero reſiduum fuerit, ad ſublevandam inopiam Fratrum accedat.

Hoc autem opus pietatis approbantes ratum habemus. Et ne quis Inpoſterum huic callidis attemptationibus valeat contraire, ſub anathematis vinclo confirmamus, Teſtibusque, quorum nomina ſubnotata videntur, adhibitis, Sigilli noſtri inpreſſione corroboramus. Huius rei teſtes ſunt

HEINRICVS Abbas S. *Albani*.
HEZECHINVS Abbas S. *Iacobi*.
HEINRICVS Decanus Eccleſie maioris.
PETRVS Scolaſticus.
GODEFRIDVS Cantor,
cum fratribus eiusdem eccleſie,

FRIDERICO de *Dicka*.
WALTHERO de *Scharphenſtein*.
RVTHARDO. *
CVNRADO de *Iſenburg*, Prepoſito, †
& univerſo maiori Capitulo.

* *de* Greiſfenclau.
† Francof.

Preterea teſtes ſunt

BERTHOLF' Decan' S. *Petri*, & THEODER. Cantor.
HEINRICVS Decanus eccl. S. *Stephani*.
WERNHERVS Scolaſticus.
AMILIVS, eccl. S. *Victoris* Decanus, & MICHAHEL Scolaſticus.

GISELBERTVS S. *Marie* ad gradus Cantor, & Canonici SWICGERVS. ERNESTVS. RVDOLFVS.

Laici

HARTMANNVS Comes de *Werberc.*
EMIRCHO Vicedominus.
DVDO Camerarius.
REINBOTO de *Pingvia.*
ARNOLDVS *Rufus.*
DIETHERVS Sculteus & frater eius GODEFRIDVS.
DIEDO & frater eius EMIRCHO.
CVNRADVS de *Selboven.*
EMIRCHO & frater eius.
CVNRADVS *Schado* & frater eius.
ARNOLDVS & frater eius HERBORDVS.
THEODERICVS de *Hettendal,*
cum ceteris civitatis Officiatis.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. MCXCIIII. Indict. XII, preſidente beatiſſimo univerſali Patre CELESTINO ſedi Apoſtolice. Regnante Glorioſo Romanorum Imperatore HEINRICO. Pontificatus noſtri anno XXXIIII; poſt exilii noſtri reditum, quod pro Romana paſſi ſumus Eccleſia, anno XI.

n.545. III.

De bonis Werbergenſ., *traditis* Rudolfo *erga penſionem* L. *ſolidorum.*

An. 1199.

D*elegati* IVDICES Moguntine *Eccleſie*, in *perpetuum.* Quoniam humanarum rerum incertus eſt eventus,

Digitized by Google

tus, & mobilis fortuna in utramlibet partem facile declinatur; non ſolum preſentia, verum etiam futura, ratio nos admonet intueri.

Preſens itaque per ſcriptum poſterorum transmittimus memorie, preſentem Contractum in noſtri preſentia celebratum. RVDOLFVS, eccleſie S. *Marie* ad gradus Canonicus, quedam bona eccl^e S. *Iohannis*, que circa *Werberc* ſita ſunt, a Decano & Fratribus eiusdem eccleſie in penſione accepit, L. ſolidos *Frankenſ.* monete ſingulis annis inde ſoluturus, & in eodem pacto, quoad vivat ea procuraturus; tali quidem ſub conditione, ut nullius rei eventus aliquam ei preſtet occaſionem, quare ſummam pretaxatam imminuat. Si dictos S. *Iohannis* Canonicos eadem bona, vel commutatione in alium locum ſibi commodiorem transponere, vel venditione ab eccleſia melioris fori gratia alienare contigerit, ipſe *Rudolfus* non ſit eis impedimento, nec aliquis occaſione ſui.

Ad habundantem autem cautelam, ut per omnia ſecura conſiſtat Eccleſia, tres dedit ſponſores, videlicet SIGENANDVM eccl. S. *Stephani* Canonicum, *Magiſtrum* EMIRCHONEM eccl. ſue Cuſtodem, & Laicum, virum honorandum HERTWICVM de *Dusburc*. Qui, ſive *Rudolfus* vivat, ſeu moriatur, premiſſa perſolvant. Si vero iſtorum aliquem, aut ſponte aut neceſſitate ab hac ſponſione contingat recedere, *Rudolfus* ſtatim alium ei ſubrogabit. Quod ſi non fecerit, omnia ſupradicta caſſabuntur, & bona eccleſie libere redibunt.

His adiectum eſt, ſi frater *Rudolfi*, CVNRADVS, vel ipſius filius, vel ambo ad procurationem eorundem bonorum, & ſolutionem accedere voluerint; preſtita ſponſorum plena cautione, ut omnia que *Rudolfus* ſuperius promiſit, ipſi perſolvantur, Rudolfo dicta bona reſignante, ipſi de manibus Fratrum ſuſcipiant. Preterea etiam ipſi cum ſponſoribus promittatur, ut eis mortuis, heredes eorum, predeceſſorum ſuorum occaſione dicta bona ſibi non uſurpent, nec impedimento ſint eccleſie, & hominibus & bonis eccleſie, nec extra ſtatutam iuſticiam, ſed cum modeſtia utantur.

Qqqqq 2 Hec

Digitized by Google

Hec autem, ut ſine cuiuslibet pravi ingenii interpoſitione firma permaneant, conſcribi, & Sigilli Eccleſie maioris *Maguntine* impreſſione fecimus roborari. Teſtes adnotantes, quorum nomina ſunt hec.

CVNRADVS maior Prepoſitus.
PREPOSITINVS Scolaſticus.
GODEFRIDVS Cantor.
* de *Greifſenclau.* RVTHARDVS * Cellerarius.
CVNRADVS Archipresbyter.
FRIDERICVS de *Dikka.*
Magiſter EBERHARDVS.
HEROLDVS. SIMON.
HEINRICVS de *Stabeleke.*
HEINRICVS de *Chazenelenbogen.*
ALBERTVS *Suevus*; Canonici maioris eccl.
GISELBERTVS Cantor . . S. *Marie* ad gradus, & complures alii qui huius Contractus celebrationi interfuerunt.

Acta ſunt autem hec, ab incarnatione Dominica Anno M. C. *Nonag° nono*, pridie Kal. Decembris. Dicta vero penſio Kal. Octobris, & ſolvenda eſt in perpetuum.

n.546. IV.

Comes de Zigenhain *de ſibi uſurpatis S.* Ioan. *eccleſie bonis amare pœnitens.*

An. 1206.

ex Autogr. IN NOMINE DOMINI *Amen.* LODEWICVS Comes de *Zigenhagen.* Ad notitiam univerſorum fidelium volumus pervenire; quoniam deceptoria fraude diaboli aliquando inducti, quedam Eccleſie *Sci Iohannis Bapt.* in *Magontia* bona

bona violenter nobis uſurpavimus; partem videlicet donationis eccleſie, & partem Curie in *Vello*, que donationi Prepoſiti, & ſtipendiis Canonicorum S. *Iohannis* attinere cognoſcimus; nunc vero, ducente nos ad viam veritatis & iuſticie Ipſo, qui ſolus eſt via & veritas, reſipiſcimus; Et ab ipſo Deo ſanctoque *Iohanne* ignorantie delictorum noſtrorum veniam humiliter deprecantes, eadem bona Deo & eccleſie S. *Iohannis* iure recognoſcimus; eisdemque bonis, pro nobis omnibusque heredibus & coheredibus noſtris exfeſtucantes, renuntiamus. Preterea Deo Sanctoque *Iohanni* in remiſſionem preteritorum exceſſuum inviolabiliter promittimus, ab hinc deinceps eadem, & ſi qua alia habet, vel habitura eſt, bona eccleſia S. *Iohannis* in territorio noſtro, ea pietate atque protectione, qua noſtra, nos defenſuros.

Huius autem pii noſtri facti ad confirmationem, preſentem Kartulam conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri impreſſione roborari. Adnotantes Teſtes, quorum nomina ſunt hec.

Heinricvs Capellanus noſter, Plebanus videlicet de *Ameno*.
Heinricvs de *Capella*, Archipresbyter.
Cvnradvs plebanus de *Nitebe*.
Hartmvdvs plebanus de *Durincheim*.
Gvndelahvs Sacerdos de *Olſo*.
Rvdolfvs Sacerdos de *Slideſo*.

Laici

Wernhervs de *Linden*. Bertramvs.
Wigandvs *Slaphard*.
Gerlacvs *Trutebano*.
Cvno de *Rumershuſen*. Wezel.
Heinrich de *Aminiburc*.
Gerlach *Snabel*.

Cvnradvs *Predo.*
Diethwin filius *Ortonis.*
Baldemarvs frater ſuus.
Herman, Lodewic, Svzemvnt, Caſtellani noſtri in *Nitebe*; & Dietmarvs Scultetus, aliique quam plures.

Data in *Zigenhagen* Anno incarnationis Domini MCCVI. Indict. X.

Chartam, a vitiis, quibus apographum ſcatet, (V. II. R. M. p. 697) *dedi repurgatam. Hac, una cum* n. 2. 5. 7. *exceptis, reliqua omnes ſunt nova.*

n.547. V.

Parochia in Aſpisheim *ex beneficio Præpoſiti cedit Canonicis.*

An. 1236.

Fridericvs *Dei gratia maioris Eccleſie* Cuſtos & S. Iohannis *Prepoſitus* in *Maguntia.* Omnibus Xi fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem in Xpo perpetuam. Cum quilibet Prelati ſuarum Eccleſiarum honori intendere, & ipſarum neceſſitatibus compati, tam de iure communi quam de ratione pro ſue poſſibilitatis modulo teneantur; Nos idipſum memoriter tenentes, omnibus - - - innoteſcere deſideramus, quod nos tenuitati prebendarum Canonicorum S. *Iohannis*, ſicut tenemur compatientes, Parrochiam in *Aſpensheim* predictis Canonicis in augmentum Prebendarum ſuarum, pure propter Deum, in remiſſionem tam noſtrorum quam Succeſſorum peccaminum libere & abſolute contulimus.

In cuius rei evidentiam preſens Scriptum conſcribi, & Sigilli noſtri * munimine fecimus roborari. Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXXVI. VIII Idus Aprilis.

* *Clericus, manu dextra pectori admovens clavem. Siniſtra librum clauſum portat.*

VI.

VI. n.548.

Arbitrivm.

An. 1237.

FRIDERICVS D. G. Cuſtos maioris Eccleſie, & Prepoſitus S. *Iohannis*. Arnoldvs Scolaſticus, Gotsmannvs Cantor, & Wernervs *Poto* Canonicus S. *Stephani* Maguntinenſis. Noverint univerſi hanc Litteram inſpecturi, quod cum inter Capitulum S. *Iohannis* ex parte una; & *Mgrm* Benedictvm, Scolaſticum & Cuſtodem eorum ex altera, queſtio verteretur ſuper quadam Curia, Capelle S. *Michahelis* ✝ contigua; Capitulum aſſerebat, eorum Prebende dictam curiam attinere, & ſub ipſo dilapſam fere in edificiis, & deſtructam; Econtra Cuſtos ipſam attinere Cuſtodie affirmabat. Tandem poſt diverſas hinc inde altercationes promiſerunt fide data, utrinque arbitrio noſtro ſtare. ✝ *T. II. p. 535.*

Nos vero arbitrati fuimus in hunc modum, quod idem *Benedictus* Cuſtos, ad eſtimationem ſex librarum in preſenti anno illam curiam emendabit, alioquin in quinque marcis pro pena Capitulo tenebitur obligatus, & inſuper in ſex libris ad emendandam curiam, que ſemper Cuſtodie attinebit. Si vero in preſenti anno deceſſerit, curia ut dictum eſt non emendata, Eccleſie cedent proventus Prebende, qui ei de *Anno Gratie* competebant.

De Luminaribus eccleſie ſic decrevimus ſtatuendum: Seped' Cuſtos ratione Cuſtodie ſingulis diebus duas candelas unius libre ad Altare maius, in Matutinis, in Miſſa, & in Veſperis miniſtrabit; & in aliis diebus, quando ſolet compulſari, illis duabus candelis duas alias ſuperaddet, quarum habebit utraque libram cere; que ſimiliter in Matutinis, in Miſſa & in Veſperis luminabunt. Et *hee* candele, cum ad medietatem vel circa fuerint conſumpte, debent ad modum priſtinum reparari. Vna etiam lampas in Choro debet per noctem totam continuo lumine luminare, & in Adventu ad Veſperas accendetur, ut luceat

luceat tota nocte. Ad hec vero luminaria plenius miniſtranda, Capitulum dicto Cuſtodi, & ei qui p. t. fuerit, omnes candelas de funeribus aſſignabit, & duas libras cere, quam diu eccleſie dabuntur. Et utra pars que contra hoc noſtrum arbitrium venire preſumpſerit, alteri parti pro pena in decem marcis tenebitur obligata.

In teſtimonium huius ordinationis hoc conſcriptum ſcribi, & noſtris Sigillis dictum Capitulum petiit roborari. Actum Anno Domini MCCXXXVII, menſe Februario.

n. 549. VII.

Statutum, de fructibus Prebendarum vacantium ad fabricam Templi ruinoſi per biennium applicandis, Gregorius IX *confirmat.*

An. 1237.

GREGORIUS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilectis filiis, Prepoſito, Decano & Capitulo S. *Iohannis* Magunt. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut, cum Venerabilis frater noſter . . *Maguntinus* Archiepiſcopus, Dioceſanus veſter, attendens, quod eccleſia veſtra, que in civitate Maguntina *primo dicitur fuiſſe conſtructa*, ruinam ex nimia vetuſtate minetur, de aſſenſu & voluntate veſtra, deliberatione provida pie duxerit ſtatuendum, ut fructus Prebendarum, quarum quelibet quatuor marcarum valentiam, ut aſſerunt, non excedit, usque ad biennium vacantium in eccleſia ſupradicta, reparationi deputentur ipſius, Statutum huiusmodi Apoſtolico dignaremur munimine roborare; Nos igitur veſtris devotis precibus inclinati, quod ab Archiepiſcopo memorato ſuper hoc pie ac provide noſcitur eſſe factum, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat (*&c.*) Datum *Peruſii* VIIII Kal. Septembris. Pontificatus noſtri Anno nono.

Inſcr. bullæ plumbeæ *a*) S. PA. S. PE.
b) GRE-
GORIVS.
PP. VIIII.

VIII. n.550.

Litteræ Indulgentiarum Cardinalis HVGONIS.

An. 1251.

VNIVERSIS Xpi fidelibus per Alemanniam conſtitutis, ad quos preſentes Littere pervenerint, *Frater* HVGO *miſeracione divina tit.* S. Sabine *presbiter Cardinalis, Apoſtolice Sedis Legatus,* ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum; oportet nos diem meſſionis extreme, miſericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in celis. Firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictus & metet vitam eternam.

Cum igitur, ſicut dilecti in Xpo, Decanus & Capitulum eccleſie S. *Iohannis* . . in *Moguntia* nobis exponere curaverunt, iidem Eccleſiam ipſam nimia vetuſtate conſumptam reparare intendant opere plurimum ſumptuoſo, & ad reparacionem huiusmodi proprie ſibi non ſuppetant facultates; Vniverſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes; quatinus de bonis vobis a DEO collatis pias eis elemoſinas & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubvencionem veſtram Opus

 ipſum

Digitized by Google

ipſum valeat conſummari; & vos, per hec & alia bona que Domino inſpirante feceritis, ad eterne poſſitis felicitatis gaudia pervenire.

Nos enim de omnip. Dei miſericordia — — — auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui eis ad reparacionem . . manum porrexerint adiutricem, vel Eccleſiam ipſam in precipuis ſollempnitatibus Scor. *Iohannis Bapt.* & *Ewangeliſte*, & dedicacione - -, ac per Octavas ipſorum annis ſingulis devote viſitaverint, XL dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Quas mitti per Queſtuarios diſtrictius inhibemus; eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Datum *Moguntie* pridie Idus Iulii. Pontificatus Dni *Innocencii* Pape IIII Anno nono.

n. 551.

IX.

Alienationem Feudi inter Turrios *fratres communis, oppugnatam ab* Hermanno, *propter conſenſum eius in ætate minorenni elicitum, adeoque nullum, Is modo ratificat.*

An. 1258.

IVDICES SANCTE MAGVNTINE SEDIS. SYMON Cuſtos, * & EBERHARDVS Cantor, ** maioris Eccleſie. ARNOLDVS de *Turri* Camerarius. FRIDERICVS † Scultetus. Iudices & Conſules *Maguntini*. Tenore preſencium recognoſcimus & conſtare volumus univerſis, quod cum Dilecti in Xpo, . . Decanus & Capitulum Eccleſie S. *Iohannis Magunt.* duos manſos in *Muminheim* ſitos, quos WALTHERVS miles in *Muminheim* a Camerario *Maguntino* & fratribus ſuis, Camerarius vero & fratres ſui a Dno FRIDERICO de *Ebirſtein* tunc ipſius eccleſie Prepoſito in feodo obtinebant, apud eundem

* *Wildgravius.*
** *de Turri.*
† *de Walderthem.*

dem

dem *Waltherum* empcionis titulo comparaſſent, accedente ad id prefati Prepoſiti, Camerarii, & fratrum ſuorum conſenſu voluntario & expreſſo; poſtquam eadem Eccleſia XXIIII annis & amplius extiterat in poſſeſſione ipſorum Bonorum pacifica & quieta; HERMANNVS, frater Camerarii antedicti, in parte bonorum ipſorum impedimentum ipſi eccleſie opponere nitebatur ex eo, quod dicebat, ſuum conſenſum tunc, ex quo minor annis fuerat, invalidum extitiſſe; tandem vero mediantibus probis Viris idem *Hermannus* benivole eſt inductus, cum ipſi Decanus & Capitulum ſe in hac parte ſue benivolencie arbitrio ſubmiſiſſent, quod voluntarie ceſſit ab impeticione predicta, porcionem ſuam in ipſis bonis ſuper Altare S. *Iohannis* liberaliter conferens, & benigne.

Prefati itaque Decanus & Capitulum obinde promiſerunt, ſupradicti *Arnoldi* Camerarii dum deceſſerit, & Vxoris ſue ELIZABETH, nec non eiusdem *Hermanni* fratris ipſius Camerarii, & uxoris ſue CLEMENCIE, * poſtquam deceſſerint, nomina in Regiſtro eccleſie ſue ſcribere, & anniverſarios dies quorumlibet ſollempniter celebrare, ac de ipſis bonis in quolibet ipſorum anniverſario die quatuor maldra ſiliginis Fratribus preſentibus miniſtrare. * *T. II. p. 467.*

Acta ſunt hec in Choro eccl. S. *Iohannis* prefate. SYMONE Prepoſito ipſius eccleſie, EBERHARDO Cantore maioris .., & ARNOLDO Camerario fratre ſuo prefatis conſenſum ſuum ad id iterantibus coram nobis. Iudicibus eciam ſecularibus, videlicet Sculteto predicto, & aliis, *Bannos* iuxta conſuetudinem Civitatis dicentibus ſuper eo.

Vt autem premiſſa robur obtineant perpetue firmitatis, Sigilla noſtra, †† & civitatis *Maguntine* preſentibus ſunt appenſa. Et dictus *Hermannus* proprium ſigillum non habens, Sigillo prefati Camerarii fratris ſui pro ſe in his Litteris eſt contentus. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLVIII. VI Kal. Decembris.

†† *Appendent ſequentia:*

a) Delegatorvm Ivdicvm Sce Mogvntine Eccle.

Imago Archiepiſcopi, probabiliter tunc imperantis, Gerhardi.

b) Simonis Ppi. . in Magvncia.

Levita, manu ſiniſtra palmam, dextra librum pectori admotum tenens. In poſtica cera parte impreſſum cernitur ſignaculum alicuius Caſtri, adſcripto: DVNAs *ceu gentilitio* Wildgraviorum.

c) Eberhardi Ppi Sce Marie in campis.
Imago Clerici.

d) *Typarium Civitatis* Moguntinæ *maximum.* Avrea Magvncia Romane ecclesie specialis filia. *Ectyp. vid.* Vol. I. *p.* 1000.

e) Arnoldi Camerarii Magvntini.
Delineatum T. II. *p.* 467.

n.552. X.

De bonis in Bökelheim, *deputatis ad Altare* S. Martini *ſub modo præſcripto.*

An. 1263.

IVDICES *ſancte* Moguntine *Sedis.* . Tenore preſencium publice confitemur, quod *Petriſſa* de *Bekelnbeim* de conſenſu Godefridi, filii Cristine dicte *Hunermengerin* civis *Mogunt.* mariti eius, medietatem omnium bonorum ſuorum, tam in agris, in vineis, quam in pratis in *Bekelnbeim* ſitis, preter ſolam domum - - -, poſt obitum ipſius mulieris & mariti eius; nec non dictus *Godefridus*, de conſenſu eiusdem uxoris ſue, domum quam inhabitant, ſitam apud curiam Scolaſtici *Moguntini* iuxta locum qui *Lichof* * dicitur, ad Altare bti *Martini* in eccleſia S. *Iobannis* . . contulerunt unanimiter ac

* area funerum.

ac ſpontanee propter Deum. Taliter invicem ordinantes, quod, poſtquam una perſona ex eis deceſſerit, in anniverſario prioris decedentis duo maltra ſiliginis, ac in anniverſario decedentis ſecundo, ſimiliter duo - - de prefatis bonis cedent Dominis S. *Iohannis* eccleſie memorate preſentibus in Choro; qui dicta duo anniverſaria, percepturi de quolibet duo maltra ſiliginis, ſollempniter celebrabunt. Reſiduum vero de bonis prefatis WIGANDVS Scolaris, conſanguineus dicti *Godefridi* & uxoris ſue totaliter obtinebit temporibus vite ſue, ſerviturus in choro tanquam Clericus - - Qui, poſtquam provecte etatis fuerit, promovebitur in Sacerdotem, & in eodem celebrabit altari, ipſius *Godefridi* & Vxoris ſue, nec non ADELHEIDIS matris dicte uxoris, ac aliorum progenitorum utriusque memoriam, in Miſſis ac aliis orationibus ſuis perpetuo habiturus. Dicto vero *Wigando* defuncto, alter Clericus, qui in progenie ipſorum ad hoc habilis inventus fuerit, in idem beneficium & onus ſuccedet eidem. Si vero de progenie Clericus haberi non poterit, Decanus & Capitulum - - - ordinabunt de Sacerdote, dicto Altari & eccleſie ſervituro, prout ipſorum *Godefridi* & *Petriſſe* ſaluti, & progenitorum ac eccleſie viderint expedire.

Vt igitur premiſſa donatio & ordinatio, facta tam coram nobis quam Iudicio ſeculari, robur obtineat perpetue firmitatis, iuxta petitionem ipſorum preſentem Litteram Sigillo noſtro duximus roborandam. Acta ſunt hec *Moguntie* Anno Domini MCCLXIII, in vigilia beati *Iohannis Baptiſte*.

XI. n.553.

Emptio vend. Curiæ Godeboldi *quondam Prætoris* Mogunt. *auctoritate iudiciali firmata.*

An. 1267.

NOS EBERHARDVS Camerarius, HERMANNVS Scultetus, Iudices, Conſilium, & univerſi Cives *Moguntini.*

guntini. Tenore preſencium conſtare volumus univerſis, quod PHILIPPVS dictus *zum Schekler*, & ALHEIDIS uxor ſua noſtri concives, Curiam olim GODEBOLDI Scultheti *Maguntie* ſitam, una cum curia parva contigua, que quondam fuerat Domine dicte *Himelrichen*, a IACOBO d. de *Paris* & MEZA uxore ſua noſtris eciam concivibus pro quadam ſumma pecunie iuſto empcionis titulo compararunt. Dicti quoque *Iacobus* & *Meza* pro ſe & univerſis eorum coheredibus publice renunciantes, duasque partes ipſarum curiarum prefatis *Philippo* & *Alheidi* - - reſignantes, ſuper reſignacione tercie partis earundem, a pueris predicti *Godeboldi*, adhuc infra diſcrecionis annos conſtitutis in poſterum facienda, idem *Iacobus* de *Paris*, & IOHANNES dictus *ad Stellam* fideiuſſores in ſolidum ſe dederunt; nichilominus per cautionem, que *borgen* vulgariter dicitur, ſe coram Iudicio aſtringentes, quod ipſi memoratos *Godeboldi* pueros cum ad annos diſcretionis pervenerint, tales habebunt, quod iidem, etiam ſupradicte tercie parti ipſius curie, tam maioris quam minoris renuncient, & reſignent eandem dictis *Philippo* & *Alheidi* ac eorum heredibus obtinendam. Cenſus autem eiusdem curie talis eſt, videlicet, quod III ſolidi denar. *Magunt.* eccleſie S. *Victoris*, & XXVI denarii . . eccl. S. *Iohannis* de eadem annis ſingulis ſolvi debent.

Hec itaque, quemadmodum ſunt premiſſa, DVLMANNVS Iudex ſub profeſſione iuramenti, atteſtantibus ſibi WALTHERO *Bono*, qui etiam Sentencias tulit, tam ſuper reſignatione ipſius curie quam ſuper obligatione fideiuſſoria ſub cautione que *borgen* dicitur facta; Item WENZONE de *Albiche* milite, Mundiburdo predictor. puerorum, IACOBO fratre ſuo, ORTLIBO ante S. *Quintinum*, FRIDEMANNO filio *Gozonis* ad *Alentem*, . . *Hebeſtrit*, filio predicti *Godeboldi*, TILMANNO de *Speculo*, HERBELONE d° *Scheiden* civibus Maguntinis. Aderant etiam . . Gardianus, & . . Lector Fratrum Minorum in *Maguntia*; preſentibusque aliis, coram ſe in figura iudicii retulit eſſe acta.

In

In cuius facti memoriam & evidenciam pleniorem preſens ſcriptum Sigillo noſtro duximus muniendum. Actum Anno Domini MCCLXVII, in Converſione bti *Pauli.*

XII. n. 554.

FVNDATIO ALTARIS B. M. V.

An. 1273.

HVNO Decanus, & Capitulum .. S. *Iohannis.* Noverint univerſi, quod ADELHEIDIS vidua de *Maguntia*, dicta *zum Odernheimer*, bona ſua univerſa, ſita in *Caſtele*, cum Curia attinente eisdem, contulit ad Altare, in honore bte *Marie Virg.* in noſtra eccleſia dedicatum, pro ſuorum remedio peccatorum, ut de eisdem bonis Sacerdos in eodem altari celebrans ſuſtentetur, qui de beata Maria Domina noſtra Miſſam diebus ſingulis celebrabit. Verum quam diu vixerint HERTWICVS noſter Concanonicus & IACOBVS frater ſuus, ſolus *Hertwicus* . . dictum altare officiabit, per ſe vel per alium, quam diu non fuerit in perceptione ſue Prebende. Quam primum vero *in illa* fuerit, unum inſtituet Sacerdotem ad officiandum . . altare, cui idem *Hertwicus* de predictis bonis collatis aſſignabit certam & competentem portionem; ultra quam, ſi quid in bonorum fructibus annuatim ſupereſt, eidem *Hertwico* cedet. Poſt cuius obitum, ſi frater ſuus . . ſupervixerit, eodem modo . . officiabit . . altare per ſe vel per alium; cui, ſicut ſupra dictum eſt, aſſignabit de ipſis bonis certam . . portionem; ultra quam, ſi quid in redditibus bonorum annuatim ſuperfuerit, ſibi penitus remanebit. Poſt utriusque vero obitum, Capitulum noſtrum ibidem Sacerdotem pro ſue voluntatis libito inſtituet, cui ex tunc provenient totaliter redditus prefatorum bonorum; ſed lumen per noctem, ſcilicet Lampadem, & luminaria per diem, durante Miſſa tenebitur procurare. Preterea quicunque idem Altare habebit, Decano . . . obedientiam faciet, & Choro per omnia erit aſtrictus.

In

In cuius rei teſtimonium & memoriam preſentes Litteras nos, & prefata vidua Sygillo venerabilium Iudicum ſancte *Maguntine* Sedis rogavimus una cum ſygillo noſtre Eccleſie communiri. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXIII, tert. Non. Maii.

n. 555. XIII.

Inſtitutio Anniverſariorum.

An. 1283.

HVNO Decanus totumque Capitulum . . S. *Iohannis* . . Tenore preſencium recognoſcimus & publice confitemur, nos recepiſſe a *Mgro* GODEFRIDO noſtro Concanonico X. marcas *Aquenſium* denar. legalium & bonorum, ac in uſus noſtre Eccleſie convertiſſe; ita, quod quatuor Anniverſaria, videlicet PHILIPPI patris ſui, ELYZABET ſororis ſue, ARNOLDI & SOPHIE avorum ſuorum, & quinque fratrum ſuorum, ſcilicet PHILIPPI, EMERCHONIS, IACOBI, VOLRADI & THILMANNI, ſingulis annis cum Vigiliis & Miſſa animarum peragere debeamus in diebus illis, quibus in Regiſtro ſive Kalendario noſtre eccleſie inveniuntur notata, & dare in quolibet anniverſario duo maldra ſiliginis, que inter nos Canonicos, & Socios Chori preſentes equaliter dividentur. Preterea ALHEIDI, matri ipſius *Godefridi*, quam diu ipſa vixerit dabimus annuatim duo maldra ſilig. nomine penſionis, que videlicet duo maldra poſt obitum ipſius *Alheidis* dabuntur ſingulis annis in ſuo anniverſario, prout evenerit; & inter Canonicos & Socios chori, qui Vigiliis & Miſſe animarum interfuerint, ut dictum eſt ſupra, equaliter dividentur.

In cuius facti teſtimonium preſentem Litteram ſigillo Eccleſie noſtre fecimus communiri. Actum Anno Domini MCCLXXXIII. XVI Kal. Decembris.

XIV.

XIV. n.556.

Hoſpitale Mogunt. *recognoſcit, ſe teneri ad ſolvendum penſionem annonalem de 38. iugeribus, Presbytero S.* Agathæ. *Deſcriptis ipſorum agrorum confinibus.*

An. 1285.

Nos CVNRADVS Sacerdos, GISELBERTVS Magiſter, NENTHERVS, ceterique Fratres Hoſpitalis pauperum Infirmorum in *Maguntia.* Ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, proteſtantes publice per preſentes, quod de conſenſu & beneplacito Magiſtrorum, noſtrorum Superiorum, IACOBI de *Fonte* & HERTWICI *zum Oſternheimer* civium *Mogunt.* promiſimus & promittimus, tenemur & debemus, perſolvere in perpetuum in omnem eventum Sacerdoti celebranti ad Altare S. AGATHE *virg.* in eccleſia S. *Iohannis* Magunt. ſingulis annis infra Aſſumpt. & nativitatem beate *Marie* .. XXV maldra bone ſiliginis - - nomine penſionis, de XL iugeribus - - ad dictum altare ſpectantibus, ſitis in campo S. *Marie* extra muros Moguntinos, dicto *Burgervelt;* que nobis IACOBVS & HEILMANNVS fratres, dicti *Cleingedencke,* quorum Pater predictum dotavit Altare cum iugeribus antedictis, de conſenſu Decani & Capituli prefate Eccl. S. *Ioh.* perpetualiter & irrevocabiliter, iuxta modum prehabitum locaverunt. Nos eciam expediemus omnes Cenſus qui debentur de ſeped. iugeribus, Dominis, Eccleſiis, ſeu Monaſteriis quibuscumque. Qui inquam cenſus tales ſunt.

AD S. *Stephanum* - - V. minas annone, & II. minas & dimidiam avene cumulate. Item ad S. *Stephanum* XVIII. denarios leves, preter menſuram. Item in feſto Paſche in Cameram Dni Abbatis S. *Albani* II. uncias. Item in feſto bti *Martini* IIII. uncias preter V. denarios. Item in media quadrageſima XIX denarios leves preter menſuram, & II. pullos .. ad S. *Stephanum* antedictum.

Situs vero - - Agrorum talis eſt. In campo verſus Renum, ſita retro S. *Albanum* ſuper X. iugera Cuſtodis S. *Albani* apud Dominam *de Arde*, II. iugera. Item of Anewanden apud VII. iugera eiusdem Cuſtodis II. iugera & dimidium in uno ſulco. Item of Anewanden Dne *de Gudenberg* & apud Hoſpitale II. iugera. Item ultra parvum primum iugerum, ein Ebenlangen, ſe protendentem ad viam ſuperiorem que vadit de S. *Albano* ad villam Lubenheim. Item ultra parvum ibi, prope in eadem Gewande, unum iugerum iuxta iug. Hoſpitalis. - - - Item offin Lubenheimer Weg trahentia in uno ſulco III. iugera off des Auſters S. Albani ſes Morgen. Item under den Munechen von Eberbach III. iugera in uno ſulco, & trahunt ſuper eandem Lubenheimer Weg. - - Item ad eandem viam trahens ſuperius parvum . . iugerum, ſuper II. iugera Dni *de Waldertheim* & iuxta Hoſpitale.

Item in Vineis, ſive inter vineas apud Dnm *de Wirebach* I. iugerum. Item in dem Wetze $1\frac{1}{2}$ iuxta Goſtmannum de *Mogr* * & apud Monachos de *Lubenheim*. Item in alio campo retro Eccleſiam *S. Marie in campis* in monte an Hechesheimer wege III. iugera in uno ſulco apud Gaſtmeiſter S. *Albani*. Item ultra parvum offme Kirchberge I. iug. iuxta *Renger* de *Hecbesheim*, & trahit in illa tria predicta. Item ultra parvum ofme Reine verſus Herchen bornen I. iug. iuxta Hoſpitale. Item an Ebersheimer Wege IIII. iug. in duabus particulis; & Hoſpitale habet II. iugera in medio illorum quatuor ſita. Item ultra parvum ibidem Duale quod trahit ſuper eandem Ebersh. wege iuxta (4) iugera predicta, niſi quod aliud duale cuiusdam interiacet. Item ultra parvum den nidern Ebersheimer weg of unum Nider duale apud Dnam Frigen † & iuxta Leproſos. Herniderwert, verſus *Moguntiam* eundo, iugerum . . iuxta Camerarium de *Moguntia*. - - - - - Item ultra uber den Weg, qui protenditur de Gauporten usque ad *montem* S. *Marie*, IIII. iugera in uno ſulco iuxta Camerarium . . & *Ingebrandum* Militem. Item apud Crucem . . iugerum; trahit offe Hechesheimer weg iuxta Cuſtodem S. *Albani*.

* abbrev.

In

In perpetuum igitur robur omnium premiſſorum, ipſius Eccleſie S. *Iohannis*, noſtro, †† & pred. fratrum *Iacobi* & *Heilmanni* Sigillis preſentem Litteram volumus & petivimus communiri. Et ego HEILMANNVS, quia ſigillum proprium non habeo, contentus ſum Sigillo fratris mei antedicti. Datum & actum *Moguntie* Anno Domini MCCLXXXV. tert. Non. Iunii.

† *Id eſt* Frevin, libera Domina. *Subintellecta* HILDEGARDE, *filia* Arnoldi *de* Turri, *Iudicii Secularis Camerarii*, *que nupta fuerat* EBERHARDO, Libero *de* Gudenberg. *v.* T. II. *p.* 467.

†† T. I. p. 541 *exhibetur Sigilli* HOSPITALIS SCI SPIRITVS IN MAGVNTIA *imago. A preſentis charta Cera deſumpta eſt.*

XV. n. 557.

Circa controverſum inter Vicinos Murum a Iudicio Moguntino *lata Sententia.*

An. 1285.

HEINRICVS, dictus *de Demone*, & IACOBVS d. *ad Fontem*, Iudices ſeculares Civitatis *Maguntine*. Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod nos Queſtionem, que inter *Mgrum* GODEFRIDVM, Canonicum S. *Iohannis* . . ex una, & BERWELFVM civem *Magunt.* ex parte altera vertebatur ſuper Muro qui eſt medius inter *Ortos* ipſorum; que videlicet queſtio talis erat; Prefatus *Magiſter* dicebat, quod murus totus ſuus eſſet, & nullus deberet immittere ſeu inponere trabes ſuas, niſi de bona voluntate ipſius; Econtra dicebat *Berwelfus*, quod murus ille eſſet communis, & ideo bene licitum eſſet ei immittere ſive inponere ligna ſua muro eidem; decidimus in hunc modum:

Dictus murus manebit totus apud ipſum *Magiſtrum* & ſuos heredes, ita quod poteſt eum exaltare, & edificare ſuper

ipſum ſi ei placuerit, dummodo non faciat feneſtras perſpicientes in ortum ipſius *Berwelſi*. Trabes vero, ſive ligna que iacent in muro eodem ex parte ipſius *Berwelſi*, manebunt. Sed ligna que iacent ſuper murum, & ſupra, idem *Berwelſus* ad equalitatem muri faciet reſecari, nec eciam aliquas faciet feneſtras, perſpicientes in ortum Magiſtri predicti.

Ad que obſervanda dicte Partes ſe obligaverunt per obligacionem que *Borgen* vocatur; dictus *Berwelſus* per ſe, & M. *Godefridus* per *Mundiburdum*, videlicet VOLRADVM fratrem ipſius.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXXXV in vigilia beati *Michahelis*. Preſentibus PETRO de *Wolckenburg*. GISELMARO. THILMANNO ad *Iuvenem*. FRIDEMANNO *Iudeo*. EMERCHONE *zu der Schonen Ecken*. HERBORDO, IACOBO & THVLMANNO fratribus. GEORGIO & HERTWICO de *Moro*, Civibus *Moguntinis*. Et pluribus aliis fide dignis.

n.558. XVI.

Sorores Pœnitentes obligant ſe, ad celebrandum Diem anniverſarium Simonis *Ep.* Worm.

An. 1291.

NOS PRIORISSA & Conventus Sanctimonialium Penitentum, Ordinis ſancte *Marie Magdalene* in *Maguntia* Recognoſcimus tenore preſencium litterarum, quod nos ex parte pie mem. Reverendi Patris, Dni SYMONIS quondam Epiſcopi *Wormacienſis* ſex libras *hallenſ.* nomine legati recepimus ſub hac forma, quod ſingulis annis Anniverſarium ſuum cum Vigiliis & Miſſa, ac aliis oracionibus ſollempniter peragemus, & duo maldra ſiliginis de granario noſtro, nomine conſolacionis ſive *pictantie* inter Sorores noſtras, preſentes ipſa die anniverſarii dare & dividere equaliter perpetuis temporibus

ribus debeamus. Quod ſi nos vel noſtre ſucceſſores in pred. anniverſario peragendo, vel in danda *conſolacione* prefata fuerimus negligentes, eligimus ſpontanea voluntate, Decano & Capitulo S. *Iohannis* quatuor maldra ſiliginis, illo anno quo negligentes fuerimus, nomine Pene dare, — — — Et ad hoc nos preſentibus litteris voluntarie obligamus, noſtro * ac Dnor. Iudicum Sedis *Maguntine* Sigillo, quod . . apponi procuravimus, roboratis.

Et nos Iúdices — — ad peticionem predictarum Prioriſſe & Conventus Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum & datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXXXI, in die *Lucie* Virginis.

* CONVENTVS SORORVM PENITENTVM IN MAGVNTIA. Magdalena *ante Chriſtum proſtrata. Seculo poſtero deſierunt hæ* Pœnitentes, *ſubſtitutis in Clauſtrum Virginibus ex Ordine* Ciſterc. *vulgo ad* Albas Dominas.

XVII. n.559.

De facta inter Prælatos & Canonicos repartitione bonorum apud Wetthen.

An. 1292.

Magiſter GOTFRIDVS Scolaſticus, & FRIDERICVS Cantor totumque Capitulum .. S. *Iohannis*.. Noverint univerſi - -, quod nos attendentes tenuitatem redituum Officiorum Eccleſie noſtre; ſcilicet *Decanatus*, *Scolaſtrie* & *Cantorie*, convenimus & conſedimus in noſtro Capitulo, trutinantes & penſantes inter nos, qualiter eiſdem officiis providere poſſemus, ut Perſone deputate ipſis . ., eo fidelius & diligencius invigilarent eiſdem; & citius invenirentur perſone, que ſibi huiusmodi Officia aſſumerent gubernanda. Habito inter nos maturo conſilio & tractatu - - - ordinavimus & ſtatui-

Digitized by Google

tuimus, ut proventus ſive reditus, quos eccleſia noſtra apud *Wettben* de bonis ſuis ac eius attinenciis univerſis noſcitur obtinere, inter predicta Officia & noſtrum Capitulum taliter dividantur; De eorumdem bonorum reditibus - - omnis Scolaſticus - - marcam & dimidiam *Colon.* denariorum, Cantor marcam unam perpetuis temporibus, Capitulum duas marcas, Prelatis exceptis, percipient & habebunt. Decanus vero reſiduum totum, quod erit ultra IIII marcas & dimid. ſupradictas percipiet & habebit, propter gravia onera ſui officii & laboris. Qui videlicet Decanus circa emendacionem dictorum bonorum, & requiſicionem ac recuperacionem proventuum ipſorum, labores faciet & expenſas.

Actum Anno Domini MCCXCII. IIII Kal. Decembris.

n.560. XVIII.

De tribus domunculis, quas Scholaſt. Godefridus *comparavit in uſum totidem Sacerdotum.*

An. 1296.

NOVERINT univerſi preſencium inſpectores, quod MEZA, relicta quondam IACOBI, dicti *ad Manum pendentem*, civis *Mogunt.* recognovit, & publice fuit confeſſa, ſe vendidiſſe *Mgro* GOTFRIDO Scolaſtico .. S. *Iohannis* .. tres domunculas contiguas, & proximiores Lignee porte, quas d. *Iacobus* .. conſtruxit, & ſunt tres prime & anteriores, de ſeptem domibus conſtructis ſub uno tecto in *nova civitate* apud eccleſiam S. *Stephani* Mogunt. in area ipſius eccleſie, pro XXX & VIII marcis *Colon.* denar. tribus *hallenſibus* pro uno denario computatis; que videlicet ſeptem domus ſub uno tecto ſite & conſtructe, & tres aliæ domus quaſi contigue iuxta eandem Ligneam portam, ſolvunt annuatim d. eccleſie S. *Stephani* tres marcas *Colon.* & duas libras cere, nomine Cenſus; de quo videlicet cenſu prefate tres domuncule porcionem eas contingentem ſolvent, & non plus. Cuiusmodi domunculas

culas memorata Relicta eidem Scolaſtico tradidit & reſignavit coram Lvdowico Iudice ſeculari . .; promittens ipſi Scolaſtico de eisdem domunculis facere iuſtam warandiam iuxta conſwetudinem civitatis *Moguntine*. Et ad hoc faciendum, ſe per obligacionem, que vulgariter *borgen* dicitur, coram eodem Iudice obligavit.

Qua tradicione & reſignacione factis, prenominatus Scolaſticus easdem tres domunculas deputavit duobus Altaribus, & Sacerdotibus celebrantibus in eisdem, hoc modo, quod iidem, nunc celebrantes in ipſis, nec non eis ſuccedentes, in dictis domunculis poſſint vendere, obligare, vel diſtrahere quoquo modo, quacunque neceſſitate ingruente, immo eas in omnibus emendabunt, ubi emendacio erit neceſſaria - -

Quibus ſic peractis d. Scolaſticus domunculam anteriorem Dno Anzoni, mediam Dno Wernhero, & terciam Dno Wanoni Sacerdotibus deputavit, ita quod ipſi & eorum ſucceſſores eas inhabitent & poſſideant perpetuo, - - & ſint memores iugiter ipſius Scolaſtici, parentum, & omnium benefactorum ſuorum, ſicut tenentur.

Acta ſunt hec coram Lvdowico Iudice * in vigilia bte *Marie Magdalene*. Preſentibus & atteſtantibus Cunrado, dicto de Cacuba, Gerhardo de *Alta domo*, Thilmanno, filio quondam Nicolai, d. *ad Nodum*, & Petro de *Longa curia* Civibus *Moguntinis*; nec non Sacerdotibus ſupradictis. Anno Dni MCCXCVI.

* *Cognomento* de Rana, *ab Ædibus vero* zum Fuß: ad Pedem: *Lapis eius ſepulchralis, etiamnum optime conſervatus, viſitur in Parthenone Vrbi proximo* Dalheim. *Scutum exhibet, ab interſigno habitationis deſumptum, cuiusmodi eſt illud, quo uti ſolebat* Iudex Iacobvs de Rana; *delineatum T.* II. *p.* 490. *ſub n.* 25. Hac epigraphe:

Anno Dni MCC Nonag. IX. VI. Idvs Novembris ⚭ Lvdewicvs Ivdex civitatis Mogvntine. Anima eivs reqviescat in pace.

Vetu-

Vetuſtate Moguntinenſia vincit Epitaphia cuncta. Seculum namque XIII eorum penitus eſt expers.

n.561. XIX.

Statutum Capituli quoad Annum Gratiæ *Canonicorum decedentium.*

An. 1296.

NOS FRIDERICVS Decanus, GOTFRIDVS Scolaſticus, HENRICVS Cantor, totumque Capitulum .. S. *Iohannis* . . Ad perpetuam rei memoriam preſentibus cupimus pervenire, quod heu nonnunquam noſtre Eccleſie Canonici, propter exinanicionem ſeu tenuitatem fructuum Prebende ſue - - -, ab hac luce a Domino evocati nullam ſui memoriam ſeu conſolacionem Confratribus chori . . relinquunt, in ipſorum anniverſario peragendam, ita quod de eis inpletur quod dicitur, *perit memoria eorum cum ſonitu, nec eorum amplius locus eſt inventus.* Item, quod perſepe iuvenes Canonici noſtri, qui nunc ſunt, & in futurum - - - eſſe poterunt; qui propter ſtudii incrementum noſtre Eccleſie efficerentur propugnaculum, ſed deficiente cauſa remanet effectus impeditus; nam propter ipſius Prebendule . . tenuitatem ipſi noſtri Iuvenes proch dolor rudes remanent & ignari.

Nos igitur - - - his magnis duobus defectibus in quantum poſſumus obviare . ., ſtatuimus & ordinamus, ac irrefragabiliter - - - volumus obſervari, quod *Annum Gracie* cuiuslibet - - Canonici decedentis, tam in corpore & in preſenciis omnibus, a die obitus ſui termino computandum, Eccleſia noſtra, ſeu alter cui nos commiſerimus, ſibi recipiat & imburſet; ita quod cum Corpore, & denariis preſentialibus in quibus Socii chori noſtri ſunt participes, comparentur; in Anniverſario ipſius defuncti ad eius memoriam ſalutarem inter preſentes, tam Canonicos quam Socios, preſentiarum nomine parciendos.

De

De preſentia vero annonali, in qua ſoli Canonici ſunt participes, dicta noſtra Eccleſia faciet ad incrementum corporis prebendalis, quod ipſi eccleſie pro augmentando Corpore videbitur profuturum. Hoc enim aptiſſime iuri & racioni videtur congruere, ut, quod ſolum emanat de burſa Canonicorum, ad eorundem tantummodo, omnibus aliis excluſis, commodum redeat & profectum.

Hoc tamen huic ſalubri noſtre conſtitutioni adiectum fuit & adiunctum, quod ſi aliquis de . . Canonicis nunc & in futurum exiſtentibus adeo Debitis fuerit oneratus, quod non, niſi per *Annum gracie* debitum huiusmodi extinguere valeat & delere; quod non obſtante . . noſtra conſtitucione, *Annum gracie*, hoc eſt ſolum corpus prebende, omnibus Preſenciis, tam denariali quam annonali, cum iam abſens tam facto quam verbo reputetur, non immerito ſubmotis & excluſis, ſuis Creditoribus dare poſſit & valeat, ſeu legare. Omni odio, fraude & dolo in huiusmodi legatione remotis penitus, & excluſis.

In cuius Conſtitucionis robur firmum, nunc & in perpetuum, preſens Scriptum noſtre Eccleſie Sigillo duximus roborandum. Actum Anno Domini MCCXCVI, pridie Non. Auguſti.

XX. n.562.

De facta Capitulo S. Ioannis *donatione Capellæ* S. Stephani *per Dapiferum* Sifridum *de* Rheinberg.

An. 1299.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* IVDICES ſancte *Maguntine* Sedis. Ne ea que geruntur in tempore, lapſu temporis evaneſcant, conſonum eſſe racioni dinoſcitur, ut ea ad perpetuam rei memoriam in ſcripti ſeriem redigantur.

Recognoſcimus igitur - - -, & non ſolum ad preſencium, immo futurorum noticiam cupimus pervenire, quod

Digitized by Google

Nobilis vir, Dns SYFRIDVS Dapifer *de Rynberg*, in noſtra conſtitutus preſencia, volens pro celeſtibus commutare terrena, ob reverenciam omnipotentis Dei, bti Iohannis Baptiſte; ac ſue, quondam uxoris ſue, liberorum ſuorum, ALHEIDIS ſororis ſue, ac omnium Parentum ſuorum animarum remedio, donacione libera Capellam S. *Stephani*, ſitam contigue iuxta monaſterium ſanctimonialium bte *Agnetis* apud Forum gentile * in *Maguncia*, cum omnibus iuribus, redditibus, proventibus, & attinenciis ipſius capelle, quibus ipſe memoratam capellam hactenus tamquam verus Patronus tenuit & poſſedit pacifice & quiete, Honorabilibus . . Decano & Capitulo . . S. *Iohannis* . . perpetuis temporibus poſſidendam, diſponendam & gubernandam, ut eis melius videbitur expedire, ſimpliciter, in totum, & pure propter Deum contulit & donavit.

* vulgo Dietmarkt.

Donacione ſeu reſignacione huiusmodi facta, .. Decanus & Capitulum attendentes, quod minui cultus divinus non debeat, ſed augeri; volentes eciam, ut dicti Dapiferi affectio in officiis divinis per ipſos in poſterum faciendis effectum inveniat peroptatum, promiſerunt coram nobis, pro ſe ac ſuis ſucceſſoribus, quod ordinabunt perpetuis temporibus, ſingulis diebus Miſſam in d. Capella S. *Stephani* ſine *Nota* † celebrari, & in feſtivitatibus omnibus VirginisGlorioſe, Nativitatis Xpi, Paſche, Penthecoſtes, omnium Sanctorum, in die Patroni, ac in dedicacione ipſius capelle, ſollempniter & cum Nota, Miſſarum ſollempnia procurare. Incluſo, quod Sacerdos .. Capellam officians in preſenciis Chori, ſi ob iuſtam cauſam ſuum officium prorogari contingit, penitus ſit indempnis. Promiſerunt eciam, perpetuis temporibus unam Miſſam ſingulis diebus, in qua ſpecialis memoria habeatur ſui, uxoris ſue - - - -, poſt ſummam Miſſam, vel infra eandem, ſigno campane premiſſo, - - - ſine *Nota* ordinare. Diem eciam obitus ipſius anniverſarium, Septimum & Triceſimum, cum Vigiliis, & Miſſa pro defunctis peragere pepigerunt. Sabbatum eciam, ante Septuageſimam proximam, cum cantu & Lectura peragent in totum per Ebdomadarios, tamquam Feſtum aliquod Virginis glorioſe.

† cantu.

Ad-

Adiectum eſt inſuper per Decanum & Capitulum memoratos, quod ſi carrata vini communis, ipſis danda ſingulis annis - -, per dictum Dapiferum fuerit comparata; in eius perpetuam memoriam inter preſentes, tam Canonicos quam Socios, per totam Quadrageſimam, in quantum poteſt, parcietur. Et ob hoc ſingulis noctibus, vino durante, finito Completorio pſalmum *Deprofundis* cum Collecta dicent omnes ſimul, ſtando in ambitu eccleſie - -

Preterea ſepedicti Dec. & Cap. iura ipſius capelle S. *Stephani* in ſuo robore conſervabunt, & diſtracta pro ſuis viribus reſtaurabunt. Item . . Capellam cum redditibus, ſeu alterum ipſorum nunquam vendent, permutabunt, ſeu alio quovis titulo alienabunt - -, ſed omnia, ut predicta ſunt, diligenter ac fideliter adimplebunt, ſi redditus ipſius capelle ſuppetunt, ac integraliter ſine omni ſubrepticia & fraudulenta dilacione, ipſis quos ad officiandum ut pretactum eſt deputaverint, offerentur.

Inſuper & prelibati Dec. & Cap., ut ſingula - - effectum debitum ſorciantur, ſe Pene ſequenti ſponte ac liberaliter ſubiecerunt; volentes & eligentes, quod ipſi, ſeu eorum ſucceſſores in predª ordinacione, ſeu aliquo ipſius articulo notorie & evidenter negligentes, quod abſit, inventi fuerint vel remiſſi, quod Abbas *Erbacenſis* Ord. Ciſt. - - dictam Capellam cum ſuis attinenciis univerſis per ſuum Monaſterium, ſi maluerit, ſeu per aliam quamcumque Eccleſiam in *Maguncia*, ad hoc tamen aptam, poſſit & debeat ſecundum omnem modum predictum facere gubernari, Decani & Capituli - - contradictione non obſtante, & omni ordine iudiciario penitus quieſcente.

In cuius rei firmum & evidens teſtimonium nos Decanus & Capitulum, ac *Syfridus* de *Rynberg* . . preſentes Litteras Sigillo Dnor. Iudicum ſancte *Maguntine* Sedis, ac noſtrorum ſigillorum munimine obtinuimus & duximus roborandas.

Et nos Iudices - - - recognoſcimus, Sigillum Sedis ad preces Dnor. Decani & Capituli, ac Dni *Syfridi* Dapiferi * preſentibus appendiſſe. Actum *Maguncie* Anno .. MCCXCIX. Quarto Kal. Iunii.

* *Formæ maioris, impreſſum ceræ viridi: Reſpectu Dapiferatus hæreditarii, quo hæc* Rheinberg. *familia exſplenduit,* Moguntinam *oſtentans* Rotam, *& in ſcuti angulo ſemi lunam.*

S. SIFRIDI DAPIFERI EPISCOPI MAGVNTI. *Chartæ dorſo annotatum legitur:* „Dna ALHEIDIS filia *Sifridi* Dapiferi conſenſit in ea que in Inſtrumento „huiusmodi continentur, & promiſit ea rata & firma „tenere. Anno MCCXCVIIII. Preſentes fuerunt Dns „IOH. *Butzilhart* Can. S. Iohannis & D. DILMAN-„NVS *Feſt* Vicarius Mogunt.

Acceſſit, litteris peculiaribus an. 1302 *d.* XII *Kal. Sept. ſigillatis, confirmatio* Ioannis *de* Rinberg *Militis, ſupramemoratæ* Alheidis, *&* Margarethæ, Dapiferi Sigefridi (*qui* 1300 *obierat*) *liberorum.*

Ipſius Sacelli reditus & utilitates conſiſtebant in XLI *maldris ſiliginis, uno piſorum, & dimidia marca Cenſus, ex certis bonis in* Nordenſtatt *&* Bauſchum.

Progreſſu temporis contigit, Beneficium obitu poſſeſſoris, TILMANNI Feſt, *vacare. Vnde acris orta eſt contentio inter duos Clericos,* HERTWICVM de Saulheim *Nobilem, &* ARNOLDVM *de* Oppenheim, *Patronorum in conflictu præſentatos. Videlicet* Hertwicus *a nepote* Sifridi Dapiferi *ex filia,* SIFRIDO de Waldeck *armigero; Econtra* Arnoldus *a* SIFRIDO II de Rheinberg, *Dapiferi nepote ex* Ioanne *filio. Ad Cauſam accedens Capitulum obtendit, præſentationem competere ſibi. Lite aliquandiu coram Officiali Archipresbyteri Mogunt. ventilata, impoſito binis decertantibus perpetuo ſilentio, ipſum præſentandi ius* Iohannitis *adiudicatum eſt.* „Neutram tamen partem in Expenſis condempnantes equitate ſuadente„ *Actum VII Idus Sept.* 1327.

Verum

Digitized by Google

Verum enim vero ipſa hæc D. Stephani *capella, quam omne in ævum ſubſtituram* Dapifer SIFRIDUS *non poterat non ſibi polliceri, longe ultra hominum, imo patrum & avorum noſtrorum, memoriam deſtructa funditus, evanuit.*

XXI. n.563.

Paſtoralis eccleſia Velle, *in augmentum Prabendarum ceſſa Canonicis a Præpoſito.*

An. 1304.

GOTHEFRIDUS de *Eppinſtein* Dei gratia Cuſtos maioris, & Prepoſitus S. *Iohannis* - - Dilectis ſibi . . Decano totique Capitulo - - ſalutem, cum ſincera in Domino caritate. Cupientes honorem & decorem Eccleſie S. *Iohannis* - - quantum in nobis eſt uberiorem efficere, ut eorum, qui in eadem divini nominis cultui frequenter aſſiſtunt, multiplicata ſtipendia temporalibus incrementis ipſos ad eundem cultum obligaciores efficiant & ad ſerviendum Domino prompciores; Eccleſiam in *Vellen* Mag. dioc., cuius collacio racione dicte Prepoſiture ad nos pertinere dinoſcitur, vobis donamus & conferimus, Prebendarum veſtre eccleſie canonicalium in augmentum. Volentes, ut, quocienscunque eandem eccl. *Vellen* vacare contigerit, vos ſibi poſſitis & debeatis de Officiatore ydoneo providere, conſtituta ſibi per vos Prebenda pro ſuis neceſſitatibus competenti. Iure tamen Dioceſani, & parochialium ipſius eccleſie, quos debitis divinorum obſequiis defraudari non convenit, ac hoſpitalitatis debito in eadem non pretermittendo, in omnibus ſemper ſalvo.

In cuius donacionis & collacionis teſtimonium preſentes noſtras Litteras vobis damus, noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum & actum *Moguntie* Anno Domini *MCCC Quarto.* VI. Kal. Marcii.

n. 564. XXII.

Capituli redhoſtimentum.

An. 1309.

IOHANNES Decanus, totumque Capitulum - - Recognoſcimus preſentibus & fatemur, quod ſingulis annis dabimus & diſtribuemus in Preſenciis, tam Canonicis quam Sociis, X & VIII ſolidos denar. *Colon.* de eccleſia in *Vellen* pro ſalute & remedio animarum Dni GOTFRIDI de *Eppinſtein* Prepoſiti noſtri, ac omnium Prepoſitorum qui ſibi - - - ſucceſſerint, ſicut idem *Gotfridus* in noſtra eccleſia diſtribuendos duxerit & locarit; ſcilicet in anniverſario Dni GOTFRIDI de *Eppinſtein* & METTILDIS uxoris ſue, parentum ipſius, quod erit ſemper in vigilia exaltacionis *ſancte Crucis*, dimidiam marcam, Item quarta die poſt feſtum bti *Martini* dim. marcam in commemoracionem omnium Prepoſitorum - -, & dim. m. in octava OO. SS., que, ſicut in die, ſollempniter in omnibus peragetur.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtri Capituli preſentibus eſt appenſum. Actum & datum Anno Domini MCCCIX. VI Kal. Decembris.

n. 565. XXIII.

Ius patronatus Eccleſiæ in Dexheim * *cedit Collegio* S. Ioannis.

* [*Villa prope Oppenhemium, ſubiecta Statui Equeſtri.*]

An. 1340 & 1341.

IN. D. A. Notum ſit univerſis Xpi fidelibus - - hoc preſens Inſtrumentum publicum lecturis ſive inſpecturis; Quod ſub Anno Domini MCCCXL, Indict. VIII, pontificatus SSmi in Xpo Patris - - BENEDICTI, digna Dei providen-

videncia Pape XII anno ſexto, die ultima menſis Ianuarii, hoc fuit feria ſecunda proxima ante feſtum *Purif. bte Marie Virg.*, hora diei eiusdem tercia conſtituti in mei Notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum preſencia Diſcreti viri, PETRVS *Frunt* de *Nerſtein* & HERMANNVS *Iring* de *Dexheim*, Armigeri, Patroni eccleſie parrochialis in *Dexheim* Mog. dioc., ut dicebant cupientes animarum ſuarum ac progenitorum ſuorum ſaluti ſalubriter providere; Ius patronatus, ſeu preſentandi ad dictam eccleſiam . ., prout & in quantum ipſis compeciit & ad eos pertinet - -, Honorabilibus viris - - Decano & Capitulo . . S. *Iohannis* . ., preſentibus & recipientibus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, ſponte - - & ex certa ſciencia contulerunt & donaverunt, ſimpliciter propter Deum, pro ſe ſuisque heredibus univerſis, ac ore & calamo poſſeſſionem ipſorum eis libere reſignarunt, & in ipſos transtulerunt pleno iure - - -; Promittentes - - contra collationem - - & translationem huiusmodi non venire vel facere, iure vel de facto, per ipſos vel alios, in Iudicio vel extra - -, nec ipſos ex quacunque cauſa, vel occaſione cuiuscunque ingratitudinis revocare, ſed ipſas firmas & ratas perpetuis temporibus inviolabiliter obſervare.

Acta ſunt hec in Civitate *Moguntina*, in Curia dicta *zum Sinder*, eccleſie Moguntine contigue, in Stupa eiusdem curie; preſentibus diſcretis viris, Dno IACOBO *Kobel* plebano eccleſie in *Dexheim* predicte, HERBORDO dicto *zu Strazburg* Clerico - - & KATHERINA begina, teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter, & rogatis.

ITEM poſt hec, Anno & pontificatu predictis, Indict. IX, prima - - Decembris, hoc fuit feria ſexta proxima ante diem bti *Nicolai Ep.* - - - in ambitu eccleſie S. *Iohannis* - - conſtitutus in mei Notarii - - preſencia Strenuus vir Dns HERMANNVS dictus *Hirt*, miles *de Sauwelnheim*, ſimiliter Patronus dicte parrochialis eccl. *Dexheim* ut dicebat, pro ſe, & Domicello PHILIPPO fratre ſuo, armigero, ſimiliter - - Patrono, propter Deum ſimpliciter - - ius - - preſentandi - - -, in quantum ipſis iure feodali compeciit & ad eos pertinuit;

nuit; de conſenſu eciam & voluntate, ut d. Dns *Hermannus* dicebat, Dominorum ſuorum, a quibus ipſe & . . *Philippus* huiusmodi ius patronatus habuiſſent in feodum, memoratis . . Decano & Capitulo - - preſentibus & recipientibus, contulit & donavit, ac ipſius poſſeſſionem ipſis ore & manu libere reſignavit. — —

Acta ſunt hec preſentibus - - - IOHANNE de *Vdenheim*, Canonico, HERTELINO Vicario S. *Petri* Moguntie, & HEINRICO rectore puerorum in *Sauwelnheim*, tit. - - -

ITEM poſt hec, Anno . . MCCCXLI, Indict. IX, pontificatus - - Dni BENEDICTI - - - anno ſexto, VI. . Ianuarii, hoc fuit ipſo die Epiphanie Domini, hora diei in pulſu Veſperarum - -, in curia - - HERMANNI Scolaſtici - - in Stupa, PETRVS *Iring*, armiger in *Dexheim*, frater Hermanni *Iring* ſupradicti, — — — propter Deum ſimpliciter - - - ius patronatus - - ad ſepeſatam eccleſiam - - - prelibatis . . Decano & Capitulo - - - - contulit & donavit, ac ore & calamo - - libere reſignavit. — —

Acta ſunt hec preſentibus - - *Mgro* IOHANNE de *Ruſchenberg*, EBERHARDO de *Eſchenwege*, plebano, HEINRICO de *Studernheim*, campanario . . S. *Iohannis*, nec non IOHANNE campanario in *Dexheim* - - -

ITEM poſt hec - - MCCCXLI, Indict. IX, pontificatus . . Dni BENEDICTI Pape anno VII°, die tertia . . Aprilis, - - - in ambitu S. Iohannis . . conſtitutus - - - domicellus PHILIPPVS de *Sauwelnheim*, frater Dni *Hermanni Hirt* militis de *Sauwelnheim*, Eccleſie de *Dexheim* ſimiliter . . Patronus, donacioni - - per prefatum . . *Hermannum* pro ipſo *Philippo*, & eius nomine - - - factis - - conſenſit benivole & expreſſe - - —

Acta ſunt hec preſentibus M. IOHANNE de *Ruſchenberg* & VOLGMARO, Vicariis - - -, WERNHERO *Paſſer* rectore eccleſie in *Nuwenhan*, PETRO *Rumpel* & HERBORDO dicto *de*

Digitized by Google

de Saltzburg, Clericis . ., HENNIKINO filio THOME militis *de Sauwelnheim*, & HENNIKINO filio PETRI *Elterſtozzer* de *Schornisheim*, teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego VLRICVS, quondam MARQVARDI de *Friſinga*, commorans Moguntie, Publicus imperiali auctoritate Notarius, collacionibus - - - ac aliis omnibus & ſingulis premiſſis una cum prenotatis Teſtibus preſens interfui, & ſic fieri vidi & audivi; preſensque Inſtrumentum - - inde confeci, manu mea ſcripſi, ac ſolito meo Signo ſignavi, requiſitus & rogatus in teſtimonium evidens omnium & ſingulorum premiſſorum.

XXIV. n. 566.

DOMINI *directi conſenſus in alienationem præfatam.*

An. 1340.

NOVERINT univerſi, preſentes pariter & futuri, quod nos GERLACVS Comes *de Naſſauwia*, dominus inmediatus bonorum feodalium a nobis infeudatorum, & poſſeſſorum per prudentes viros, HERMANNVM dictum *Hirte* militem *de Sauwelnheim*, PHILIPPVM fratrem ſuum, PETRVM *Frunt* de *Nerſtein*, HERMANNVM *Iring*, armigeros, & PETRVM dictum *zum Weidenhove* civem *Moguntinum*, noſtros vaſallos in villa - - *Dexheim* - -, ad quos eciam iure infeudacionis premiſſo ius patronatus ac preſentacionis eccleſie eiusdem ville pleno iure pertinere dinoſcitur, omnipotentis Dei & glorioſe Virginis Marie, ac *ſcor.* IOHANNIS *Baptiſte* & IOHANNIS *Ewangeliſte*, ad quorum laudes & incrementum bonorum noſter animus ab etate tenera vehementer efferbuit, excitati pia devocione, dignis quoque precibus premiſſorum inclinati; & ſpecialiter ſervicii & dilectionis predicti *Hermanni* militis intuitu; cum prefati, ut nobis innotuit, ſummo deſiderio Eccleſiam S. *Iohannis* in *Moguncia*, ad preſens ſufficientibus redditibus deſtitutam, per modum incorporacionis iuris premiſſi deſiderent in remedium animarum noſtrarum omnium ſublimari; Eccleſiam ville predicte, in quantum in nobis eſt, donamus, concedimus, & preſentibus Litteris plenarie, eccleſie S. *Iohannis* prelibate confirmamus.

nuit; de conſenſu eciam & voluntate, ut d. Dns *Hermannus* dicebat, Dominorum ſuorum, a quibus ipſe & . . *Philippus* huiusmodi ius patronatus habuiſſent in feodum, memoratis . . Decano & Capitulo - - preſentibus & recipientibus, contulit & donavit, ac ipſius poſſeſſionem ipſis ore & manu libere reſignavit. — —

Acta ſunt hec preſentibus - - - IOHANNE de *Vdenheim*, Canonico, HERTELINO Vicario S. *Petri* Moguntie, & HEINRICO rectore puerorum in *Sauwelnheim*, tit. - - -

ITEM poſt hec, Anno . . MCCCXLI, Indict. IX, pontificatus - - Dni BENEDICTI - - - anno ſexto, VI. . Ianuarii, hoc fuit ipſo die Epiphanie Domini, hora diei in pulſu Veſperarum - -, in curia - - HERMANNI Scolaſtici - - in Stupa, PETRVS *Iring*, armiger in *Dexheim*, frater Hermanni *Iring* ſupradicti, — — — propter Deum ſimpliciter - - - ius patronatus - - ad ſepefatam eccleſiam - - - prelibatis . . Decano & Capitulo - - - - contulit & donavit, ac ore & calamo - - libere reſignavit. — —

Acta ſunt hec preſentibus - - *Mgro* IOHANNE de *Ruſchenberg*, EBERHARDO de *Eſchenwege*, plebano, HEINRICO de *Studernheim*, campanario . . S. *Iohannis*, nec non IOHANNE campanario in *Dexheim* - - -

ITEM poſt hec - - MCCCXLI, Indict. IX, pontificatus . . Dni BENEDICTI Pape anno VII°, die tertia . . Aprilis, - - - in ambitu S. Iohannis . . conſtitutus - - - domicellus PHILIPPVS de *Sauwelnheim*, frater Dni *Hermanni Hirt* militis de *Sauwelnheim*, Eccleſie de *Dexheim* ſimiliter . . Patronus, donacioni - - per prefatum . . *Hermannum* pro ipſo *Philippo*, & eius nomine - - - factis - - conſenſit benivole & expreſſe - - —

Acta ſunt hec preſentibus M. IOHANNE de *Ruſchenberg* & VOLGMARO, Vicariis - - -, WERNHERO *Paſſer* rectore eccleſie in *Nuwenhan*, PETRO *Rumpel* & HERBORDO dicto *de*

de Saltzburg, Clericis . ., HENNIKINO filio THOME militis *de Sauwelnbeim*, & HENNIKINO filio PETRI *Elterſtozzer* de *Scbornisbeim*, teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego VLRICVS, [quondam MARQVARDI de *Friſinga*, commorans Moguntie, Publicus imperiali auctoritate Notarius, collacionibus - - - - ac aliis omnibus & ſingulis premiſſis una cum prenotatis Teſtibus preſens interfui, & ſic fieri vidi & audivi; preſensque Inſtrumentum - - inde confeci, manu mea ſcripſi, ac ſolito meo Signo ſignavi, requiſitus & rogatus in teſtimonium evidens omnium & ſingulorum premiſſorum.

XXIV. n.566.

DOMINI *directi conſenſus in alienationem præfatam.*

An. 1340.

NOVERINT univerſi, preſentes pariter & futuri, quod nos GERLACVS Comes *de Naſſauwia*, dominus inmediatus bonorum feodalium a nobis infeudatorum, & poſſeſſorum per prudentes viros, HERMANNVM dictum *Hirte* militem *de Sauwelnbeim*, PHILIPPVM fratrem ſuum, PETRVM *Frunt* de *Nerſtein*, HERMANNVM *Iring*, armigeros, & PETRVM dictum *zum Weidenhove* civem *Moguntinum*, noſtros vaſallos in villa - - *Dexheim* - -, ad quos eciam iure infeudacionis premiſſo ius patronatus ac preſentacionis eccleſie eiusdem ville pleno iure pertinere dinoſcitur, omnipotentis Dei & glorioſe Virginis Marie, ac *ſcor.* IOHANNIS *Baptiſte* & IOHANNIS *Ewangeliſte*, ad quorum laudes & incrementum bonorum noſter animus ab etate tenera vehementer efferbuit, excitati pia devocione, dignis quoque precibus premiſſorum inclinati; & ſpecialiter ſervicii & dilectionis predicti *Hermanni* militis intuitu; cum prefati, ut nobis innotuit, ſummo deſiderio Eccleſiam S. *Iobannis* in *Moguncia*, ad preſens ſufficientibus redditibus deſtitutam, per modum incorporacionis iuris premiſſi deſiderent in remedium animarum noſtrarum omnium ſublimari; Eccleſiam ville predicte, in quantum in nobis eſt, donamus, concedimus, & preſentibus Litteris plenarie, eccleſie S. *Iobannis* prelibate confirmamus.

Donantes ſupradictis omnibus & ſingulis plenam poteſtatem, auctoritatem & conſenſum, - - - quod . . Eccleſiam ville memorate, cum omnibus iuribus & pertinenciis iuris patronatus & preſentacionis . . . tradere ac libere concedere, nec non inviolabiliter perdonare valeant Eccleſie S. *Iohannis* antedicte, & confirmacione indiſſolubili confirmare. Confirmantes quoque, & approbantes in his ſcriptis donacionem, conceſſionem - -, ſi que a quibusdam premiſſorum, prefate eccl. S. *Iohannis* de . . eccleſia ſepedicte ville facte ſunt, omni modo, forma & iure, quibus melius poſſumus, & debemus. Nolumus tamen, nobis per donacionem - - & confirmacionem prefatas, in iuramento ſeu homagio fidelitatis quo nobis preſcripti noſtri Feudatarii ſunt aſtricti, preiudicium aliquod generari.

In quorum robur & teſtimonium - - hanc preſentem Litteram noſtro Sigillo fecimus communiri. Datum & actum Anno Domini MCCCXL. II Idus Octobris.

n.567. XXV.

Qualiter eidem negotio acceſſerit Conpatronus, Petrus zum Weitenhof *Mog. civis.*

An. 1341.

I. N. D. A. Per hoc preſens Inſtrumentum publicum univerſis - - pateat evidenter, Quod - - MCCCXLI, Indict. IX, pontificatus - - - Dni Benedicti - - Pape *XII* anno VII, die XX menſis Maii - -, hora diei tercia, in civitate *Moguntina* in curia habitacionis . . Dni Hermanni Scolaſtici . . S. *Iohannis* . .; Conſtituti in mei Notarii - - - preſencia - - Eckardus Decanus & Capitulum - - -, Patroni Vicarie perpetue Altaris S. *Barbare*, quam Diſcretus vir . . Gerlacus de *Battenburg* nunc obtinet - -, ex una parte, & Petrus, dictus *ad Amplam curiam*, civis *Moguntinus*, Patronus Eccleſie parrochialis in *Dexheim* . . parte ex alia, dicti

dicti . . Decanus & Capitulum . . Ius preſentandi quod ipſis ad d. Vicariam compeciit, pro iure patronatus . . quod d. *Petro* ad *amplam curiam* ad . . eccleſiam in *Dexheim* compeciit, pro evidenti honore & utilitate . . ſue eccleſie - - - volentes permutare; Litteras auctoritatis & conſenſus Reverendi in Xpo Patris ac Dni, D. HEINRICI - - Archiepiſcopi ad hoc adhibiti - - in medium exhibuerunt & produxerunt, ac easdem . . . per me - - legere & publicare fecerunt, quarum . . tenor ſequitur in hec verba.

HEINRICVS *Dei gracia S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Ex parte Honorabilium . . Decani & Capituli . . S. *Iohannis* . . nobis extitit humiliter ſupplicatum; quod, cum pluribus perſonis, de iure patronatus eccl. parroch. in *Dexheim* ſe intromittentibus, ipſum ius pie devocionis intuitu ad . . eccleſiam S. *Iohannis* transferri, & eidem pro honore & utilitate ipſius, ab omnibus, ius patronatus in prefata parrochiali . . vendicantibus divino amore intenſis, in brevi renunciari ſperetur, & veriſimiliter adoptetur, PETRO de *Weydenhove* cive *Mogunt.* dumtaxat excepto; qui, preferendo utilitatem temporalem remuneracioni divine, ius ipſum, prout & in quantum ſibi competit, absque recompenſacione dictam eccleſiam & ius patr. ſibi competens transferre recuſat; quatenus quoad ius patr. in *Dexheim* prefato *Petro* competens, pro permutacione iuris patr. & collacionis Vicarie altaris S. *Barbare* * - - - noſtram auctoritatem & conſenſum adhibere ad d. translacionem dignaremur; Nos commodum & ſtatum . . eccleſie S. Iohannis - - attendentes, ad prefatam - - - permutacionem noſtrum conſenſum preſentibus in Dei nomine adhibemus. Datum *Eltevil* in craſtino Aſcenſionis Domini, Anno eiusdem MCCCXLI.

* Agathe.

QVIBVS Litteris ut ſic lectis & publicatis, mox memorati . . Decanus & Capitulum Ius preſentandi ſeu conferendi quod ipſis ad d. Vicariam - - - compeciit, pro iure patronatus - - quod prefato *Petro* ad . . eccleſiam in *Dexheim* compeciit, — — — — permutarunt, & omni modo, forma & iure quibus melius poterant, transtulerunt, & per *Plicam* hinc inde libere reſignarunt.

Acta ſunt hec preſentibus Diſcretis viris . . *Mgro* ENGELBERTO de *Dimerode* Canonico S. *Marie* ad gradus. IOHANNE de *Lorche*, Canonico S. *Stephani*. IOHANNE de *Roburn* Vicario S. *Marie* predicte. HEINRICO campanario S. *Iohannis* . . FRIDERICO dicto *Dyabolus*, Capellano monaſterii S. *Marie Magdalene* in foro Gentili. IOHANNE de *Meiſenheim*, HEINRICO de *Studernheim*, Presbiteris, & TVLMANNO, filio SCHERPELINI Iudicis ſecularis *Moguntini*, Teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego VLRICVS, quondam *Marquardi* de *Friſinga* - - - - Notarius (*&c.*)

Capitulum* S. Ioannis *tunc ſeqq. conſtituebant perſona.

ECKEHARDVS *zum Windeck* Decanus.
HERMANNVS Scolaſticus.
IOHANNES de *Battenburg*.
GERHARDVS de *Weſtphalia*.
ANZO dictus *Erbe*.
CONRADVS de *Liderbach*.
M. IOHANNES ad *Stellam*.

n.568. XXVI.

Omnium præmiſſorum confirmatio Cæſarea.

An. 1353.

KAROLVS *Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemie Rex.* Honorabilibus viris Decano & Capitulo . . Sci *Iohannis* Moguntin. devotis noſtris dilectis, graciam Regiam & omne bonum.

Ex parte veſtra - - - oblata noſtre Regie celſitudini peticio continebat, quod, pridem PETRO *Freundicben* ac PETRO & HERMANNO fratribus, dictis *dy Yringen* Armigeris, ac PETRO d. *zum Wydenhove* civi *Moguntino* Ius patronatus parrochialis eccleſie in *Dexheim* titulo *feodali* poſſidentibus & in ſoli-

ſolidum detinentibus, idem *Petrus* civis ius patron. quod ſibi in d. eccleſia compeciebat, per modum permutacionis pro iure preſentacionis ad Vicariam altaris S. *Agathe* eccleſie veſtre, per ipſum & ſuos heredes de cetero perpetuo retinendo, loco iuris quod ſibi in d. eccleſia compeciit, in vos - - - transtuliſſet; ceteri vero Patroni ſupradicti ius eorum pia devocione ob laudem Dei, bti *Iohannis Bapt.* & in remedium animarum ſuarum & progenitorum eorum vobis donaverint, & in . . eccleſiam veſtram ſimiliter transtuliſſent, accedente & interveniente vera & certa ſciencia, voluntate, approbacione & auctoritate Nobilium, GERLACI Comitis *de Naſſow* & ADOLFI ac IOHANNIS filiorum ſuorum, nec non quorundam aliorum, qui ſua intereſſe ut plurimum aſſerebant; noſtreque Regie maieſtati humiliter ſupplicarunt, ut predictas permutacionem - - - - confirmare, & auctorizare favorabiliter dignaremur;

Nos igitur piis ſupplicacionibus veſtris inclinati, cupientesque, veſtra aliorumque miniſtrorum Dei iura manutenere, & favorabiliter conſervare; Ad augmentum cultus divini nominis, ſuſtentacionem quoque miniſtrorum ipſius cordialiter aſpirantes, predictam permutacionem, donacionem - - in vos - - factam, & quicquid ex eis, vel ob id provide & racionabiliter - - ſecutum eſt, aut fuit, & prout iuribus non derogant alienis, de liberalitate Regia ex certa . . ſciencia approbamus, innovamus, - - & preſentis ſcripti patrocinio confirmamus; ſupplentes - - - omnem defectum & quamcunque iuris ſollempnitatem obmiſſam. Et ad propriandum pred. ius patr. vobis - - donacione perpetua, premiſſa omnia & ſingula - - de plenitudine poteſtatis noſtre Regie perpetuam habere volumus roboris firmitatem.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras conſcribi, & noſtre maieſtatis Sigilli munimine fecimus communiri. Datum *Moguntie* Anno Domini MCCCLIII. Indict. VI. Idus Decembris. Regnorum noſtrorum anno Octavo.

Ad relacionem Prepoſiti S. *Victoris* Mogunt.
HEINRICVS Theſaurarius.

 XXVII.

n.569. XXVII.

PATENTES *Domini* Moguntini *perquam efficaces, ad ſubveniendum indigentiæ Templi* S. Ioannis.

An. 1359.

GERLACVS *Dei gratia Sce* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniverſis Xpi fidelibus, Abbatibus, Prepoſitis, Prioribus, Decanis, Archipresbiteris, plebanis - - - per dyoceſim Maguntinam conſtitutis - - - ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum ſacer ille locus & religioſus Eccleſie Collegiate, in honorem S. *Iohannis Bapt.* Mogunt. ab antiquiſſimis temporibus inſtitutus, fundatus & conſecratus, propter ſui antiquitatem in pluribus reparacione indigeat; & propter paucitatem reddituum, ad reparandum & edificandum talia, & ad comparandum libros, calices, indumenta, miſſalia & alia ornamenta que ad cultum divinum pertinere noſcuntur & neceſſario ac utiliter requiruntur, eadem eccleſia non ſufficiat, ac Fabrica ipſius . . ad premiſſa, & alia notorie & evidenter ſupportanda neceſſitatem habeat de Subſidio aliorum Xpi fidelium, nec ad hoc proprie ſuppetant facultates;

Nos, volentes ob reverenciam & ſanctitatem predicti S. *Iohannis*, cuius vita, & meritum multipliciter & affectuoſe in noſtris viſceribus eſt concluſum, tamquam de ſua interceſſione pro nobis ad Deum plurimum confidentes; nec non ad ſupplicacionem Dilectorum in Xpo Decani & Capituli - -, ipſi Eccleſie & Fabrice ac edificiis ſubvenire in quantum poſſumus cupientes; vos univerſos & ſingulos ſalubriter ammonemus, & caritativa affectione inſtantivis precibus exhortamur, ac nichilominus in virtute ſancte obediencie & ſub pena ſuſpenſionis officii veſtri firmiter & diſtricte precipiendo mandamus; quatinus divi-

divine remuneracionis intuitu, ac ſub ſpe & confidencia noſtri favoris & gracie conſervande, & offenſe evitande, Nuncios pretacte eccleſie, cum ad vos venerint Xpi fidelium elemoſinas petituri, benigne recipiatis, & ipſos apud plebem vobis ſubiectam in negocio eiusdem eccleſie cum affectu & fideliter promovere curetis, & in ambone exponi predictum negocium pacifice permittatis; Cartulas quoque vobis preſentatas ab eisdem, per tres dies dominicos immediate ſequentes de verbo ad verbum veſtris ſubditis fideliter exponatis, non obſtante aliqua inhibicione ſeu revocacione, a nobis, ſeu quocunque - - nobis ſubiecto - - facta, vel in poſterum facienda, niſi expreſſe conſtet de noſtra contraria voluntate.

Volumus eciam, quod in Locis interdictis, vel ſuſpenſis ab homine, auctoritate noſtra vel Iudicum noſtrorum, excommunicatis & nominatim interdictis excluſis, Divinorum ſollempnia ianuis apertis durante ipſo negotio, ſecundum ſtatuta ſacri provincialis Concilii *Maguntini* cum horis canonicis devote & ſollempniter celebretis. Collectores eciam, ſi quos Nuncii . . in veſtris eccleſiis pro . . negocio promovendo duxerint ſtatuendos, - - - admittatis. Volentes nichilominus & - - - precipientes perſonis quibuscunque, tam Religioſis quam aliis - -, exemptis & non exemptis; & eisdem inhibentes, ne - - - eo tempore & hora quibus contigerit negocium promoveri ſupradictum, in ipſa eccleſia ſermonem publicum coram populo facere preſumant ante expedicionem nunciorum qui ad - - - diriguntur. Si quis autem huic noſtro mandato contrarius extiterit aut rebellis, gravi reprehenſione dignus citetur per vos peremptorie, ad noſtram ſeu Iudicum noſtrorum preſenciam ad diem ſeu terminum competentem, & in quo citatus, conſiderata locorum diſtancia, & qualitate perſone poſſit commode comparere, quem Lator preſencium ſibi duxerit aſſignandum; per alium presbiterum cui hoc preſens noſtrum mandatum oſtenſum fuerit, nobis ſuper inobediencia, & dictis Nunciis ſuper obiciendis legitime reſponſurus.

Vt

Vt autem circa locum & eccleſiam prediƈtam intimus appareat cordis noſtri affeƈtus, & eciam ut ipſa . . congruis frequentetur honoribus, & a Xpi fidelibus iugiter veneretur; nos omnibus vere penitentibus & confeſſis qui eandem eccleſiam cauſa devocionis aut peregrinacionis acceſſerint; ſeu, qui Miſſis, predicacionibus, Matutinis, Veſperis, & aliis quibuscumque horis vel divinis officiis ibidem interfuerint, aut Corpus Xpi, vel oleum ſanƈtum cum portatur infirmis ſecuti fuerint; nec non qui ad fabricam prediƈtam quicquam contulerint; Seu qui in eorum teſtamentis, vel extra, aurum, argentum, veſtimenta, aut aliquod aliud caritativum ſubſidium donaverint, legaverint, aut procuraverint; Aut pertranſiendo ipſam eccleſiam, pro animabus corporum ibidem ſepultorum inclinato capite oracionem Dominicam, videlicet unum *pater noſter* devote dixerint, aut ſepulturam ibidem elegerint; quociescumque — — — premiſſa - - - devote fecerint, ultra alias indulgencias plurimas ac diverſas, tam per Sedem Apoſtolicam quam per Predeceſſores noſtros ipſi eccleſie conceſſas, de Omnip. Dei miſericordia, - - - nec non S. *Martini* Patroni noſtri meritis & auƈtoritate confiſi, XL dies indulgenciarum de iniunƈtis ſibi penitenciis miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum *Eltevil* Anno . . MCCCLIX. Kal. Ianuarii.

n.570. XXVIII.

De nova Templi ſtruƈtura.

An. 1362.

GERLACVS D. G. *ſanƈte Maguntine Sedis Archiepiſcopus* - - - - Decano & Capitulo . . S. *Iohannis* - - - ſalutem in Domino ſempiternam.

Peticio veſtra nobis exhibita continebat, quod cum Eccleſia . . prediƈta propter eius vetuſtatem, obſcuritatem, & alios defeƈtus multiplices in magna parte per vos diruta exiſteret,

ret, ac a fundamentis opus novum & laudabile cum magnis ſumptibus & laboribus duxeritis inchoandum, eiusque conſummacioni & perfectioni ferventer & fideliter inſiſtatis; non ſolum de Xpi fidelium elemoſinis, ſed eciam de veſtris Prebendulis quam plurima ad fabricam huiusmodi largiendo; Quodque communi conſenſu & voluntate unanimi quoddam Statutum feceritis matura deliberacione prehabita, ut ſinguli, qui de cetero in ipſa veſtra eccleſia Canonicatus & prebendas conſequi deſiderant & habere, quilibet eorum ad fabricam predictam tres marcas puri argenti, aut . . valorem in uſuali pagamento, antequam admittatur & recipiatur in Canonicum & ad Prebendam actu vacantem, expedite perſolvat, aut ſaltem datis pignoribus ſe illas conſtituat effectualiter ſoluturum; petentes a nobis Statutum huiusmodi auctoritate ordinaria confirmari; Nosque, qui decorem domus Dei diligimus, & intencionem veſtram circa premiſſa in Domino commendamus, peticioni veſtre . . favorabiliter annuentes; predictum Statutum . . tamquam racionabile, tenore preſencium . . auctoritate ordinaria ex certa ſciencia confirmamus. Volentes & mandantes, illud - - - absque contradictione qualibet inantea inviolabiliter obſervari. Dantes vobis has Litteras Sigillo noſtro munitas in teſtimonium ſuper eo.

Datum *Eltvil* XXVII die menſis Iulii. Anno Domini MCCCLXII.

per Dnm Prepoſitum
HEINRICVS Scolaſticus.

XXIX. n.571.

Charta protectoria Godfridi *Comitis* de Ziegenhain *quoad Bona* S. Ioannis, *habita in Iudicio* Fell.

An. 1379.

Wir Godfrit Grefe zu Zygenhan bekennen offinliche mit diſem Briefe; Solich Zehende, Gude, gulde und Zinſe, alſe die

XXXXX Erbern

Erbern Herren, der Dechand u. Cappitel des Stiftes zu Sente Johan zu Mentze han in dem Gerichte zu Felle und da umb; Daſ wir die, lutterliche umb Godis u. woltat willen; und auch umb das, daz Sie verzihen han bis off unſer gnade off ſoliche Nutze u. name, als wir, und die unſern von den vorgenanten Zynſen u. Zehenden offgehaben und ingenommen han bit off diſen dag, ſollen u. wollen vort me ſchuren u. ſchirmen, vor den Unſern, und andern der wir mechtig ſin. An alle geverde u. argeliſte.

Hic Comes non videtur multo fuiſſe melior, ac Ludovicus. *n.* IV.

Hy by ſint geweſt, da dis iſt geret worden, der Edel unſer lieber Nefe Johan Grefe von Ebirſteyn, Dumherre zu Mentze; und die Strengen, Heinrich von Rolohuſen, Her Johan von Stockheym, Rittere; Johan Rappeln, und Johan von Glymechayn Edil Knechte.

Vnd han des zu urkunde unſer Ingeſigel an dyſen Brief dun hencken. In dem Jar alz man ſchribet nach Criſtes geburt Druzehen hundert Jare, darnach in dem Nune u. Sybenzigeſten Jar, an S. Gallen dag.

n.572. XXX.

Inſtitutio Canonici Wenceslai *de* Hexheim, *ad laudes Venerab. Sacramento particulariter decantandas.*

An. 1437.

NOS IOHANNES *Holtzheymer* Decanus totumque Capitulum S. *Iohannis*.. Animo revolventes, & mature deliberantes, Divini cultus augmentum iuſtum & ſalutare nobis exiſtere; & ut precipue in Sui, qui nos cottidie ſpiritualiter reficit, memoriam Corporis & ſanguinis laudes aliquas ſpeciales referamus; In quo omne delectamentum & omnis ſaporis ſuavitas, ipſaque dulcedo Domini deguſtatur; in quo eciam vite ſuffragium conſequimur & ſalutis; a malo retrahimur, nec non ad virtutum gradum proficimus, & cremen-

mentum; in quo eciam ſuper univerſe terre Creaturas contulit nobis divinum principatum.

Huius ergo tam excellentiſſimi, venerandi, adorandi, glorificandi, colendi Sacramenti precipuis magnificandi laudibus, dignis preconiis exaltandi, & ſinceris mentibus retinendi, continuam debemus celebrare memoriam; ut Illius, cuius ipſum memoriale fore cognovimus, ſemper memores exiſtamus. Quia cuius donum vel munus frequencius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur.

Hac conſideracione inductus Honorandus Dns WENZESLAVS de *Hexbeym* noſter Concanonicus, pariter & amore accenſus, conſiderans, quod ſicut per quatuor Elementa, ita per quatuor anni tempora, Veris videlicet, eſtatis, autumpni, & hyemis, univerſa tranſeunt, & ſubſiſtunt.

Volens igitur in principiis horum, huius tam preclari vivificique ſacramenti Corporis & Sanguinis D. N. I. C., quod eſt ſanctorum omnium gloria & corona, ſpeciali memoria prefulgere; pie ſtatuit, & apud nos auctore Deo ſtatuere obtinuit, ut ſingulis quatuor Temporum quintis feriis, finitis Completoriis Perſone eccleſie procedant proceſſionaliter de Choro, ad chorum ubi precioſum habetur Corpus Dominicum reſervatum; ibique gaudentes, in cantica laudum ſurgant omnium corda, ora vota & labia; *Ymnos* perſolvant leticie ſalutaris, in unum cantantes anthyphonam ſollemnem *O ſacrum convivium* cum Collecta *Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili*, & Collecta *Omnipotens - - qui vivorum dominaris* — — una concludendo. Vt ſic ad ſervicium Xpi eius ardor nos inflammet; & ut per alia, meritorum cumulis nobis proficientibus, apud eum qui ſe dedit pro nobis in precium, tribuitque ſe nobis in pabulum, tandem poſt huius decurſum largiatur & premium.

Et ut predicta memoria dictis temporibus & diebus perpetuo obſervetur, prefatus Dns *Wenzelaus* de *Hexbeym* de bonis ſibi a Deo conceſſis contulit Eccleſie noſtre XX florenos in auro, pro uno fl. auri in quatuor dividendo, & quatuor quin-

tis feriis diſtribuendo. Legens Collectas habebit ſemiduplum, campanator medium. Predicta quoque ſumma pecunie in communes Preſentie uſus eſt redacta (*&c.*)

Datum Anno . . MCCCCXXXVII, feria ſecunda poſt Martini. Capituli noſtri ſub Sigillo.

n.573. XXXI.

S. Ioannis *Canonici Vicariique, propter adhæſionem* DIETHERO depoſito *factam dudum excommunicati, per Nuntios Apoſtolicos in ſtatum priſtinum reponuntur.*

An. 1463.

HONOFRIVS Dei & Apoſtolice Sedis gracia Epiſcopus *Tricaricenſis*, SS^mi^ in Xpo Patris & D. N. *Pii* divina Providentia Pape II Referendarius; Et PETRVS *Ferrici*, Decr. D^r^, eiusdem D. N. . Capellanus, & . . ſacri Palacii Apoſtolici Cauſarum Auditor; In *Maguntina* provincia, Civitatibus, territoriis & dioceſi prefati D. N. Pape Sancteque Sedis Apoſtolice Nuncii, Oratores & Commiſſarii - - - in facto & cauſa Eccleſie Maguntine, occaſione Differenciarum, inter Rev. Dn. . ADOLFVM Electum & confirmatum *Maguntinum* ex una, & Nobilem virum DIETHERVM de *Yſenburg* ex altera partibus - - -, ad infraſcripta inter cetera ſpecialiter deputati. Vniverſis & ſingulis . . Abbatibus, Prioribus, Prepoſitis, Decanis, Archidiaconis, - - -, Succentoribus, Sacriſtis, tam Cathedralium quam Collegiatarum - - - eccleſiarum rectoribus, . . plebanis - - - - ceteriſque Clericis, Notariis & tabellionibus - - - - ſalutem in Domino, & preſentibus fidem indubitatam adhibere - - - —

Huiusmodi namque *Apoſtolicis* litteris & facultate . . . attentis, coram nobis - - perſonaliter conſtituti Venerabiles - - - Domini, PAVLVS *Phyl* Decanus, IOHANNES *Wertheym* Sco-

Scolaſticus, LVDOWICVS *Altvader*, IOHANNES *Snabel*, IOHANNES *Scriptoris*, WILHELMVS *Apothecarii*, Canonici: ac HENRICVS *Gruſſer*, BARTHOLOMEVS *Sell*, HERMANNVS *Rorici*, IOHANNES *Iungel*, HENRICVS *Snabel*, CONRADVS *Rulle*, NICOLAVS *Oleatoris*, IOHANNES *Raſoris*, ORTHO *Sydenſaden*, IOHANNES *Randeck*, Vicarii eccleſie S. *Iohannis* Maguntine, principales - - per organum . . ANTHONII de *Oppenheim* Scolaſtici . . S. *Stephani* - -; Qui ipſorum ex parte, cum omni qua decuit reverencia expoſuit, qualiter ipſe, & ſui principales - - prefati, in Cauſa & negocio Eccleſie Maguntine predicte, tam per - - - Dnm Papam . ., quam nos *Petrum Ferrici* . . Nuncium . . prelibatum auctoritate Apoſtolica, ac alias ob non paricionem mandatorum Apoſtolicorum, ac adheſionem, quam . . DIETHERO de *Yſenburg* - - fecerant, ſentencias excommunicacionis - - -, nec non privacionis beneficiorum, dignitatum & officiorum, ac inhabilitacionis, ad illa & alia obtinenda latis, incidiſſe & incurriſſe declarati extiterint; offerentes - - -, ſe ſtare & perſeverare velle in obediencia & devocione . . D. N. Pape - - - ſancteque matris Eccleſie; & noſtris, ac R^mi^ Dni ADOLFI - - obtemperare mandatis; Quare eos, & eorum quemlibet, a predictis ſentenciis, cenſuris & penis, aliisque quibuscumque . . inflictis, emanatis & promulgatis abſolvere, ipſosque ad obtinendum dicta eorum quibus privati ſunt beneficia, dignitates & officia rehabilitare; cum ipſis quoque ſuper irregularitate contracta diſpenſare; nec non eos - - - in eum ſtatum, in quo, antequam ſinguli Proceſſus ſupradicti emanaſſent, fuerant & erant, reſtituere; & alias ipſis . . in premiſſis . . miſericorditer providere dignaremur, humiliter ſupplicarunt.

Nos igitur HONOFRIVS Epiſcopus & PETRVS Auditor Nuncii & Oratores prefati, pietate moti, ac attendentes, quod ſancta Mater Eccleſia nemini gremium claudit ad ipſam redeunti & veniam petenti; Quodque prenominati excommunicati, & interdicti & privati ſuum reatum humiliter ſunt confeſſi, & eorum errores in quibus fuerant hactenus, revocarunt, &

 quili-

Digitized by Google

quilibet eorum revocavit; Eosdem, & quemlibet ipſorum a quibuscunque excommunic., ſuſpenſionis & interdicti, anathematiſacionis, privacionis, - - & irregularitatis, aliisque Proceſſibus, ſentenciis, Cenſuris & penis - -, ſub quibusvis verborum formis, eciam in die *Cene Domini* a Sede predicta - - - premiſſorum occaſione emanatis . ., abſolvendos duximus . . .; nec non Interdicta quelibet - - - relaxamus; Cum ipſis quoque - - ſuper irregularitate, quam, eisdem ſentenciis - - - aut earum aliqua innodati, Miſſas aut alia divina officia celebrando, aut ſe illis immiſcendo, ſeu mortuorum corpora Interdicti tempore tumulando, vel alia de iure prohibita faciendo, quomodolibet contraxerint, diſpenſamus; nec non eos, & eorum Eccleſias, dignitates, - - - Canonicatus & prebendas - - -, adverſus ſentencias privacionis beneficiorum - - - - huiusmodi; Privilegiorum, . . & litterarum Apoſtolicarum; nec non inhabilitacionem ad illa & alia obtinenda; ac teſtandi & teſtificandi, aliosque actus legitimos faciendi; & alias in omnibus & per omnia adverſus quecunque contra eos propter premiſſa geſta & facta, in priſtinum, & eum ſtatum in quo antequam mandatis apoſtolicis . . obſiſterent & rebelles fuerant quomodolibet exiſtebant, - - - - - - reſtituimus; omnemque inhabilitatis ac infamie maculam ſive notam - - - abolendam fore - - Recepto primitus ab eisdem Dominis, Decano Canonicis & Vicariis - - iuramento, quod ex nunc in antea ſancte Matri Eccleſie, Sedi Apoſtolice - -, & noſtris, nec non R^mi^ Dni Adolfi, ſuisque ſucceſſoribus Maguntinis Archiepiſcopis canonice intrantibus velint - - obtemperare mandatis. Penitenciam vero pro modo culpe, & alia de iure iniungenda, certis de cauſis nobis inpoſterum reſervamus - - omnimodam facultatem.

Que & omnia & ſingula vobis - - - intimamus, - - ac ad veſtram . . noticiam deducimus . . Vobis nichilominus - - - diſtricte precipiendo mandantes, quatenus receptis preſentibus, & poſtquam pro parte - - ſic per nos abſolutorum deſuper fueritis requiſiti, - - eosdem - - - ſic - - abſolutos, reſti-

reſtitutos & rehabilitatos teneatis, denuncietis, & ab aliis - - - teneri . . faciatis, & permittatis — — —

In quorum omnium . . fidem & teſtimonium . . . preſens publicum Inſtrumentum - - - ex inde fieri, & per Notarios publicos - - infraſcriptos ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrorumque Sigillorum appenſione iuſſimus & fecimus communiri.

DATVM & actum *Maguntie*, in domibus noſtre reſidencie; ſub Anno a nativitate Domini MCCCCLXIII. Indict. XI, die vero Dominica XX menſis Novembris. Pontificatus SS^mi D. N. D. *Pii* Pape II anno VI. Preſentibus ibidem Reverendo in Xpo Patre . . Dno SYFRIDO, eadem gracia Epiſcopo *Cyrenenſi*, & - - - Dnis, DIDACO *Serrano* & ZVCHARO de *Erckulanenſibus*, Clericis *Toletane* & *Tudertine* civitatis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

Et ego IOHANNES *Tzep*, alias *Lechnich*, Clericus *Colon.* dioc., - - - Notarius, prefatorum . ., *Honofrii* Epiſcopi & Petri *Ferrici* Auditoris, Nunciorum Oratorum & Commiſſariorum, & coram eis in Cauſa & negocio ſupradictis Scriba - - -, quia revocacioni - -, abſolucioni, reſtitucioni - - - preſens interſui . ., ideo preſens publicum Inſtrumentum - - - exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi - - —

Et ego BERNARDVS *Hunrking* de *Dulmania*, Clericus *Monaſter.* dioc. Notarius — — —

Ne

Ne tot Elenchis Diplomatibusque B. L. *ſe immergat nimium; diverſionis haud iniucundæ gratia, interſerere nonnulla duxi* MONVMENTA *huius* S. Ioannis *Eccleſiæ* SEPVLCHRALIA: *Quorum aliqua partim extant, partim vero occaſione, qua hoc Templum ante 14 circiter annos interius plane immutatum eſt,* * *ſublata, & diſtracta. Hæc ut dignoſcantur, duplicem eis appoſui crucem.*

* Immo inverſum: Vbi namque tunc fixum ſteterat maius Altare, ab illius quondam tergo nunc patet introitus; directe reſpiciens frontem Altaris longo ſpatio e regione poſiti.

I.

†† HIC IACET SEPVLTVS VENERABILIS PATER AC DOMINVS, DNS ERCKENBOLDVS, ECCLESIE MOGVNTINE ARCHIEPISCOPVS GLORIOSVS. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE.

Eandem indignam ſortem pertulit Cenotaphium Divi Archipræſulis BONIFACII, *Statuam ipſius exhibens reſupinam, octo Leonibus ſuſtentatam. His circumciſis verſibus:*

II.

†† Anno Milleno Salvatoriſque Triceno,
Ac quinquageno ſepteno, Preſul ameno
GERLACVS flore renovans tumbam ſub honore,
Qua ſunt intexta BONIFACI Preſulis Exta.
Nunc ſibi condigna clareſcunt celica Signa.

III.

III.

Poſt ſacra Divorum flammis heu perdita Templa, *
Proh dolor! ut Rheno cernitur atque Mogo,
Collegisque piis Divi *Victoris*, in iſta
Iuſſit Æde Sacra continuare ſua;
Fatorum ſic Lege volente ANTHONIVS iſto
Wiedmeier tumulo conditus ecce iacet.
Victoris digna digniſſimus Æde Decanus,
Gloria nec Cleri parva Moguntiaci.
Principis ante aliquot Noſtrique Sigillifer annos.
Doctis atque bonis, Pauperibusque favens.
Cuius, Summe Deus, fac ſuaviter oſſa quieſcant,
Et mens æterna pace fruatur. Amen.

††
* D. Vict. S. Crucis, Albani &c. *facinore* Alberti M. B. 1552. 22 & 23 *Aug.*

Obiit V. die menſis Aprilis Anno MDLIII.

Ex terra caro mea. Ex terra caro ſurget. *Iob.* 7.
Cecidit in laqueum vita mea, & poſuerunt
Lapidem ſuper me. *Thren.* 3.

IV.

Epitaphium Egregii ac ornati Adoleſcentis IOANNIS *Schutzmeiſter*, alias *Heſs*, Moguntini, huius D. Ioannis Eccleſie Canonici, ** nec non Art. liberalium magiſtrandi bene meriti, ni præmatura morte vitæ huius uſuram commutaſſet Anno redemptionis noſtræ MDLXVIII, die XIII menſe Decembri. Erectum vero Honeſti ac providi Viri HANSONIS *Schutzmeiſter* dicti *Heſs*, civis Mogunt. ſui Parentis obſervandiſſ. pio atque paterno ſtudio.

††
** *a* 6. *Oct.* 1567. *in locum* Vlrici Molitor.

Aſpice funeſtum præclari funeris aſtrum,
Quam miſero horrendum concidit ille caſu.
Palladio iamiam fuerat decorandus honore,
Cum rapit infelix altera ſerta lapis.
Aſt quia crudelis medios metit Atropos annos,
Non iuvat humana conditione frui.

Yyyyy *Vive*

Vive igitur Regnis, nullum quæ finiet ævum,
Mentis Iohannes *pars aliquota meæ.*

Invida proh rupit mors iuvenile caput.
Quod Dominus dederat, abſtulit.

V.

†† Summa integritate, vitæque ſanctimonia venerabili, Domino IOHANNI *Bauer* a *Wendelſtein*, magni illius & indefeſſi Catholicæ Religionis propugnatoris, Doctoris IOHANNIS *Cochlæi* nepoti, & D. Victoris extra muros Mogunt. Decano; Viro, ob raram liberalitatem, ſingulareque de omnibus bene merendi ſtudium Clero civibusque chariſſimo, Dominum Redemptorem ſuum confecta in terris peregrinacione in cœleſtem patriam Anno MDLXIX die IIII Novembris ſecuto, Amici ſuperſtites ultimæ voluntatis Executores in perpetuam gratiarum actionem, amoremque individuum hic & in cœleſti patria F. F.

VI.

†† *Olim in periſtylio ad* S. Victorem *extitit.*

Hic cubat KVNIGVNDIS *Dobneckin*, Mater Doctoris IOHANNIS *Cochlei*, olim huius ſacræ Ædis Canonici. Quæ diem clauſit extremum Anno MDXXX. IOHANNES *Agricola* de *Wendelſtein* Nepos eiusdem, & in Canonicatu ſucceſſor, Aviæ ſuæ . . hoc Monumentum poſuit anno MDXLII.

VII.

†† Piis & ſanctis Manibus Domini IOANNIS *Mœring*, I. V. Doctoris, Moguntinæ Vrbis Protonotarii, ac Profeſſoris digniſſimi, D. Victoris Canonici, nec non S. Crucis Scholaſtici, ultimæ voluntatis Executores P. C.

Occi-

Digitized by Google

Occidit, Heu nimium fatis ereptus acerbis
Mœringius: *Moguni nomen honosque Soli.*
Occidit, æthereas colit unde receſſerat arces,
Nec licuit fixum tranſiliiſſe diem.
Hunc pia poſteritas indigno funere raptum
Luget; & in parvo condidit oſſa Solo.
Condidit oſſa ſolo, ſed vivit fama: iacere
Vix parvo Dotes hoc potuere Solo.
Obiit 1572, 11. Aprilis.

VIII.

Cum adhuc in vivis ageret IOANNES *Segen*, alias *Cuſanus*, Præpoſitus S. Crucis, Scholaſticus S. Mauritii, Cuſtos & Can. S. Victoris, quondam Capituli Moguntini Secretarius, hanc Picturam, Monti Oliveti Spirenſi non abſimilem, piæ devotionis ergo fieri fecit. ††

Moritur Anno 1593. die 17 menſis Auguſti, ætatis 72.

Ante diem Fati bene fac: rapit omnia fatum.
Poſt fatum quæ te facta ſequentur, erunt.
Nemo ſuæ vitæ ſpatium, nec tempora fati
Certa tenet. Tacite mors ſua cuique venit.

VIIII.

In memoriam Admodum Reverendi & Conſultiſſimi D. IOANNIS de *Colonia*, Protonotarii Apoſtolici, nec non R^mi^ & Ill^mi^ Principis Archiep. Moguntini Conſiliarii & Sigilliferi, Collegiatarum Eccleſiarum S. S. S. Mauritii, Ioannis, & Petri Mogunt. reſpective Præpoſiti, Decani, & Canonici, Archidiaconi Ringaviæ; dum Anno MDCXXIIII die VIII menſis Octobris naturæ debitum perſolviſſet, Teſtamentarii & heredes ſuperſtites præter votum poſuerunt MDCXXVII.

X.

Anno MDCXCVI. XV. Kal. Novembris
Vixit,
Natus Moguntiæ Anno MDCXIII,
IOANNES CONRADI,

Eccleſiar. Collegiatar. S. Crucis Can. Capitul.
S. Mauritii etiam Scholaſticus.
S. Victoris Vicarius ſenior Iubilarius.
Tam virtutum quam dierum plenus.
Tam meritis quam annis canus.
Vere bonus morum antiquorum Sacerdos.
Nulli unquam noxius, proximus ſemper.
DEO.

Cuius ut laus clarius in Choro perſonaret, ære magno maius Organum poſuit. Vt quotquot diebus liceretur ad Aram ſub *Prima*, primus annuum Myſtæ cenſum ſtatuit. Vt cohæres Chriſti foret in cœlis, Ipſum in terris ex aſſe Hæredem ſcripſit, imo fecit, re tota Eccleſiæ S. Victoris dicata. Piis Manibus bene adprecare Viator, & abi. Sed memento mori.

XI.

D. O. M.
Ac memoriæ
Admodum Reverendi Domini
IOANNIS BODVE
Eccleſiæ S. Victoris Vicarii.
QVI,
poſtquam per annos plurimos
canore rexiſſet Chorum,
Deſcendens ex Avia, Familiæ
Floſ *de* Saulheim ultima,

Vlti-

Digitized by Google

Vltimus ſuæ,
Calendis Maii Anno MDCCXIII,
Ætatis ſuæ LVIII
tandem obmutuit.
Et
ante Aram Divi Bonifacii
Paſtor inter Oves
univerſam Anaſtaſin
præſtolatur.
R. I. P.

XII.

VIRTVS

poſt funera vivit, cum fama & doctrina, in Illmo & Rev^mo^ Domino, Dno IOACHIMO HAHN. Qui natus Fuldæ 28 Oct. 1667. SS. Theologiæ Bambergæ 1692, & I. V. Doctor promotus Erfurti 1697. Dein Prothonotarius Apoſt. & Comes Palatinus 1717. Fuldæ ad S. Blaſium, Rasdorff & Hinfeld reſpective Can. Cap. & Decanus. Cel^mi^ Principis Fuldenſis Conſiliarius Intimus & Vicarius Generalis 1698. Ab E^mo^ & Cel^mo^ Principe Lothario Franciſco AEpo & Electore Moguntino evocatus & conſtitutus Sigillifer maior, Can. Cap. & Scholaſticus ad gradus B. M. V. Moguntiæ 1712. Provicarius in Spiritualibus & Officialis 1717. Conſecratus Epiſcopus Mettellopolitanus & Suffraganeus Erffurtenſis 1719. Canonicus Cap. 1713, & Decanus Eccl. Coll^æ^ S. Ioannis 1723. Denatus 12. Aprilis 1725.

C. A. R. I. P.

Colluſtrandis quoniam occupamur Epitaphiis, *incongruum non erit, ſi* Moguntinenſibus *ſuperaddam aliquot, vicinis in locis detecta: Quæ, tum ob ingenii acumen, tum energiam* &c. *ſpero fore, ut fronte ſerena L. excipiat.*

XIII.

Hochſti paroch. Lapis marm.

ADVERTE VIATOR.

Rapuit, & rapta eſt, Hæroina nobiliſſima,
S. R. I. Comitiſſa Illuſtriſſima, *de Truchſeß*,
Fridberg, Trauchburg, Waldpurg & Scheer,
D. MARIA CATHARINA ANNA,
ex Comitibus S. R. I. *de Hohenembs*, Gallara & Vaduz
Paterno ſtemmate oriunda.
QVÆ
Matrem habuit Sereniſſam Altempſii Duciſſam,
Et ex Hac,
Ducum & Comitum cognationem ampliſſimam.
Sanctmi illius *Caroli Boromæi* ex Sorore *Hortenſia* Abneptis.
Cui, pietate non abſimilis,
rapuit Cœlum Violenta,
vi non lenta,
Sed beneficiis in Pauperes velociſſima.
Peccati hoſtis rigoroſa,
Morum Suavitate velut Roſa,
Cœlum rapuit vigoroſa.
A quo ſimiliter, utpote Mortalibus invido,
incomparabilisque Hæroinæ avido,
plangentibus Pauperibus
lugentibus Hæredibus
dolentibus Amicis
Rapta & erepta eſt.
Anno ſalutis 1699. 8. Iunii. Ætatis 49.

Statua

Statua Clerici, ante ſe tabulam Spectatori præponens legendam. Ibidem in Capellula

XIV.

Induſtrio & Prudenti Domino, CONRADO HOFFMAN Iurium Lto, Halberſtad. & Neunburg. Eccleſiarum Canonico, R^mi^ & Ill^mi^ Principis *Alberti*, Archiepiſcopi Primatis & Cardinalis Moguntini quondam Conſiliario, Monumenta hæc pia poſteritas & inſignis Principis pietas F. C. Qui vitam cum morte mutavit IX. Kl. Iulii Anno Chriſti MDXXII. Vixit annos LI.

> *Quam multum Ille* Moguntinam *ſibi obſtrinxerit Eccleſiam, dexteritate ſua recuperando Caſtrum* Lindau; *Elector* ALBERTVS, *dum in tantæ actionis redboſtimentum annua eum remunerat penſione, bis enuntiat verbis:*

- - Haben wir dem Erſamen, unſerm Magdeburgiſchen Secretarien - - Conrad Hofman - - -, umb ſeiner guten Dienſt willen ſo Er Unſ und unſerm Stifft Maintz, und ſonderlich indem, daſ er das Schloſſ Lindau, uf dem Eichsfeld gelegen, durch ſein geſchicklichkeit zu unſern Handen bracht, Jehrlich zehn Gulden - - uff unſerer Siegelerey zu Erffurt verſchrieben (ꝛc.) 1522.

Epitaphium, ex ligno compoſitum, formoſam cingens (ni fallor Chriſti reſurgentis) picturam, offendi anno 1736 *in Sacriſtia templi inferioris, velut inter abiecta. Inſcriptio ne pereat, hiſce ſervatam volo.* Schwalbaci.

XV.

Digitized by Google

XV.

D. O. M.

Memoriæ

Nobiliſſ. Virginis ANNÆ a DAEL, quæ Sororem ægram ſana huc ſectans, ipſi ſanitatem, Sui fatum, Matri luctum, & Heu doloris triſte hoc Monumentum expreſſit.

Adpicta ſunt Parentum Maiorumque
Arma gentilitia

Dael.	Menge.
Schenenbeck.	- - -
Kula.	Walraben.

ANNA *puellarum flos, ceu Roſa primula Veris,*
Heu dolor! ætatis Vere ineunte cadit.
Et procul a patria matriſque amplexibus, iſthoc
Illa peregrino condidit oſſa Solo.
Non generis formæque decus potuere, nec ætas
Flectere ducentes penſa ſevera Deas.
Diſce hinc, humanis quam ſit fiducia rebus
Lubrica, ſpes fallax, fluxaque: Diſce mori.

Obiit 29 Aug. Anno MDCVII.
Vixit ann. 17, dies X.

[Lap. Sep.]

Anno 1607 am 29 Aug. iſt das Edel und Tugentſame Jungfreuſin Anna von Dael, aus Soeſt bürtig, gottſelig geſtorben, und allhier begraben worden.

Reliqua

Digitized by Google

Reliqua duo, *Natæ ac Genitoris*, *viſuntur* Oppenhemii *in Cemiterio*, *adhærentia nobiliſſimæ* [*priusquam an.* 1689 *Gallicis incenſa facibus aduſta fuit*] *Baſilicæ*, *Canonicorum olim Collegio*. D. Catharinæ. *Quoad ſtructuram* (*pro gente conditionis huiusmodi*) *potius ſunt Mauſolæa*: *Efformata ex albo lapide*, *inſtar veterum Romanorum*: *Sibimet omnino æqualia*. *Deſcripſi an.* 1715.

XVI.

Iohannæ, Filiæ unicæ admodum deſiderabili, quæ obiit Anno MDLXXIX, ætatis annor. X. m. IX. d. IIII, *Adamus Gelph* & *Maria Petſchin* parentes amari doloris pleni.

Vnica quæ vivens miſerorum Nata parentum,
Iamque ſeneſcentum dulce levamen eram,
Hic Iohanna *levi ſomno* Gelphina *quieſco*.
Vnicus illorum nunc utriusque dolor.
Sic roſa, *ſic violæ*, *ſic candida lilia*, *eodem*
Quo primum florent tempore, *ſæpe cadunt*.
Illa reviviſcunt foliis & flore quot annis,
Rurſus ego extremo ſum rediviva die.

XVII.

In ſpem reſurrectionis per Chriſtum.

Epitaphium Viri Clariſſimi & Doctiſſimi, D. Adami Gelphii, de re literaria & publica optime meriti, qui diem ſuum obiit VI. Idus Septembris Anno Chriſti MDLXXXII.

Gelphius hic carnis compage ſolutus Adamus
Ad propriæ Natæ dulce quieſco latus.
Hoc Pater infelix, illi quod lumina clauſi,
Claudere quæ potius debuit ipſa mihi.
Hoc iterum felix, huic quod poſt funera iungor,
Proximus in Cœlo, proximus ut tumulo.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS PRÆLATORVM ECCLESIÆ S. MAVRITII.

SECTIO I. de PRÆPOSITIS.

HEIDENRICVS. Memoria eius agitur Kal. Decembris. *Libro Animarum* ſive necrologio ad hunc diem notante.

HARTMANNVS: Maioris etiam Eccleſiæ Cantor, & ab anno 1133 Decanus. Subit (1127) *T. noſtro I. p.* 66. (1128) *p.* 79. (1135) *Vol. II. R. M.* p. 584. 11..

ADELHARDVS *Præpoſitus beati Mauricii:* (1150) Vid. Chartularium. *n.* I. 11..

GISELBERTVS. (1152) T. *n.* I. *p.* 218. (1155) *p.* 222. 115.

HEZECHINVS. (1158) T. I. *p.* 231. (1159) *Vol. II.* R. M. *p.* 520. (1160) in Lit. Archiep. *Arnoldi*, obventuris in *Spicilegio.* 115.

HERMANNVS. (1171) *Vol. II. p.* 650. (1181) *p.* 706. (1184) *p.* 706 *fin.* 116.

RVDOLFVS. (1189) *Vol. II.* p. 694. 118.

HENRICVS. (1194) T. *n.* I. *p.* 329. Et conſecutive, ad annum 1211. 119.

WILHELMVS. Mota poſt ipſius e vita deceſſum, Capitulo, ſuper iure Præpoſitum eligendi controverſia, aggrediebatur probatio per Teſtes. Quorum unus, Decanus videl. RVPERTVS, de *Wilhelmi* exaltatione, mediantibus Canonicorum ſuffragiis facta, ediſſerit in hunc modum: 121.

„*Item dicit*, *quod ſub* Wilhelmo, *quondam Prepoſito* . .
„S. Mauricii, *ipſe* Rupertus Decanus *teſtis*, *fuit rece-*
„*ptus ad Prebendam ſuam quam nunc habet in ipſa eccleſia*,
„*ſed electioni ipſius* Wilhelmi *non interfuit*, *quia nondum*
„*in fratrem Capitularem fuit receptus. Scit tamen*, *ipſum*
„Wilhelmum *a Capitulo* - - *fuiſſe electum*, & *eandem*
„*Prepoſituram poſſediſſe usque ad obitum ſuum pacifice* &
„*quiete*.

Ad huius Præpoſiti Geſta ut nunc deveniamus, plenam (an. 1224) in perpetuum ceſſit *Fratribus aminiſtrationem*, ita *ut ipſi libere* & *utiliter de rebus Eccleſie diſponant* & *ordinent*; & *ſibi ipſis in ſuorum diſpendiorum aminiſtratione*, *ſecundum quod honeſtum* & *expediens videbitur*, *provideant*. Inde diſcimus, quo tempore contubernium & Victus, hactenus communia, deſierint.

Gratam cetero mentionem *Wilhelmi* facit ſequens chartula, de anno eodem. (*a*) Poſthac adhuc multos vivendo ſuperfuit; tradens an. 1250 quandam Aream, ſub *emphyteutica perpetua*, Bernardo de *Puzalia* Canonico & Archipresbytero *Moguntino*. An. 1254 III Non. Dec. conſenſum dedit Ludovico Præpoſito S. *Victoris*, incorporandi iſti Eccleſiæ, ad utilitatem Capituli, Decimas præpoſituræ, cedentes in villa *Oeſtrich*.

Simon

n.574. (*a*) Engelbertus *D. G. ſancte* Colonienſis *Eccleſie Archiepiſcopus*. Dilectis ſuis Decano totique Capitulo S. *Stephani* Mogunt. ſalutem, & dilectionem in Domino. Emptionem bonorum in *Coſtheim*, que apud Conventum in *Burſchit* de conſenſu Eccleſie in *Heiſterbach*, cuius eſt filia, quinquaginta ducentis marcis comparaſtis, gratam & ratam habemus ad honorem Dei omnipotentis & B. Prothomartyris *Stephani*, & ob devotionem dilecti nobis Wilhelmi Prepoſiti S. *Mauricii* Magunt., ad commodum & profectum eccleſie memorate.

Datum apud *Tullum* XII Kal. Decembris. Anno Domini *MCC vigeſimo quarto*.

Digitized by Google

SIMON, ortu *Wildgravius*, Eccleſiæ metrop. *Cuſtos*. Innui apud *Wilbelmum*, qualiter mota Capitulo fuerit circa ius eligendi controverſia: Statu poſſeſſionis diſcuſſo per Teſtes. Actum id an. 1285, ubi poſt *Simonis* Præpoſiti obitum, res ad quæſtionem denuo venerat in deſignando Succeſſore. Decano *Ruperto* depoſitionem ſuam ita continuante: 1255

> *Item dicit, quod mortuo* .. Wilhelmo - - -, *Dominus* GERHARDVS *quondam Archiep*⁹ Mogunt. *miſit pro* HERMANNO *quondam Decano* - - - *& Capitulo, & inſtanter rogavit eos, ut vellent conferre Dno* SYMONI, *quondam Prepoſito, dicte Eccleſie prepoſituram. Tunc ipſe Decanus ſic reſpondit:* Domine, niſi revocetis Litteras, quas miſiſtis noſtro Capitulo ſuper revocacione noſtrorum Concanonicorum abſentium, nunquam Dnm *Symonem veſtrum fratrem* in Prepoſitum eligemus. *Scripſit enim* D. Gerhardus *Epiſcopus predictus Decano & Capitulo* - -, *ut Canonicos abſentes vocarent ad reſidentiam perſonalem. Et iſtis Litteris revocatis, Decanus & Cap.* - - *in ipſum* Symonem *conſenſerunt, ipſumque concorditer & unanimiter in Prepoſitum elegerunt. Quem d*⁹ Gerhardus *in preſentia tocius Capituli confirmavit, & precepit ipſo Decano, ut dictum* Symonem *duceret in poſſeſſionem d. Prepoſiture, & ei prebendam cum ſollempnitate debita aſſignaret. Quam prepoſituram d.* Symon *usque ad obitum ſuum poſſedit pacifice & quiete. Et dicit, ſe interfuiſſe omnibus ſupradictis.*

Obiit D. *Simon* an. 1285, ab occepto dignitatis munere XXXo.

EBERHARDVS de *Turri* * ſummus *Cantor*. Præpoſituris, quarum iam ornatus erat binis, † Canonicorum electione acceſſit & tertia, Eccleſiæ huius. *Moguntina* Sedes obitu WERNERI tunc vacabat; Quam ob rem *Eberhardus* ſe confirmari petiit a Capitulo metrop. Non exauditus, appellavit ad Sedem Apoſtolicam: *Honorio* IV. cauſam delegante Scholaſtico D. *Stephani*; cum clauſula, ſi nihil 1285

 obſti-

obſtiterit, Electum confirmandi. Id quod ſeqq' executus eſt tabulis. (*b*)

* *Particulam ſtemmatis T. geneal. v.* T II. *p.* 467.
† B. V. *ad* Gradus, & in Campis.

Diem vitæ ſupremum complevit Noſter anno 1300.

OTTO

n.575. (*b*) IN NOMINE DOMINI *Amen.* SCOLASTICVS Eccleſie bti *Stephani* Magunt. Iudex a Sede Apoſtolica delegatus. Cum nos mandatum apoſtolicum recepiſſemus in hec verba: HONORIVS (*&c.*) Vocatisque omnibus & ſingulis auctoritate predicta qui fuerant evocandi, ad certos actus iudiciarios & terminos, ad procedendum in Cauſa appellationis, quantum eſſet procedendum de iure; Et demum, diſcuſſo ſecundum Iuris ordinem per noſtram Interlocutoriam & in ſcriptis de conſilio Sapientum appellacionis articulo, cum pronunciaſſemus - - -, Dnm *Eberhardum* de *Turri* bene & legitime appellaſſe; predictosque Decanum & Capitulum eccleſie *Maguntine*, tunc Paſtore vacantis, renuentes electionem de ipſo Dno*Eberhardo* concorditer & unanimiter celebratam contra iuſtitiam confirmare, licet ſuper hoc humiliter fuerint requiſiti, male & perperam proceſſiſſe; & nos poſſe, & de iure debere procedere in negocio principali, quatenus de Iure foret procedendum iuxta traditam a Sede Apoſt. nobis formam; In negocio principali volentes pred. mandatum Apoſt. - - - exequi reverenter, omnes & ſingulos quorum intererat, & qui ſua crederent intereſſe, ſimiliter ad certos terminos & ad certos actus iudiciarios exercendos, ad noſtram audientiam per dierum competencia intervalla publice & peremptorie mandavimus evocari.

In quibus terminis cum nullus - - - compareret - - -, - - parte altera legitime comparente, & quatenus debuit exſpectante, & partis adverſe contumaciam accuſante, ipſaque parte adv. ad inſtanciam partis alterius contumaciter per nos legitime reputata, diligenter examinato .. Electionis .. decreto, de Iuris peritorum conſilio quia invenimus, .. Dnm EBERHARDVM per Decanum & Capitulum - - - ad Prepoſituram - -, vacantem ex morte *bone mem.* Dni SYMONIS, quondam Cuſtodis Eccle Mogunt. & Prepoſiti - - S. *Mau-*

OTTO de *Rüdesheim* Decanus metrop. *Eberhardi* in locum ſubiit. Mortuus an. 1320, pervigilio D. *Iacobi* Apoſt. 130.

IOANNES de *Fridberg*. Canonicis Præpoſiti novi eligendi cauſa 2. d. Iulii congregatis, exortum eſt Schiſma; dum per votorum diſſenſionem accidit, tres de gremio Capituli *Moguntini* exiſtentes nominari, in eosque ſuffragia dirigi. Hoc deſuper expedito Inſtrumento. (*c*) Palmam in 1320 el. *confirm.* 1326.

Mauricii, electum fuiſſe concorditer & canonice per inſpiracionem divinam, ad quos Decanum & Capitulum - - - electio ſpectat, & ſpectare dinoſcitur de iure communi; & in cuius electionis poſſeſſione . . exiſtunt, ſicut probatum fuit coram nobis per Teſtes omni exceptione maiores, nemine - - - aliquid in contrarium proponente vel allegante; communicato prudentum conſilio, & habita plena deliberatione nobiſcum, ordine Iuris in omnibus obſervato, in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti Electionem - . Dni *Eberhardi*, quam, ſicut dictum eſt, - - - comperimus - - canonice celebratam, auctoritate . . qua fungimur, ſalvo iure futuri Pontificis ſentencialiter confirmamus, & Ipſum de eadem Prepoſitura, per Librum quem in manibus tenemus, invocata Spiritus ſancti gratia inveſtimus; adhibentes ad hoc omnes ſollempnitates debitas & conſuetas. Inducturi ipſum Dnm *Eberhardum* de *Turri*, cum requiſierit, in poſſeſſionem corporalem Prepoſiture predicte, & defenſuri inductum, ſecundum quod recepimus in mandatis.

Datum & actum Anno Domini MCCLXXXV, III Kal. Octobris.

(*c*) IN NOMINE DOMINI *Amen*. Bone memorie Domino OTTONE, quondam Eccleſie S. *Mauricii* . . Prepoſito, anno . . MCCCXX, Indict. III, XXIIII die menſis Iulii - - - viam univerſe carnis ingreſſo, Honorabiles - -, VLBERTVS Decanus & alii Canonici, Confratres Capituli tunc preſentes, quibusdam terminis ad tractandum de premiſſis - - diem preſentem - -, que eſt ſecunda dies menſe Auguſto ingrediente, hora Capituli conſueta pro termino peremptorio ad electionem futuri Prepoſiti - - prefixerunt; abſentes n.576.

in huiusmodi diſcordantium conflictu abſtulit IOANNES de

tes qui - - evocandi fuerant - - ad huiusmodi terminum evocari facientes.

IGITVR die & hora predictis, convenientibus in Choro eccleſie - -, loco Domus capitularis ad tractandum de electione - - ea vice - -, Dns *Vlbertus* Decanus - - monuit omnes excommunicatos, ſuſpenſos & interdictos - -, ſi qui eſſent forſitan inter eos - -, quod recederent de Capitulo, alios eligere libere permittentes. — —

HIS peractis, & deliberacione habita per quam formam eſſet - - - procedendum, invocato tamen prius per - - D. CVNRADVM Scolaſticum - - votive & humiliter auxilio & conſilio Diſcretorum virorum, Magiſtrorum, CVNRADI de *Leimbach*, Scolaſtici S. *Severi* eccleſie *Erfordenſis*, & HERMANNI de *Mulhuſen*, Iuris peritorum, ut ipſum ac ſuos Concanonicos & confratres Capituli dirigerent de futuri Prepoſiti rite & racionabiliter electione celebranda, & informarent; tandem placuit omnibus & ſingulis, per viam *Scrutinii* eidem eccleſie de . . Prepoſito providere. Vnde aſſumpti fuerunt duo concorditer, videlicet - - IOHANNES *Piſtoris* presbiter, & PAVLINVS diaconus, de ipſo Collegio fide digni. Quibus - - poteſtas data extitit, ut ſecreto & ſigillatim vota omnium, primo tamen ſua, & poſtmodum aliorum, inquirerent diligenter; & ipſis in ſcriptis redactis mox in communi publicarent. Super his tamen & ſingulis premiſſis - -, Dno SYMONE presbitero Canonico - -, in domo ſua in lecto egritudinis conſtituto, ſano tamen mente, diligenter requiſito, & benivole aſſenciente.

SCRVTATORES autem ipſi poteſtatem ſibi traditam acceptantes, ad armarium contiguum choro predicto ſe traxerunt ſecreto; & aſſociatis ſibi, me IOHANNE, & VOLPERTO Notariis - -, ad Scrutinium proceſſerunt; primo ad invicem vota ſua - - - ſcrutantes in hunc modum. Vnus ex eisdem, ſcilicet *Paulinus*, Secundum, videl. *Iohannem Piſtoris* presbiterum, per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & in anime ſue periculum ſigillatim adiuravit, ut ſecundum DEVM ac conſcientiam ſuam iuſtam, in illum dirigeret votum ſuum, quem Eccleſie S. *Mauricii* - - magis utilem & magis

de *Fridberg*, utpote ab Archiepiſcopo MATHIA, PETRI, paucis ante Præpoſitum OTTONEM ſeptimanis defun-

magis ydoneum in Prepoſitum reputaret. Ipſe autem taliter adiuratus, conſenſit in Honorabilem virum Dnm GYSELBERTVM de *Ingilnheim* Canonicum *Mogunt.* in hunc modum: *Ego* IOH. *presbiter*, *d.* Piſtor, - - - *conſentio in* D. Gyſelb. *de* Ingilnheim - -, *ipſumque nomino ad Prepoſituram in eccleſia S.* Mauricii . . *vacantem*, *in Prepoſitum eligendum.* Deinde prefatus *Paulinus* a Socio ſuo - - in forma conſimili adiuratus, in Dnm *Iohannem* de *Frideberg* Can. *Mog.* conſenſit in hunc modum. *Ego* Paulinus *diaconus* - - - (uti prior.)

POSTEA vero abſque alio intervallo iidem Scrutatores proceſſerunt ad ſcrutinium aliorum, ſecreto & ſigillatim votum cuiuslibet exquirentes. Et in primis Decanus, habens in Capitulo primam vocem, vocatus - - - eciam adiuratus conſenſit in D. IOHANNEM de *Frideberg* predictum, in hunc modum - - - — Item CVNRADVS Scolaſticus ſimili modo adiuratus conſenſit in eundem . . *Iohannem* de *Frideberg* - - - - Item SYGELO de *Ingilnheim* presbiter Canonicus - - in prefatum . . *Gyſelbertum* conſenſit. - - - Conſequenter dicti Scrutatores ad domum SYMONIS, presbiteri languentis ſupradicti - - confeſtim pergentes, ibidem d. *Symon* - - - adiuratus iuxta formam preſcriptam, *Paulino* verba proferente, in Dnm HEINRICVM de *Rodenſtein* Canonicum eccl. *Mog.* conſenſit in hunc modum: - - - -

INQVISITIS itaque - - voluntatibus ſeu votis ſingulorum, & per nos Tabelliones - - in ſcriptis redactis, ipſi Scrutatores ad Capitulum redierunt. Et mox in communi *Ioh. Piſtoris* - - - vota eadem publicavit. Quibus taliter publicatis, in continenti Dns CVNRADVS Scolaſticus de mandato Decani - - -, collationem *numeri*, *zeli*, & *meriti* fecit in hunc modum.

Conſtat, *Domini*, *quod nos ſumus ſex Canonici* - - -, *ex quibus tres in* . . Iohannem *de* Frideberg *Can.* Mog., *& duo in* . . Gyſelb. *de* Ingilnheim . ., *ac unus in* Heinr. *de* Rodinſtein . . *ſua deſideria direxerunt*, *ſicut patet per ſcripturam*, *vota ſeu conſenſus noſtrum omnium continentem.*

 Sic

Digitized by Google

functi, Succeſſore confirmatus; licet anno demum 1326,
VIII.

Sic ergo conſtat, quod tres, *que eſt media pars Capituli, conſenſit in . . I. de* F. *predictum; & ita eſt ratione* Numeri *aliis preferendus. Item & ratione* Zeli *eſt ſimiliter preferendus. Nam illi qui nominaverunt eundem, duo ex eisdem ſunt antiquiores tempore, meritis preſtanciores, & in maioribus dignitatibus quam alii, ac ordinibus Sacerdotii conſtituti. Tercius vero in ord. dyaconatus, nec in ſuum conſanguineum conſenſerunt. Sed & racione* Meriti *ipſe . . I. de* Fr. *ſimiliter eſt preferendus; nam ipſe longo tempore in plerisque Studiis famoſis ſtuduit in ſacris Canonibus; Ipſe eciam ſancte* Moguntine Sedi, *tamquam* Officialis *a quondam Dno* PETRO *Archiep.* Mog. *deputatus, ut iuſtus Iudex prefuit longo tempore, & laudabiliter rexit eandem. Eſt eciam honeſte converſacionis, virtuoſis moribus ornatus, & in Spiritualibus ac temporalibus plurimum circumſpectus. Etatis legitime, matrimonio legitimo procreatus, & in ſacris Ordinibus conſtitutus. Patet ergo, quod racione* numeri zeli *&* meriti *eſt ipſe Dns* I. *de* F. *preferendus, & communiter eligendus.*

COLLACIONE igitur ita facta, fuerunt ſinguli de Capitulo requiſiti, ſi placeret eis, quod . . *I.* de *Fr.* in communi, cum in eum media pars, & ſanior - - conſenſiſſet, eligeretur in Prepoſitum. *Decano*, *Scolaſtico*, ac *Paulino* . . conſentientibus & volentibus, *Sygelone* vero & *Iohanne* . . expreſſe reclamantibus, & dicentibus ſuam partem aliis eſſe ſaniorem; & ob hoc, ipſum Dnm GYSELBERTVM de *Ingilnheim*, & non . . *Iohannem* de *Fridberg*, nec . . *Heinricum* de *Rodenſtein* fore eligendum. Primo racione numeri; quia excommunicatis & interdictis ac inhabilibus excluſis non haberet maiorem partem, nec ſaniorem ipſe I. *de* Fr., nec H. *de* Rodinſtein; & ita eſſet racione numeri aliis preferendus. Item & racione Zeli - - -, licet ipſi electores ſui non eſſent tempore antiquiores, vel in maioribus conſtituti dignitatibus, ſicut *Decanus* & *Scolaſticus* . .; nichilominus tamen eſſent habiles, & ab omni exceptione excommunicationis & interdicti, contra ipſos occaſione d. electionis opponenda, premuniti, ac in ſacris Ordinibus ſacerdotii conſtituti; nec eorum aliquis Ipſum nominaverit affectione carnali,

Digitized by Google

VIII. Idus Novembris. Vitam clauſit 25 d. Octobris, an. 1343.

Aaaaaa 2 CON-

nali, aut aliqua pravitate intercedente; nec in ſuis nominacionibus exiſterent ſingulares; & ideo *zelum* meliorem preſumerentur habuiſſe. Item & racione Meriti .. *Gyſelbertus* eſſet merito .. preferendus. Nam ipſe longiori tempore, *Iohanne*, & *Henrico* de *Rodenſtein*, in Studiis generalibus & famoſis ſtetiſſet, & efficacius ſtuduiſſet quam ipſi, in Facultatibus; Ac eccleſiam S. *Mauricii* .., nec non perſonas & bona eiusdem, pre ceteris ſibi notis ſciret & poſſet utilius gubernare, regere & defenſare. Specialiter ex eo, quod Bona ſub poteſtate & tuicione ſuorum Conſanguineorum & Amicorum pro maiori parte eſſent ſituata. Eſſet eciam converſacione honeſtus - - -. Et propter hec & alia .. utique eligendus.

COLLACIONE igitur facta taliter, & his qui dictum *I.* de *Fr.*, ac illis qui .. *H.* de *Rod.* nominaverant, nolentibus *Sygeloni* & *Iohanni Piſtoris* acquieſcere; utriſque dicentibus, ſuam partem eſſe altera ſaniorem; ac ſuis inſiſtentibus nominatis; mox D. *Vlbertus* Decanus - - - prefatum .. *Ioh.* de *Frideberg* - - - elegit ſollempniter in hunc modum.

> *In N. P. F. & Sp. ſancti Amen. Cum vacante Prepoſitura* .. S. Mauricii - - -, *preſentibus in Capitulo omnibus* - - -, *Sabbato proximo poſt Feſtum ad* Vincula S. Petri, *que eſt ſecunda .. Auguſti*, - - - *per viam Scrutinii decreverint eidem Eccleſie de Prepoſito providere; Ac Scrutatoribus deputatis, factoque ſcrutinio per formam Concilii generalis; ac eo publicato, & collatione habita diligenti repertum ſit, mediam partem & ſaniorem Capituli direxiſſe in Dnm* Ioh. *de* Frideberg *Can.* Mog. *vota ſua*, - - - *Idcirco ego* VLBERTVS Decanus .. *vice mea, & meorum coelectorum .. nomine, & poteſtate michi ab eisdem .. tradita & conceſſa, dictum* I. *de* F. *invocata gracia Spiritus ſancti eligo in Prepoſitum* - - -.

ELECTIONE autem huiusmodi celebrata, eam *Scolaſticus* & *Paulinus* prefati - - approbarunt. Eodem modo, & incontinenti *Iohannes* .. *Piſtor* - - - de mandato *Sygelonis* ſui coelectoris .., qui in .. *Gyſelb.* de *Ing.* conſenſerat .., ipſum, vice ſua & illius, ſub hac forma elegit:

. . . - - *Cum*

Digitized by Google

1344 Conradvs de *Spiegelberg*, Scholaſticus *Aſchaffenb.* & D. *Petri Mog.* Canonicus. Obſervavit Lector, ad Præpoſituram usque huc non fuiſſe aſcitos, niſi Capitulares Eccleſiæ metrop. Cuiusmodi attentio ſpecialis habita, ne degeneraret in debitum ſeu neceſſitudinem, viſum Noſtris, quatenus aliquando Eccleſiæ ſuæ Primatum cuidam alteri deferrent. Cumque tunc adhuc viguerit conſuetudo, Electos publicari per Edictum, [quo mediante celebratas electiones impugnare cuivis licebat] Domini antefati inſurgere, & Contradictorem agere non intermiſerunt; obtendentes ius ſibi quæſitum ex tot actibus poſſeſſoriis. Gravem inde Litem ſuſtinere debuit *Conradus.* Deciſa tandem favore Ipſius, ab Archiepiſcopo Henrico. Formula ſententiæ in hunc modum concepta. (*d*) Progreſſu tem-

- - *Cum vacante Prepoſitura* - - - *repertum ſit*, *duos de Capitulo* - - *direxiſſe in Dnm* Gyselbertvm de Ingilnheim *Can. maioris eccl.* Mog. *vota ſua; Virum utique providum & diſcretum*, - - - *Idcirco* ego Iohannes - -, *vice mea*, *& mei coelectoris* - -, *dictum* G. *de* I. - - *eligo in Prepoſitum* - - -

Acta ſunt hec, Anno, Indict. - - - ſupra notatis, ab hora diei ſexta usque ad horam nonam; & conſummata per ordinem ut premittitur, nullo alio actu extraneo intermixto. Preſentibus - - - Cvnrado de *Leymbech* Scolaſtico . . S. *Severi* . . Hermanno de *Mulhuſen* Advocato in Sede *Mogunt.*, & Hartmanno de *Geylnhuſen* Rectore Scolarum in eccleſia S. *Mauricii* ſepedicta. - - -

Adhibiti negotio Tabelliones erant, Ioannes Schelhart.
Volpertvs Nodvng.

n.577. (*d*) - - - Nos igitur, viſis Actis & Cauſæ meritis cognitis, Iuris etiam peritorum communicato conſilio, ac penes nos matura deliberatione præhabita; quia invenimus intentionem dicti Electi ſufficienter fundatam, nec aliquid ex adverſo probatum quod ipſius intentionem elidere poſſit, vel quomodolibet enervare; Ideo ſentencialiter & diffinitive pronunciamus,

Digitized by Google

temporis eidem Conrado longe ſplendidior Præpoſitura obtigit. Necrol. ad IV. Kal. Maii: *Reverendus Pater* CONRADVS de *Spiegelberg*, Prepoſitus Eccleſie Treverenſis, *& olim huius Eccl. Prep*. *Qui tempore obitus ſui legavit ad Preſentias ducentos flor.*

THEODERICVS de Ilfelt, *Eccleſiæ metrop. Cantor.* Anni, quibus hac, & ſimul *Præpoſiti* dignitate inſignitum reperi, 13..

mus, electionem de perſona d. CVNRADI ad eandem Prepoſituram factam, eſſe legitimam, ac rite & canonice celebratam, & etiam tanquam canonicam confirmandam. Ipſumque *Conradum* in Prepoſitum d. Eccleſie, & eius electionem - - in Dei nomine per preſentes confirmantes, & dictis Oppoſitoribus, & aliis quibuscunque perpetuum ſilentium imponentes, atque eundem Prepoſitum in poſſeſſionem vel quaſi, iurium & pertinenciarum d. prepoſiture fore mittendum; & ſibi a ſubditis ſuis ut vero Prep. fore obediendum, preſentibus declaramus. Neutram partem, equitate ſuadente ſubdentes condempnationi expenſarum. In quorum - - teſtimonium hoc preſens Inſtrumentum - - - exinde confici & conſcribi, - - - - noſtrique Sigilli appenſione - - - iuſſimus communiri.

Acta ſunt hec ſub Anno . . *MCCCXL quarto.* Indict. XII. Pontificatus SS^mi^ in Xpo Patris . . Dni CLEMENTIS Pape *Sexti* anno ſecundo. Feria II^a^ pred^a^, que fuit XXVIII menſis Iunii exeuntis, hora eiusdem diei quaſi tertia, in Aula maiori Caſtri *Aſchaffenburgenſis* - -, in tertia feneſtra ab *hoſtio* ipſius aule. Preſentibus Spectabili viro RVPERTO Comite *de Virnenburg*, ac Honorabilibus . ., IOHANNE, Scolaſtico eccl^e^ S. *Marie* ad gradus, WALTHERO Cuſtode *Aſchaffenb.* GERLACO S. *Petri* extra: IOHANNE de *Lorch*, S. *Stephani*, intra muros Moguntinos: THEODERICO de *Erlenbach*, eiusdem *Aſch.* Canonicis eccleſiarum. Nec non Diſcretis . . GERVNGO presbitero de *Aſchaffenb.* & BRVNONE Clerico de *Colonia*, ad premiſſa vocatis pro teſtibus, & rogatis.

Et ego IOHANNES de Dalheym - - - *publicus Imperiali auctoritate Notarius* (&c.)

Digitized by Google

ri, ſunt 1368 —— 1376. Exiſtens an. 1730 *Erfurti*, perluſtransque ſacras Ædes, obtulit ſe mihi, nihil minus cogitanti, in *Severiana* ſequens epigraphe:

> ANNO DOMINI MCCCLXXX SECVNDO, IX. IDVS APRILIS, OBIIT VENERABILIS DNS THEODERICVS DE YLVELT CANTOR ECCLESIE MAGVNTINE, FVNDATOR HVIVS ALTARIS.

Præpoſituræ nulla cum fiat mentio, vix dubium eſt, quin pridem eam reſignaverit.

13.. OTTO, Comes *de Naſſau:* Plane manſiſſet incognitus, niſi in Litteris, paulo inferius allegandis, legeretur, Præpoſituram obitu *Ottonis* vacaſſe. Conſpectis tabulis genearchicis, quibus Seren. Domus *Naſſovicæ* propaginem ſumma cura & induſtria nuper adornavit Cl. *D. Ioannes Iacobus* REINHARD, aſſerere tuto licebit, hunc *Ottonem* fuiſſe filium OTTONIS, e *Sigenſi* familia natu minorem, fratrem IOANNIS ac HENRICI: Roboraturque chartula ſubiuncta, * mentionem eius faciente, utut ſtatus Eccleſiaſtici axiomate haud appoſito. Probabiliter, quod ei nondum fuerit adſcriptus.

> * Wir Johan Grav zu Naſſaue der Jüngſte bekennen - - -, daſ ich miner lieben Muter, Henrich und Otten miner Brudere; und auch *cum conſenſu Archiep.* GERLACI . . ; Wan ich die Vogtey u. Gericht zu Siegen, das von Jme u. ſinem Stifft zu Lehen han, und haben ſol, - - - han gewidmet Margareten von der Marcke, miner lieben elichen Huſſraue, mit der halbſchied der Burg u. Stat zu Siegen, und mit dem Sloſſe, das da heiſet der Hayne (&c.) [*Anno* 1361. Luciæ *Virg.*]

1384 HENRICVS de *Gelnhauſen*. Ottonis, intempeſtivo fato abrepti, in locum ſubiit, hac edictali citatione prævia.

via. (*e*) Deinde confirmatus, obviat an. 1392, ut Collector Subſidiorum per terminos Præpoſiturarum in Moguntina diœceſi.

IOAN-

(*e*) ADOLFVS D. G. *ſancte* Mogunt. *Sedis Archiepiſcopus* - - - Devotis noſtris dilectis, S. *Mauricii*, *Ignatii*, *Quintini*, *Xpofori* ac *Heimerami* Civitatis *Mog.* parochialium eccleſiarum Rectoribus, ceteriſque Plebanis, viceplebanis, & Notariis publicis per civitatem & dioceſin Maguntinam ubilibet conſtitutis Salutem in Domino. n. 578.

Iuſte petentium deſideriis animum noſtrum libenter inclinamus. Cum igitur, nuper vacante Prepoſitura eccleſie S. *Mauricii* . . per obitum Nobilis domicelli OTTONIS de *Naſſauvve*, ultimi d. eccleſie dum vixit Prepoſiti, - - Decanus & Capitulum - - - unanimiter, nemine contradicente, ſervatis ſervandis Honeſtum . . HEINRICVM de *Geilnhuſen*, ipſius eccl. Canonicum, Virum providum, & - - - litterarum ſciencia, vita & moribus nobis multipliciter commendatum, in Prepoſitum - - elegerint; Nobiſque iidem eligentes cum Electo humiliter ſupplicaverint, quatenus prefato Electo confirmacionis munus impertire dignaremur, - - - Nos vero huiusmodi ſupplicacioni favorabiliter annuere volentes, attendentes Dictum Apoſtoli, referentis nemini cito manum imponendum antequam de ipſius converſacione & ceteris circumſtanciis plenarie fuerit inveſtigatum; Vt igitur ignorantiam noſtre confirmacionis eidem Electo impendende nullus poſſit allegare; Vobis - - - diſtricte precipiendo mandamus, quatenus omnes & ſingulos, quorum intereſt vel qui ſua putaverint intereſſe, publice proclamacionis Edicto premiſſo citetis peremptorie, quos & nos per preſentes citamus, ut feria quarta poſt Dominicam *Exaudi* coram nobis in Opido noſtro *Eltevil* compareant, ad impugnandum electionem de predicto Electo celebratam, ſeu obiciendum contra ipſius Electi perſonam, quicquid obicere ſeu opponere voluerint contra eandem . - - - alioquin in penam contumacie - - - in dicto confirmacionis negocio previa ratione ad ipſius totalem conſummacionem procedemus. Reddentes litteras ſigillatas in ſignum debite execucionis per vos factæ.

Datum

Digitized by Google

1397 IOANNES Kemp *Decr. D. Canonicus B. M. V.* Depoſito munere Advocati, quo functus eſt in Vrbe, * domi redux, Præpoſituram auſpicato vacantem adiit. Quandoquidem liber *Manufidelium* Eccleſiæ B. V. prædictæ, inter nuncupatos anni 1398 eum refert, ſæpiusque porro. Anno 1401, Aug. 17. creatur *S. Moguntinæ Sedis Protonotarius & Iudex generalis.* Admotus 1406 *Francofurtenſi* Præpoſituræ, *Mauritianam* dimiſit. Viri prudentia, pietas ac doctrina, quibus antecelluit ſui temporis reliquos, permoverunt Archiep. IOANNEM, ut inter miſſos ad Concilium *Piſanum* 1409 Nuntios, locum ipſi aſſignaverit primum.

* *b.* T. III *p. 618.* *Conf.* Vol. II. R. M. *p. 670.*

1406 WINTHERVS de Reiffenberg *Canonicus Moguntinus, Spirenſis, & D.* Mauritii *Præpoſitus.* Hunc gerens titulum, iure clientelari conceſſit certa Bona Nobilibus *de Greiffenclau*, ſub dato feria ſexta poſt S. *Gereonis* an. 1408.

14.. PETRVS Echter, *Can. Eccl. metropolitanæ: Præpoſitum* dicunt Chartæ annorum 1416, 1417. Anno 1428 factus eſt maior Decanus; ad quem usque, Præpoſituram continuaſſe opinamur.

14... BRVNO *Trudelonis* de *Itſtein.* Ab Archiep. IOANNE renuntiatur *Vicarius in Spiritualibus generalis* d. IV. Nov. an.

Datum *Pingvvie* feria quinta poſt Dominicam Vocem iucunditatis - - MCCCLXXXIV.

In Executo refert Parochus ad S. Ignatium, *cui nomen* Petri, *quod* XX *Maii Citationem in Templo D.* Maur. *alta voce publicarit, affixeritque poſtmodum ad valvas. Præſentibus* GEORGIO de Franckfordia *Vicario S.* Agnetis, IOANNE Wilderici *Altariſta* Veteris cellæ, HEILONE *de* Ortenberg S. Ignatii *Vicario*, & HENRICO *de* Minzenberg.

Digitized by Google

an. 1432 *T. II. p. 425.* Fratres habuit PHILIPPVM, Can. D. *Petri*, & CONRADVM, Plebanum in *Haſſlach*. Qui tres una ſimul ſtruxerunt Capellam extra muros Oppidi *Eltevil*, in honorem S. *Nicolai*, reditibusque competentibus dotarunt. Eandem, d. XIV. Mart. 1441, *Brunone* adhuc ſuperſtite, plenis auxit Indulgentiis Præſul THEODERICVS. Quo ipſo tamen Anno e vita migravit.

NICOLAVS *Schilthauer*. XX Dec. Summus Decanus PETRVS *Echter* conſtituit Manufidelem. Quod non longe perduxerit munus, hoc patet ex relatione Capituli ad THEODERICVM, dum confirmari petiit Succeſſorem. Vbi namque ſic: „*Eapropter b. m. Dno* NICOLAO Schilthauer Prepoſito noſtro, *in vigilia S.* Nicolai, *que fuit* „*quinta menſis Decembris preſentis anni* 1443 - -, *viam* „*univerſe carnis ingreſſo*, *corporeque ipſius* - - *eccleſiaſtice* „*tradito ſepulture*„ (&c.) 1441

PETRVS *Plait*. Præfixo ad electionem die 23 Xbr., rei ſeries pertractata eſt in forma ſubſcripta. (*f*) Et huius admini- 1443

Bbb bbb

(*f*) - - - Intrantes armarium ſive Sacriſtiam - -; ac in primis iuramentum iuxta formam Concilii *Baſilienſis* ab omnibus preſtitum fuit, tenoris . . n. 579.

Ego N. *iuro*, *& promitto Omnipotenti* DEO *& S.* Mauricio *Patrono noſtro*, *eum eligere*, *quem credam* . . *Eccleſie in ſpiritualibus & temporalibus utiliorem. Nec illi vocem dare*, *quem veriſimiliter ſcivero*, *promiſſione aut datione alicuius rei temporalis*, *ſeu prece*, *per ſe aut alium interpoſita*, *aut alias qualitercunque*, *directe vel indirecte*, *pro ſe electionem procurare. Sic me Deus adiuvet*, *& ſanctorum Evvangeliorum conditiones.*

Quibus quidem iuramentis preſtitis, . . Domini CONRADVS Scolaſticus, CONRADVS *Wonneck* & IOHANNES *Dreyſer* Canonici Scrutatores, ſecedentes ad partem, ſcrutatis

Digitized by Google

miniſtratio brevitate laborat; perpenſo, quod annis, ab introitu ſuo fere contiguis, inter ordinarios Canonicos locatum

tatis primo ipſorum - -, & poſtea aliorum - - eligentium, ſecrete & ſigillatim votis, ipſisque in ſcriptis fideliter redactis, interrogaverunt nos - - -, an vota .. publicari nobis vellemus. Qui unanimiter conſenſimus, ut huiusmodi vota nobis, & quem quilibet nominaſſet, publicarentur. Vnde mox Sacriſtiam - - exeuntes, & ad Altare ſummum - - properantes, vota .. in ſpecie publicarunt.

Et compertum eſt, CONRADVM Scolaſticum in NICOLAVM *Iuſſel* Canonicum, Suum: CONRADVM *Woneke* in IOHANNEM *Rumelfels:* NICOLAVM *Iuſſel* in .. CONRADVM Scolaſticum, Suum: HENRICVM *Ebersheym* pro ſe, & procuratorio nomine GOTZMANNI de *Ingelnheim*, in Venerabilem virum *Mgrm* HENRICVM *Leubing* ſua: IOHANNEM *Dreyſer* pro ſe & nomine procur. PETRI *Reiß* .. in - - PETRVM *Plait* Can. noſtrum ſua: ac IOHANNEM *Rumelfels* in eundem PETRVM *Plait*, Suum: vota direxiſſe, dixerunt & allegarunt. - -

Quo facto, ſtatim habita eſt collatio Numeri ad numerum, Zeli ad zelum, Meriti ad meritum, Electi & eligentium. Ex tunc immediate, Ipſi qui in .. P. *Plait* vota ſua direxerunt, dictis *Conrado* Scol°, C. W. & I. D. - - Scrutatoribus, poteſtatem eligendi, & electionem pronuntiandi, ſcrutatis votis ſingulorum dederunt, & vice ſua transtulerunt.

Quibus - - - ad partem ſecedentibus & paululum interlocutis, ac ſingulis votis .. ſcrutatis ad Altare ſummum revertentes, - - - unanimi conſenſu Dnm PETRVM PLAIT - - - abſentem tamquam preſentem, Virum utique approbatum, plene & mature etatis, habilem & ydoneum, de legitimo matrimonio ſuſceptum, moribus, vite ac litterarum ſcientia merito commendandum, - - - invocata Spiritus ſancti gratia in ſuum & Eccleſie S. *Mauricii* .. *Prepoſitum*, per organum .. C. Scolaſtici .. publice, alta & intelligibili voce elegerunt, & electum pronunciarunt, prefato .. H. *Ebersheim* & ceteris - - ibidem preſentibus, audientibus, & minime contradicentibus, in hunc .. modum.

Ego

Digitized by Google

catum deprehendam. Vnde concludere licet, Præpoſituram reſignaſſe in gratiam *Leub.*

HENRICVS *Leubing*. Cel[mi] Principis Electoris THEODERICI quondam *Cancellarius*, Præpoſitus *Heiligenſtadenſis.* Sub axiomate *Mauritiani* obviat 1445. 46. 47. Egregia Viri geſta legi poſſunt in noſtra *Sylloge* p. 524. Nec Is Præpoſituræ immortuus eſt. Qui, Moguntino Solo [dignitatibus & Officiis queis inclareſcebat exutis] an. 145. valedicens, abiit *Norimbergam*, ubi dies vitæ reliquos in munere parochiali Ædis D. *Sebaldi* traduxit. 144.

IOANNES: Ecce Præpoſitum, ampliſſimæ dignitatis gradu eminentem, *Eccleſiæ Romanæ* CARDINALEM. Nobis retectus per Litteras præſentationis, factæ 1453 ad quoddam Beneficium in *Rhingavia*, ceu Præpoſiti Mauritiani *Archidiaconatu.* * 144.

* *Dudum deſierunt, unico* Rhingavienſi *excepto; Qui in activitate ſua conſiſtit eatenus, ut ad* Præpoſitum D. Maur. *ſpectet, præſentatos ad Beneficia eccleſiaſtica inveſtire.*

Quantum non exultat fervidus rerum inveſtigator, in occurſu felici alicuius chartulæ, ſine qua (ut de caſu loquar)

Ego CONRADVS Scol° - - *nomine meo & Conſcrutatorum meorum eligo, & in electum pronuncio in* Prepoſitum *S.* Mauricii *Honorabilem Dnm* PETRVM PLAIT *Can. Capitularem, in ſacerdotio conſtitutum, in nomine Patris* - - -

Que acta ſunt *Moguntie*, in armario - - -, ſub Anno .. MCCCCXLIII. Indict. VI, die vero Lune XXIII menſis Decembris. Preſentibus ibidem Diſcretis viris, .. IOHANNE *Bachenſtein*, Clerico Herbip. dioc. MARQVARDO *Creiß* Notario publico, & IOHANNE *Steinheim* S. Mag. Sedis Bedello iurato, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. [*Et quæ de ipſius* Electi, *per procuratorem ſuum,* IOANNEM Rodichin, *Can.* D. Ioannis, *acceptatione ſubduntur.*]

Præpoſitus hicce *purpuratus* Cimmeriis latuiſſet in tenebris. Reproduco eam ex autographo, non in Mauritiano, ſed Electorali Archivo repertam. (*g*)

14.. NICOLAVS Iuſſel *Algesheimenſis*. Quæ in electione Petri *Plait* fortuna fuit adverſa, hæc tandem *Nicolao* favit poſt intermedios antenotatos. Vtpote Præpoſiti titulo nobis occur-

n.580. (*g*) Reverendiſſimo in Xpo Patri & Domino Dno IOHANNI, tit. S. *Angeli* ſacroſanſte Romane Eccleſie *Cardinali*, ac *Prepoſito* eccleſie S. *Mauricii Maguntinenſis*; aut eius Officiali ſeu vices gerenti, Generoſa ac nobilis Domina ANNA de *Waldeck* reverentiam debitam, & quicquid poteſt obedientie, & ſervicii, & honoris.

Ad beneficium perpetuum Altaris *Sancte Trinitatis & trium Regum*, ſitum in parochiali eccleſia ville *Lorch* Mag. dioc., ex nunc vacans per obitum quondam Dni HENRICI de *Naſſavve*, illius ultimi dum vixit poſſeſſoris extra Romanam Curiam & in Partibus defuncti, cuius collatio ſeu ius preſentandi ad me ratione iuris patronatus ſpectat pleno iure, & pertinet; Diſcretum IOHANNEM *Fulckqvvin* Clericum - -, in Artibus Baccalaureum, tanquam habilem & idoneum vobis duxi preſentandum, ac preſentium tenore preſento. Vna cum eodem obnixe ſupplicantes, quatenus dictum preſentatum, ad ipſum altare & pertinentias eiusdem, prout ad veſtrum ſpectat officium, admittere & inveſtire, ſibique de eodem cum omnibus iuribus ſuis providere gratioſe dignemini, adhibitis in premiſſis ſolemnitatibus debitis & conſuetis.

In cuius rei teſtimonium ego HARTMVNDVS *Focken*, Vitricus ſupradicte *Anne* Sigillum meum duxi appendendum. Datum Anno Domini MCCCCLIII. Die vero Martis X. menſis Iunii.

Altare memoratum fundavit Strenuus miles PETRVS Schramm *de* Waldeck, *mortuus improlis an.* 1428. *Haredes poſt ſe relinquens* PETRVM Schramm *de* Guggenheim *&* IOANNEM Donner *de* Lorheim, *ſuos Cognatos*.

occurſitans 1467. In Litteris anni 1475, adiicitur talis: *Iudex & Conſervator Iurium, privilegiorum, libertatum, rerum atque Bonorum, Venerabilium & Generoſorum - - Dnor. Decani & Capituli, ſingularumque perſonarum Eccleſie* Maguntine *a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus.* Morte conſumitur 1484 d. XIV Apr. *Epit. T. II. p. 881.*

CONRADVS *Thuſs* ex *Warberg*, Canonicus etiam D. *Stephani* & *B. M. V.* Tam in officio *Præpoſiti* quam *Conſervatoris* Nicolao ſucceſſit. Vita functus d. XI m. Iunii an. 1501. 1484

THEODERICVS von der Hart, Eccleſiæ S. *Mauritii Præpoſitus.* ꝏ anno 1504. 1501

VALENTINVS *Schatz*: Quem *liber Concluſionum* inducit his verbis: „*Anno* 1505. *XXVIII die Ian. accepit poſſeſ-* „*ſionem Prepoſiture Dns* Val. Schnatz *Can.* S. Stephani, „*vacantem per obitum* Theoderici von der Hart.„ Carnis ergaſtulo ſolutus eſt *Romæ* an. 1512. 1505

CHRISTOPHORVS Hauſen *de* Egra. *XXVIII Aug. admiſſus ad poſſeſſionem .., Die XII Octobris obtinuit etiam Canonicatum.* [Ex eodem libro.] 1512

GEORGIVS *Berner*. Proviſus *Romæ*, in poſſeſſionem d. 28 Iun. immiſſus eſt: *Chriſtophoro* ad Præpoſituram dimittendam coacto, quod eam impetraſſet nominatione Archiepiſcopali. ꝏ *Georgius* 2. Aug. 1539. 1513

QVIRINVS Galler, *Paſſavienſis*: Collatore Rmo Cardinale ALBERTO virtute Indulti Apoſtolici. Fuit etiam Can. D. *Victoris*, & *B. V.*, ubi iacet ſepultus. Cippo mortis annum exprimente 1547. 1539

IODOCVS Hottfelder, *Præpoſitus* (Epiſcopus poſtea) *Lubecenſis.* Poſſeſſionem huiatis capeſſivit ipſo Feſto *Mi-* 1547

Digitized by Google

chaelis Ar. Eccleſiarum, *Hildeſiæ* Cathedr., B. V. *Mogunt.* & *Erfurti* Canonicus. Denatum 1551, alma tenet *Roma.*

1551 PETRVS Dusburg, *Can.* Bonnenſis *ad* SS. *Caſſium & Florentium.* Renuntiatur a *Iulio* PP. III. Nimis procul abſens quo minus accederet in Perſona, Domini admiſerunt Procuratorem, PETRVM *Nyll*, Canonicum S. *Cuniberti Coloniæ*, cui poſſeſſio tradita d. 13 Oct. In Romana Curia deceſſit An. 1554.

1555 IOANNES a Cockier *Leodienſis:* Similiter in Vrbe ſubſiſtens, mandato quempiam inſtruxit, cui poſſeſſio daretur, quamque erga denumerationem LXV flor. auri obtinuit 6. Aprilis. Non ita multo poſt vero compertum, Principalem iam antea diem ſupremum obiiſſe.

1558 WILHELMVS *Ebersheim*, dictus *Carpentarii.* Electus a Capitulo, in poſſ. Præpoſituræ, quadriennio ferme vacantis ductus eſt 23 Decembris. „*Non tamen in præiudi*„*cium Sedis Apoſtolicæ, ſed pro conſervandis iuribus Eccle*„*ſiæ, ac ipſius Præpoſituræ.*„

Anno ſeq. in feudum contulit partem tertiam Decimæ *Elsheimenſis* THEODERICO de *Greiffenclau.* 28 Apr. 1584: Scholaſticus etiam D. *Stephani*, Can. D. *Victoris* & Summi Templi Vicarius.

1584 VITVS *Miletus* S. T. D. *Vratislavienſis*, Moguntiæ ad S. *Petrum*, *Victorem*, & *B. V.* Canonicus. Vir doctrina & dexteritate in rebus agendis illuſtris. Præpoſituram a P. M. habitam cum vita depoſuit 1615, XI. Sept.

1616 IOANNES de *Colonia*, Decanus S. *Ioannis*, D. *Petri* Can. Celſmi Moguntini Ar. Sigillifer. 8 Oct. 1624.

IOAN.

Digitized by Google

IOAN. LVDOVICVS de *Hagen*, S. T. L. Francofurti ad S. *Leonardum* Decanus, S. *Bartholomæi* ibidem, nec non S. *Petri* Mog. Can. Diu ante, quam Præpoſ. *Mauritiana* potitus eſt, gaudebat utroque titulo, tum *Protonotarii Apoſt.*, tum *Comitis Palat. Cæſarei.* Cuius ultimi Officii actus exercitos peculiari conſignavit libro, hac a fronte præfixa notitia: † Quoad Protonotariatum, illum accepiſſe memorat a Pontif. *Paulo* V. 24 Sept. 1613. Hoc pariter adiecto notamine: †† Apprime doctus fuit, ac lite- 162.

† „Anno Domini MDCXIV 28 Ian., quæ dies eſt ſacrata S. „*Carolo Magno* Patrono *Francofurtenſium*, *Lintzii* in Au„la Cæſarea renuntiatus ſum a Glorioſ^mo^ & Invict^mo^ Prin„cipe ac D. D. MATTHIA *Primo*, Rom. Imp. ſemper Au„guſto - - - *Comes Palatinus*, intercedente R^mo^ & Illmo „Principe D. D. *Ioanne Suicardo* a *Cronberg* S. Sedis Mog. „Archiepiſcopo, S. R. I. per Germaniam Archicancellario „Principe Electore, Domino meo & Mæcenate Optimo Ma„ximo. Negotium bene promovente Nobili D. *Ioanne Ru„digero* Conſiliario Mogunt. & Cameræ præfecto digniſſimo, „Amico meo unice colendo; Et tandem Reverendo Patre „(*Reinhardo*) Ziglero, Reſidentiæ S. I. *Aſchaffenburgi* „Rectore, præceptore meo chariſſimo.

„*Taxa erat, quinquaginta floreni aurei in auro, quos* „*mihi optimus prædictus Pr. Elector* Mogunt. *ut ſuo* „*Conſiliario remiſit; exceptis iuribus Cancellariæ, ac* „*Honorariis h. i. Patronis meis, quæ expoſui, ad cen„tum flor. ſe extendentia.*

†† *Hæ Litteræ conſtant mihi LXXIV florenis baziis, præter moleſtias quas habui in impetrandis .. recommendatiis Rev.* P. MARTINI Becani, *præceptoris mei optimi, ad Rev. & Illmum* . . [nomen deeſt] *& R. P.* BALTAZARIS Hageri, *Rectoris S. I.* Moguntiæ, *ad R. P. Rectorem Collegii Germanici* Romæ.

„Præſtiti iuramentum fidelitatis Protonotariorum, & pro„feſſionem Fidei, 20 Dec. an. 1613 ad manus - - - D. AN„DREÆ *Weberi*, Decani & Officialis *Ffurtenſis*, coram ſum„mo

Digitized by Google

literatus, plurimum valens apud *Emin.* ANSELMVM CASIMIRVM; aſſiduo Epiſtolarum commercio eocum uſus. Litteris, eleganti ſtylo latino conceptis, ſemper immiſcendo tale quid acroamaticum, quo vividum ac perſpicax Viri ingenium demirari licebat.

In iſtis, quibus recenter electo Principi de conſcenſo ſummæ Dignitatis faſtigio gratulatus eſt an. 1629, ita ſe ſubſcribit: - - *Eiusdem Conſiliarius Intimus, & Archiepiſcopalis Menſæ Sacerdos.*

Præpoſitura dudum reſignata, vitam protraxit usque ad an. 1654; ubi adhuc IX. Martii officium Comitis Palatini [vice ultima] impenderat creationi *Petri Mohr, Wertheimenſis*, Cellarii ad Albas Dominas *Francofurti*, in Tabellionem.

Vltra tot habita Beneficia, titulosque ſupra tactos celebris erat ut *Cancellarius* almæ *Vniverſitatis Moguntinæ*, tum vero Apoſtolicus nec non Imperialis rei Librariæ Commiſſarius.

1637 THEODORVS Colchon, *Can. B. V. & Sacellanus Aulicus:* Abdicanti ſucceſſit. Humanis erepto an. 1655, proviſum *Romæ* cuidam Nobili *de Fürſtenberg.* Quum autem ad capiendam poſſeſſionem nimiopere cunctaretur, Prælaturam ex iure devoluto contulit Archiepiſcopus illi qui ſequitur.

1655 AVGVSTINVS *Paſtorius* I. V. D. Cui, attamen ſuo periculo, data poſſeſſio d. 26 Novembris.

PHIL.

„mo Altari in regio Templo S. *Barthol.* Præſente MARCO „ *Welz* Notario Ap. & Cæſ., ſanctæque Sedis Mog. iurato. Teſtibus . . Dominis, GASPARO *Straus* Can. S. Barth., IOANNE *Corth*, ibidem Vicario & Subcuſtode. M. NICOLAO *Delfino* ibid. Vicario. M. IACOBO *Ardenio Elſano*, - - - circa ſeptimam horam matutinam ad id ſpecialiter vocatis & requiſitis.

PHIL. IAC. Weckerlein, *Can. B. M. V.* & *S. Ioannis.* 1656
Ex *Furſtenbergii* reſignatione proviſus in Curia R. Ordinario agnoſcente, proviſ. Apoſtolicam debere præferri. ꝏ m. Novembri 1671.

CAROLVS *Denis*, patria *Luzemburgius.* Philippum ſecutus, 1672
eorundem, quibus Ille, Beneficiorum extitit poſſeſſor. Decumanæ ſtaturæ hominem, vultu ſuo pallido ac ſevero mihi tum puero ſæpius terrorem incutientem, devicit mors, 5 Sept. 1696.

IOAN. WALTHERVS *Bähr.* De quo ſequens extat poſ- 1696
ſeſſionis ipſi traditæ documentum. (*b*) Vitam clauſit anno

Ccccc c

(*b*) Nos QVIRINVS KVNCKEL, SS. T. & I. V. D. *inſignis* n.581.
Eccleſiæ S. *Mauritii* Auguſtæ Vindelicorum *Præpoſitus*, *Emi Archiepiſcopi ac Principis Elect. Mogunt. Conſiliarius Intimus & Eccleſiaſticus, eiusdemque Officialis, Protonotarius Apoſtolicus; ad infraſcripta, eorundemque executionem Commiſſarius ſpecialiter deputatus.* Notum facimus, nobis præſentatas eſſe Litteras Apoſtolicas, quarum initium: INNOCENTIVS *Epiſcopus*, *Servus ſervorum Dei. Dilecto filio Officiali venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Mogunt. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dignum arbitramur & congruum* &c. Finis vero talis: *Datum* Romæ *apud Sanctam Mariam maiorem Anno incarn. Dominica MDCLXXXXVI. VII Kal. Decembris. Pontificatus noſtri anno Sexto.* Quibus Admodum Rev. & Eximium Dnm, *Ioannem Waltherum* BEER, Eccleſiæ Collæ S. *Stephani* Canonicum Capitularem, ſuper Præpoſitura S. *Mauritii* intra hanc Vrbem, per obitum D. CAROLI *Denis*, eiusdem ultimi & noviſſimi poſſeſſoris vacante, inveſtire iubemur. Nos igitur volentes mandatis S. Sedis Apoſtolicæ, uti tenemur, obedientiam humillimam præſtare, ac quod iuſſi ſumus fideliter exequi; Hodie infraſcripto dato, mane horam inter ſeptimam & octavam, in Seminario S. *Bonifacii*

no geſti muneris 30mo (ſi nactam poſſeſſionem ſpectes) præciſe completo. Videlicet 1727, menſis Iulii die prima. Deductus ad Parthenonem S. *Agnetis*, requieſcit in abdita quadam capellula, marmoreo cohoneſtatus epitaphio.

1728 ANTONIVS FRANCISCVS *Itſtein* S. T. D. Præpoſituræ, ſibi collatæ XII. Kal. Sept. anni ſuperioris a *Benedicto XIII*, poſſeſſionem cepit 28 Ian. Eam poſt aliquot menſes permutando erga Canonicatum *B. V. in Monte Francofurti.*

1728 *14 Maii.* PHIL. LVDOVICVS de Hauzeur, *Collegiatæ ad SS.* Mauritium & Severum in Münſter-Meynfeld *Canonicus.* Atque hic eſt S. *Mauritii Præpoſitus & per Rhingaviam Archidiaconus* etiamnum ſuperſtes.

SECTIO II.

facii dictum *Ioan. Waltherum* ſuper memorata Præpoſitura cum plenitudine Iuris Canonici inveſtivimus per trinam Byreti impoſitionem, idque in nomine Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti. Mandantes . . Decano & Capitulo eiusdem Eccleſiæ, ut, in corporalem & actualem poſſeſſionem inducto & ſic admiſſo, de illius omnibus annexis fructibus, iuribus, proventionibus & obventionibus integre faciant reſponderi. In his, mandatis S. Sedis Ap. ſatisfacturi.

In cuius rei fidem has per S. Sedis Moguntinæ Notarium expediri iuſſimus. *Moguntiæ* Anno Domini MDCLXXXXVII, die vero prima menſis Iulii.

Ex mandato Domini S. Sedis Apoſt. Commiſſarii prælibati

Petrus Chriſtianus Kirchner,

R^mi Vicariatus Mog. Aſſeſſor & Secretarius, eiusdemque S. Sedis Notarius primarius.

Digitized by Google

SECTIO II.

de

DECANIS.

HENRICVS Decanus S. *Mauritii*: (1184) *T. II.* R. M. *p.* 651. 11..

EBERHARDVS. (1196) *p.* 740. 11..

CONRADVS. (1212) *p.* 593. (1213) *p.* 758. (1220) *p.* 473. - - 1244. 12..

MARCOLFVS. (1228) ſub *n. IV* in Diplomatario. (1240) *n. VI.* 122.

CONRADVS. (1253) *Vol. II. p.* 658. 12..

HERMANNVS 1256 ——— 1269. 125.

RVPERTVS. (1285) Quo vid. in Præpoſito *Simone.* 1286 ——— 1290. 127.

CONRADVS *Kirchberg*. Ceu *Decanus* obviat an. 1300 in Litteris Capituli, elocantis H. Scholaſtico domum, *in cemiterio, habitatam olim a* Ruperto *bone mem. Decano.* 129.

HERTWICVS. Anno 1303, in Litt. Mogg. Iudicum quod IRMELA *Inſtitrix* [*mercatrix*] dicta Jagteuffelin, transtulerit in Eccleſiam S. *Ioannis*, donatione *ſollempni inter vivos, que* Dordede *vulgariter dicitur*, certos Cenſus domunculares, ab ipſo Decano *Embricone* pendendos. An. 1309 præſentia ſua robur adiecit Contractui, celebrato inter civem HERBORDVM *Meiſterman* P. & *Godelmannum* F. ſuper locatione Domus, contiguæ curiæ Magiſtri BERTOLDI Lapicidæ. anno eodem. In necrol. PP. Prædicatorum, appoſito cognomine, vocatur *Hertwicus* zum Herolt. * 130.

* A nativis ædibus. *T. II. p.* 519.

1309 Embrico. An. 1309 VII Kal. Martias in ordinatione Capituli, de fructibus inter Decanum, Scholaſticum, *qui pro columpnis Eccleſie noſtre non immerito ſunt habendi, ne propter paucitatem redditum eorumdem auctoritas evaneſcat*, Officiatosque ceteros, Cuſtodem & Camerarium, proportionate diſpartiendis.

131. Vlbertvs. An. 1318: Legatos ab H. Scholaſtico reditus ad Altare XI mill. Virg. aſſignat *Gerlaco* Sacerdoti. 1320. Vid. Inſtrum. electionis trifidæ in Præpoſitis.

132. Henricvs. 1328 diverſa in circuitu Oppidi *Lanſtein ſuperioris* ſita bona in emphyteuſin conceſſit *Strenuo Militi* Ioanni *Schilling*. 1331 recognoſcit, ſe numeratas accepiſſe XVIII marcas, quibuscum Elisabetha zum Marſchalck dotavit Altare D. *Petri*.

133. Anzo. Hunc profert *a*) Charta Conradi *Füllſchüſſel* Militis, Schulteti *Nierſteinenſis*, an. 1338 ſcripta. *b*) 1341. V. Id. Iunii ſuper elocatione bonorum apud *Elsheim*, facta Hennekino *Schmid* de *Winternheim*.

134. Hartmannvs. Bis ſuam exhibet præſentiam in anno 1352. *a*) XVII d. Martii, quando Nobilis huius Eccleſiæ Canonicus, & Benefactor admodum munificus, Sigelo de *Ingelheim*, comparavit ab Hvmclone zum Marſchalck Domum, dictam zum Lahnſtein. *b*) In ſupremis eiusdem *Sigelonis* tabulis, quas, lethali conflictatus morbo, edidit 29 Octobris. Necrol. ad VIII. Kal. Mart.

☙ Hartmannvs *Decanus noſter, inde fertonem in Macello ſuperiori.*

13.. Petrvs zum Speden: cognomine adgenito *Petri.* * An. 1366 in tranſumpto privilegii cuiusdam, quod nobis quærentibus obvenit in Chartophylacio PP. Auguſtinianorum. 1368, Litt. Rorici de *Sternberg* Can. Mogunt.

☙ eod.

* *v. p.* 844.

Con-

CONRADVS *Calman* de *Caſſel.* VIII Febr. 1369 præter 1368
HERMANNVM Abbatem, HERBORDVM D. *Albani* Priorem, appoſuit & Sigillum ſuum, fundationi Altaris D. *Catharinæ* in Templo ad S. *Nicolaum*; reſpiciente Suburbanos *Viltzbacenſes.* An. 1372 Lit. Vnionis Cleri, productis ſub n. CCCXXXI. Sicque ulterius —— 1391. Ipſius beneficio debent Confratres duo iugera vinearum *Hochheimenſium.*

IOANNES *Weckerlin.* De cuius familia videſis epitaphium 139.
T. II. p. 896. Innoteſcit ille nobis una ſolummodo chartula, ſignata 1395. Diem obitus refert *Liber Animarum* VIII Idus Aug. Qui non poteſt non fuiſſe menſis Auguſtus anni 1395 prædicti. Siquidem

IOANNES *Rodichin* S. Maur. *Decanus*, d. 22 *Febr.* 1396 1395
nuncupatus reperitur a WERNERO de *Minzenberg*, Primiſſario in *Indagine* prope *Langen*, Executor teſtamenti, conditi *Moguntiæ* in domo ad *Rubram crucem.* Itidem 1397, Apr. 14. a IOANNE de *Minzenberg*, Werneri fratre. Legans Decano Rodichin *byretum bonum & caligas novas:* IOANNI Schlüchtern *pelvim & effundiculum, vulgariter* ein Gießfaß.

IACOBVS *Bauman.* Anno 1406 Litteras ad eum perſcripſit 1...
IOANNES de *Oppershoven*, Plebanus *Butſchbacenſ.*, tenoris ſubiuncti. (*i*) 1413 ſimul audit *Commiſſarius generalis*

Cccccc 3

(*i*) Amicabili ſalute premiſſa Lieber Herr **Dechand.** Jch laſſen n.582.
Uch wiſſen, ſo als ich by uch was zu leſte .., und Jr zu mir ſprachet, wurde mir icht verboden, daz ſulde ich Uch laſſen wiſſen; So ſagen ich, daz mir der Edel, min Here von Falckenſtein verboden hat, ſelbs muntlichen, daz ich keine Proceſſ ſolle nemen, uff Yn oder .. die Sinen, anders, dan uff der Canzeln; und daz auch mit ſinen Amptluden ſo beſtelt hat. Und wers, daz ich darwidder tede, er wurde ſie mir ſo abe nemen, daz mir nicht

ralis & Procurator Fiſcalis in expeditionibus Archiep. *Ioannis* II. Reſignavit poſtea; quum eo adhuc ſpirante * alius obveniat Decanus, nomine

* *T. II. p. 718.*

141. IOANNES de *Cuba.* Mentionem cuius ingerit Edictum, quo Archiep. IOANNES Abbates aliosque Prælatos evocavit ad Concilium *Conſtantienſe:* His finalibus Edicti verbis:

Datum . . in Caſtro noſtro Ameneburg . . *ſub anno a nativitate Domini MCCCCXVI, die XXIV menſis Novembris. Preſentibus ibidem Venerabili, & circumſpectis Viris Dominis,* Iohanne Adolffi *de* Naſſaw *Proviſore Curie noſtre Erfordenſis, Iechenburgenſis:* Conrado Vnruwe *S. Petri - - - &* Iohanne Stalberg *S. Severi Erford. Prepoſitis; nec non* IOHANNE de CVBA, Decano S. Mauricii Mog. *Eccleſiarum; fidelibus noſtris dilectis, ad premiſſa vocatis & requiſitis.*

141. PETRVS *Cronenberger* S. *Mauritii Decanus:* Cooptatur a Vicario B. V. CONRADO de *Eltvil* in Manufidelem an. 1419. Dec. XX.

IOAN-

nicht gudes davon geſcheen ſulde; und wulde ich allezyt gerne gehorſam ſin. Nun muſ ich in Sorge u. Gebot enſitzen. Auch hat myn Herre geſeyt, was Proceſſe umbe geiſtlich Gude ſin, die ſullen wir nemen, Und ſoliche gebode, als ich verſtanden han, ſint auch ander underſeſſen Prieſtern geſcheen.

Heruff wulle uwer Erberkeit daz beſte entſinnen, uff daz wir gein unſern gnedigen Hern von Menze in gnaden bliben; und auch von myme Hern von Falckenſtein icht verdacht werden, oder zu Krode und zu Schaden komen.

Datum meo ſub Sigillo. In vigilia nativitatis Xpi Anno Domini MCCCCVI.

Iohannes Oppershoven
Plebanus in Butsbach.

Digitized by Google

IOANNES de *Gerau:* Decanus reperitur poſt munus a ſe abdicatum. * Huc tuto locandus ob nimis arctam binorum Succeſſorum, Nicolai & Conradi, in Epochis cohærentiam. 142.

* *Inſtrumentum namque publicum, quod*, 22. d. Maii an. 1435, *in opus redegit* IOANNES de Arbeiligen, *Decanus* quondam S. *Bartholomæi* Francof., *ceu ſubdelegatus* RABANI *Archiep.* Trevirenſis, *ab* Eugenio IV. *delegati ad recipiendum Teſtes in negotio ſuppreſſionis ſuperabundantis numeri Canonicatuum, maxime Vicariarum, Eccleſiæ* B. V. Wetzflar., *utpote reditibus nimis improportionati, Ipſum ſic inducit:* „Præſentibus - - IOHANNE de Ge„rauwe *olim* Decano . . S. Mauricii Mogunt. & Ewaldo „Stang, *plebano in* Bickenbach, — — —

NICOLAVS de *Königſtein.* In chartis qui deliteſcere voluit Vivus, nos ſaltem latere noluit Mortuus. Nam lapis tumulum eius *Mauritiana* in æde claudens *Decanum* diſerte vocat. Appoſita mortis æra: *Anno 1432. Dominica Eſto mihi.* 14..

CONRADVS *Hoppener* de *Caſſel.* In unione Cleri, pacta 1433 d. 18 Apr. contra ſuos Inſultatores, Senatum populumque *Moguntinum.* - - 1436. 1432

IOANNES de *Schornsheim.* Liber copialis Eccl. S. *Ioannis* p. 45 eum tangit hoc modo: „*De bonis* quondam *Dni* „Iohannis *de* Schornsheim Decani . . S. Mauricii . . , „*pro ſuo ac Parentum ſuorum Anniverſario peragendo; que* „*quidem bona ſunt Eccleſie noſtre & aliarum Eccleſiarum in*„*tra & extra muros Mogunt. & FF. Predicatorum commu*„*nia, legata per ipſum* (&c.) Quibus *Decanatui* præ„fuerit Annis, dicere non habeo; Cum tamen obveniat inter Vicarios Baſilicæ, metrop., viventes an. 1465; ſpatium vero a Decano *Hoppener* usque ad ſequentem *Richardum*, ſe protendat paulo longius; hinc ipſi *Schornsheimio* 14..

quin

quin locus tribuatur intermedius, competenter & adæquate, dubium vix eſt.

14.. RICHARDVS de *Mörſen.* Anno 1472, d. 27 Octobris, dudum enata diſcordia ſuper vineis in dem Saltzberg, æquabili unicuique Confratrum attributa parte, finitur. Poſtero *librum* procuravit *Copialem*, cuius beneficio his concinnandis Catalogis multa nobis acceſſerunt adminicula. Inſequentibus annis venit ſub axiomate Canonici *Fritzlarienſis*; demum S. *Stephani* Moguntiæ, ſine Decanali; unde illud a ſe abdicaſſe, non immerito auguramur.

14.. HENRICVS de *Birgſtatt:* Sic dictus a Loco nativ. Paterno nomine *Hertlin.* Anno 1483 cum Decanis reliquis pars fuit confœderationis adverſus preſſuras vicinarum Poteſtatum. Lapis ſep. vita defunctum notat 18 d. Maii an. 1487.

148. IOANNES *Wacker* de *Gemundia*, S. T. D. Ab anno 1490 usque ad emortualem [1502 teſtante ſimiliter Epitaphio] pluries obviam nobis factus.

150. IOANNES *Hebelin* de *Heimbach.* Deceſſori ſuccedens, ſupremum vitæ diem explevit m. Ian. 1515.

1515 EBERHARDVS *Schieſer:* Electus 9. Febr. per Compromiſſarios, Henricum *Winden* Scholaſticum & Ioannem *Thuſs* Can. Mortuus an. 1534. Dec. 26, ſepulturæ traditus eſt in ambitu Templi metrop. a latere pædagogii.

1535 HENRICVS *Fabri.* Precibus munitus Cæſareis, in poſſeſſionem immittitur 21 d. Auguſti. Vivendi finem fecit 1548, Dominica *Quaſimodo.* 8 Apr.

1548 LVDOVICVS *Ebersheim*, dictus *Carpentarii*, Mogonus. Conſuetam Decani ſedem Eligentes aſſignarunt 15 Iun. † 8. Dec. 1583. *T. II. p. 878.* Inſignis, non minus ac

ipſius

Digitized by Google

ipſius frater, *Wilhelmus Præpoſitus*, Eccleſiarum, in quibus largis gaudebant Beneficiis, præſertim huius *Mauritianæ*, Benefactor.

1584 SEBASTIANVS Schad *Moguntinus.* D. Febr. prima capitulariter electus, Θ 23 Aug. 1602.

1602 IODOCVS Druckenland *Fritzlarienſis.* Aſcitus in vigilia D. *Nicolai.* Moritur 15 Ian. 1632. Vacavit, Clero propter invaſionem Suecicam h. i. dilapſo, annis quinque.

1637 ADAMVS Freisbach, *Moguntinus.* I. V. D. Vrbe felici Hoſtium depulſu liberata, exulibusque ad priſtinos lares paulatim reverſis, Decanatum tam diu vacantem conſecutus eſt. Vir, a rerum peritia ſingulari, doctrina, & muneribus eccleſiaſticis * præclare peractis, perenni dignus memoria. Deceſſit an. 1651. Iun. 15.

* *v. Vol. II. R. M. p. 552.*

1651 ADOLPHVS GODEFR. *Voluſius*, S. T. D. *Plebanus ac Eccleſiaſtes metrop.* Qui huic officio ſtrenue incubuit, non ſolum duorum Collegiorum (B. V. & Maur.) exiſtens Decanus, ſed etiam illud continuavit laudabiliter, factus an. 1676 *Epiſcopus*, usque ad mortem: 17 Martii 1679. *T. II. p. 760.*

1679 8. Apr. ADOLPHVS Berck *Xantenſis.* Vita & munere perfunctus 1708. Mart. 27.

1708 4. Apr. IOANNES PETRVS Stapffel *Duderſtadianus.* Obiit 20. Iulii 1725.

1725 PETRVS *Dael.* Hunc E[mus] L. F. dignum præ ceteris iudicavit, cui Decanatum 3. Aug. clementiſſime conferret. Quanto nobis fuerit adiutorio in ſubminiſtrandis, (ſemper promptus & alacer) memoria grata recolui ſuperius, *p.* 827.

p. 827. Nec deſino, Amicum intima mihi familiaritate addictum plangere, animo ſincero rectoque nunquam non incedentem, omnis fraudis ac doli expertem. Anteivit me 22 Iulii 1742; qui, menſis eiusdem die 15 Anno 1670 naſcebatur *Aubelii*, urbe Ducatus *Limburgici* haud poſtrema. Sepultus iacet in medio Ædis S. *Ioannis*, ſub lapide quidem diſtincto, aſt inſcriptione, ſecundum feria Ipſius iuſſa, penitus carente.

1742 FRIDERICVS *Haber*, S. T. D. S. *Mauritii* Decanus, Parochus & Eccleſiaſtes Baſilicæ metrop. celeberrimus. *

* *T. II, p.* 1361.

SECTIO III.
de
SCHOLASTICIS.

Comparent hi ſero. Ad exitum Seculi XIII referendus eſt ille, qui, mortuus iam tum, memoratur an. 1309,

129. IACOBVS de *Boppardia:* Paſſ. conc. - - - „*Et Scolaſticus*, „- - *maldrum ſiliginis ratione Scolaſterie ſue, in villa* Aſtheim *cum redditibus, per* quondam Iacobum *de* Boppar„dia *noſtrum* Scolaſticum *denuo comparatis*„ (&c.)

129. HEILMANNVS. Sub littera initiali H. vid. apud *Embriconem* Decanum an. 1300. Exſcripto autem nomine, 1308 -- 1310.

131. CONRADVS. Quo vid. Inſtrumentum electionis an. 1320 in *Præpoſitorum* ſyllabo. Subſtitit adhuc 1325. Eodem, vel poſtero anno decedens. Iudices *Moguntinæ* Sedis ex ſuprema cuiusdam mulieris, GYSELÆ de *Altzeia*, voluntate Ipſum ſic inducunt: - - - „*Et poſtquam iſta peracta ſunt*, „.. *Decanus & Capitulum, de ſepultura ipſius* Gyſele *ibunt* „*ſuper* ſepulcrum quondam *Conradi* Scolaſtici - - S. Mau„ricii, *de mane & de veſpero, & cantabunt ibi antiphonam* „*de S. Georgio.*„ *VII Kal. Oct.* 1326.

GER-

GERHARDVS dictus zum Zane, item *de Dente*: Obviat an. 1328 . . 1330. 132.

CONRADVS. In litteris promiſcuis an. 1336. 133.

IOANNES *Spies* de *ſuperiori Ingelheim* „S. Mauricii *Scholaſticus obiit.*„ Ita necrolog. ad *II. Non. Nov.* Qua *Canonicum* deprehendi 1354. 13..

WEZELO de *Steinheim.* Ex tumulo ſolum notus, inſinuante annum 1367. 13 ..

HENRICVS de *Kuſla* [Cuſſel] Iuxta *Wezelonem* iacens lapis æram habet 1375. *Ipſa die Nativ. Xpi.* 136.

HVMELO zum Marſchalck. An. 1384. in Concluſo Capituli *de conferendis Beneficiis.* 1391 litt. elocat. vineæ vor der Diden-Porten, an dem Berg gein den Wilhelmiten über u. irem Cloſter; Und ſtoſet mit der Spitzen gein der Stete Thorne zu Mentze. Conductore HENRICO Walpodio. 137.

HENRICVS *Stos.* Coram adeſt XXX propemodum annis. 1402 —— 1431. 139.

CONRADVS de *Eltvil.* An. 1436 adhuc Canonicus: Vt Scholaſticus VIII Aug. 1439 comparat aream, iuxta ædes zum Walhauſer, a NICOLAO *Winter*, Guardiano *Nudipedum* Conventus *Moguntini.* 143.

HENRICVS de *Heydeck:* 1469. 14..

IOANNES *Kyſſel:* An. 1472. Oct. 27. in litteris de facta repartitione vinearum an dem Saltzberg. 14..

ANDREAS de *Vndenheim.* 1483 primo. 1501 conſtitutus Rector parœciæ *Mummenheimenſis.* † anno poſtero, d. Veneris 6. Maii. 14...

HENRICVS *Winden.* 1507 - - - † 1528. 150.

IACOBVS *Kreich:* S. *Petri* Cantor. Scholaſteriæ poſſeſſionem nactus 25 d. Sept. D. *Caroli* V. Preciſta. † 1561, Aug. 12. Teſtamento legavit Eccleſiæ *Maur.* 420 flor. 1528

1561 PETRVS *Freund.* 25 Aug. electus. 1569, d. 26 Decembris. Vacat annis XIII.

1581 IOANNES *Segen*, alias *Cuſanus.* AEpiſcopali, d. 25 Sept. expedita proviſione. Vita defungitur an. 1593. Aug. 17. Vacat annos XIX.

> *Eligebatur 1599 quidem* MARCVS Marckloff; *ſedenim declinans, Prælaturam reliquit in viduitate permanentem ad an.* 1600.

1600 PETRVS *Renatus.* [nomine myſtico] Similiter proviſus, poſſeſſionem adiit 27 Iul. Homo doctus & capax; Qui poſtea ad Decanatum S. *Petri* promotus, eo ſponte dimiſſo Cantoriam amplexus eſt. Emi Moguntini Sigillifer. Demum anno 1639. Septembris die 9. e ſtatione mortali ad æternam abiit.

1639 ANTONIVS *Vrſinus* Decanus S. *Stephani.* D. 27 Sept. proviſus. Emigrat 14 Iun. 1652.

1652 PETRVS *Gras.* Scholaſteria lubens ſe exuit 19 Febr. 1663.

> [*Sequeretur* Henr. Martinus *a* Mühlheim, *Febr. 28 electus, niſi ſatius duxiſſet, humeros ſubtrahere.*]

1663 IOANNES *Conradi.* Abdicantis in locum aſcitus 5. Martii; moritur 18 Oct. 1696.

1696 WILH. CHRISTOPH. *Göpffert* S. T. D. Electione, 29 Novemb. 1708, d. 25 menſ. Sept.

1708 NICOLAVS IGNATIVS Hummel *Neoburgicus Pal.* Officio invigilans per annos XXV, ad Extrema devenit 24 Maii 1733.

1733 FRANCISCVS EDMVNDVS de *Iungenfeld*, Scholaſticus D. MAVRITII hodiernus, nec non ad S. *Petrum* & S. *Victorem* Canonicus.

PRÆLATOS, qui CANTORVM ſub titulo veniunt, hæc Eccleſia vix habuit unquam.

MANI-

MANIPVLVS DIPLOMATVM ECCLESIÆ S. MAVRITII.

I. n.583.

De molendino hæreditario iuxta Bretzenheim, *quod* Giſelmarus *tenet a Præpoſito maioris Eccleſiæ.*

ſub an. 114..

In nomine sancte et individve Trinitatis.

Hartmannvs *Eccleſie beati* Martini *maioris Prepoſitus.* Quoniam res humane mobiles & fluxe facile in adverſa mutantur; humana racio, rerum humanarum non ignara, modis quibus poteſt, contra futuras quantum in ipſa eſt ſe muniat adverſitates.

Notum ſit igitur omnibus Xpi fidelibus, qualiter quidam homo de *Britzenheim*, nomine Gyselmarvs, molendinum unum ſecus eandem villam ſitum, ſed *Maguntine* maioris Eccleſie proprium, iure hereditario ab antiquitate parentum ſuorum ita ordinato, eo tenore ſuſcepit & poſſedit, ut quolibet anno prefate eccleſie maiori Prepoſito XIIII maldra annone pro cenſu perſolvat; que quidem ab eodem Prepoſito Eberhardvs habet pro beneficio. Quibus perſolutis idem *Gyſelmarus*, ſive heres ſuus nulla graviori exactione ad maiorem cenſum perſolvendum aliqua actione conſtringatur; niſi, ſi Renus frigore conſtrictus uſum molendini non exhibeat, pro neceſſitate tali ſingulis ſeptimanis VIII maldra Dominis noſtris de Domo molat.

Huius rei conditio ne a memoria hominum facile aboleatur, hoc *breviarium* fieri voluimus, & Sigillo noſtro ſignavimus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum hoc pactum caſ-

ſare preſumat, ſed ſicut predictum eſt ratum & firmum ſine contradictione permaneat. Huius conditionis teſtes ſunt

GERLACVS Decanus (maior)
ADALHARDVS Prepoſitus bti *Mauricii.*
LVDOWICVS bti *Gingolfi* Prepoſitus.
HEINRICVS Archipresbiter.
EGENO Canonicus.

de Laicis

LVDOWICVS, & ARNOLDVS frater eius,
& HEINRICVS *Rufus.*

Teſtes ville ipſius:

GELERADVS ſacerdos. REGENOLDVS.
VOLCHNANDVS. WICHNANDVS.
EMBRICO. HEINRICVS. HERTWINVS.
WOLFFWINVS & REGENOLDVS.

n.584. II.

Epiſcopi C. *quod Præpoſitus* Hermannus *ceſſerit Fratribus Capellam in* Elsheim.

An. 1184.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

CVNRADVS *divina favente gratia* Sabinenſis *Epiſcopus*, & *Sce* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus.* Paſtoralis officii a Deo conceſſa nobis auctoritas nos invitat & ammonet, quatinus eccleſiarum cure noſtre creditarum ſaluti & utilitati animo pervigili ſtudentes, eas & beneficiis noſtris ſublevemus, &, ſi qua ipſis canonice & legaliter collata intellexerimus, auctoritate noſtra confirmemus; ſcientes, quia poſteris noſtris,

Digitized by Google

noſtris, quos pie devotionis opere preimus, ſalutiferum debite miſericordie exemplum relinquimus, & indubitato hoc ſtadio decurſo eterne vite bravium percepturi ſumus.

Noverit igitur tam preſens Xpi fidelium etas, quam ſubſecutura poſteritas, qualiter HERMANNVS, Eccleſie bti *Mauricii* Moguntie Prepoſitus, ex quo illius Prepoſiture ſollicitudo ſue diſpenſationi credita dinoſcitur, cura diligenti animadverterit, quo prefate eccleſie erumpnis & egeſtati conſuleret, & divinorum celebrationem, que, urgente nimia ſtipendiorum Fratrum tenuitate in negligentiam corruerat, redintegratis Prebendarum defectibus aliquatenus reformaret.

Contigit itaque, Capellam, in villa que dicitur *Egellesheim* fundatam, in qua ius patronatus & inveſtitura prenominato *Hermanno* Prepoſito ex antiqua inſtitutione & iurisdictione Prepoſiture ſue pertinuit, vacare, legittimo eiusdem eccleſie Paſtore humane ſorti debitum ſolvente; congrua nimirum & commoda opportunitate pio affectui memorati Prepoſiti ſe offerente, idem Prepoſitus, ut, quod exequendum mente conceperat, effectui mandaret, divina inſpiratione tentus, Eccleſie *Moguntine*, & univerſi Cleri preſentiam adiit, & pretaxatam Capellam in *Egelesheim* ſitam eccleſie bti *Mauricii* & Fratribus in ea conſtitutis, in augmentum elemoſinarum, conniventia & auctoritate noſtra mediante, contradidit & delegavit; Ita tamen, ut nichilominus debita Prebendarum ſtipendia Fratribus ex amminiſtratione Prepoſiti ſolvantur. Decanus quoque .. S. *Mauricii*, vel quicunque maior ſit .. Decano decedente, donum altaris vice eccleſie iuxta canonicam inſtitutionem accipiet, & Sacerdotem, qui curam plebis agat in ſepedicta capellula, communi conſenſu & conſilio habito Fratrum ordinabit, & ei neceſſaria vite, prout facultas expetit, Fratribus eccleſie mediantibus providebit & amminiſtrabit; reliquum autem uſibus Fratrum eccleſie bti *Mauricii* accedat; qui Fratres nobis, noſtriſque Succeſſoribus, & Corepiſcopo iuſticiam, quam ipſos de parte ſue decimacionis dare contigerit, ſtatutis temporibus perſolvant. Elsheim.

Si

Digitized by Google

Si quis ergo huic Donacioni contraire, & eam temeritatis auſu invertere preſumpſerit, auctoritate Dei omnipotentis, & Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & Sedis Apoſtolice, & noſtra, anathemati ſubiciatur, & indiſſolubili perpetue dampnationis vinculo innodetur.

Porro ut hec iuſta & canonica traditio rata & inconvulſa in perpetuum maneat, huius Privilegii paginam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Teſtes quoque ſubnotari decrevimus, quorum nomina hec ſunt:

ARNOLDVS maior Prepoſitus.
BVRCHARDVS Prepoſitus S. *Petri.*
HEINRICVS maior Decanus.
WERNHERVS Prepoſitus S. *Stephani.*
CVNRADVS Prepoſitus S. *Victoris.*
HEINRICVS Prepoſitus S. *Marie* in campis.
OTTO Prepoſitus S. *Marie* ad gradus.
RVDOLFVS Prepoſitus S. *Iohannis.*
HEINRICVS Abbas S. *Albani.*
FOLBERTVS Abbas S. *Iacobi.*
IOFREDVS Abbas S. *Ferrucii.*

BERTHOLDVS Decanus }
SIGEHARDVS Scolaſticus } S. *Petri.*
RVGERVS Cantor }

RICHARDVS Decanus }
WERNHERVS Scolaſticus } S. *Stephani*,
WALTHERVS Cantor }

& reliqui Eccleſiarum Priores.

Capellani Dni Archiepiſcopi

RVDEGERVS ORTHOLF' HEINR' LOTHARI'.

Laici

Digitized by Google

Laici

DVDO Camerarius. REINBOTDO de *Pinguia.*

Officiati

HERBORTDVS. EMBRICO. GERLACVS, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXXIIII. Indict. II. Regnante Dno FRIDERICO glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Auguſto, & Filio eius Dno HEINRICO invictiſſimo Romanorum Rege Auguſto, huius nominis IIII. *

* *Si non* Sextus, *certo* Quintus *erat.*

III. n.585.

Compoſitio Litis.

An. 1225.

IVDICES *ſancte* Maguntine *Sedis.* Noverint univerſi preſentis pagine inſpectores, quod Controverſia, que fuit inter Canonicos S. *Mauritii* ex parte una, & Conventum de *Huſen* ex altera, ſuper duodena parte Decime de *Bundis* & de campo in *Egelsheim*, & ſuper quodam muro & ſalicibus, & quibusdam agris, & ſuper quibusdam cenſibus qui *Wercloſa* appellantur, hoc modo de utriusque partis aſſenſu in noſtra preſentia eſt ſopita, quod Canonici S. *Mauritii* duodenam partem decime predicte, & murum & ſalices, & ſubtracta de agris Conventui de *Huſen* libera dimiſerunt. Et . . Conventus agros de quibus lis vertebatur liberos dimiſit Canonicis memoratis. Cenſus autem .. *Wercloſa* - -, ſingulis annis Canonicis ſolvendos, Conventus de *Huſen* integre recognovit. Ita tamen, quod ad huius cenſus ſolutionem a Canonicis non cogantur, donec a ceteris Manſionariis ordine iudiciario etiam evincatur. Cum autem in aliis Manſionariis per ſententiam

Canonici predictos cenſus obtinuerint, tunc Conventus .. prefatos cenſus ſine contradictione annuatim perſolvet.

Hoc etiam in hac compoſitione pateat acceſſiſſe, quod .. Conventus conſtanter promiſit, quod bona fide & diligentia conſulat & laboret, ut Canonici .. cenſus prefatos obtineant & requirant. Si qui etiam ſunt agri, quos Conventus de *Huſen* detinet, & Canonici S. *Mauritii* eos per incolas ville, vel alias honeſtas perſonas ad ſe oſtenderint pertinere, idem Conventus eos Canonicis .. reſtituat abſolute. In cuius rei noticiam preſentem Paginam noſtro, & Eccleſiarum predictarum Sigillis iuſſimus roborari. Teſtes ſunt

> *Mgr* FRIDERICVS, & EBEROLDVS, Canonici S. *Victoris*. HERBORDVS Scultetus in *Ingelinheim*, & fratres ſui. BILLVNGVS & HEINRICVS & HERDEGENVS de *Winterowa*. Et alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXV. Quarto Kal. Auguſti.

n.586. IV.

De molendinis S. Maur. *in Rheno habitis.*

An. 1228.

MARCHOLFVS Decanus totumque Capitulum S. *Mauricii* in *Maguntia*. Notum eſſe cupimus univerſis hanc Litteram viſuris, quod nos communicato conſilio conceſſimus duas molendinales aquas noſtras quas habemus ſuper Renum, MARGARETE, matri EMBRICONIS *Cani*, & GERDRVDI uxori eiusdem, ad perpetuum vite ambarum poſſidendas; Ita quod, ſive molendina ibidem ſint poſita, ſeu non, ipſe perſolvant nobis X. maldra ſiliginis in nativitate Domini annuatim; & poſt mortem ambarum ſine impedimento heredum aque predicte redeant ad Eccleſiam abſolute.

Ne

Ne igitur forma huius conceſſionis noſtre veniat in oblivionem, preſentem Cartam conſcribi, & Sigillo Eccleſie noſtre fecimus ſigillari. Huius rei Teſtes ſunt,

de Capitulo noſtro CVNRADVS Cuſtos, GODEFRIDVS, LODEWICVS, WOLFRAMVS & SIFRIDVS.

Laici. OTTO Sculteтus. H. *ad Gruem.* BERWARDVS. THEODERICVS. OTTO Molendinarius. ARNOLDVS *Lippre* Canonicus S. *Petri*, & SIMON Scriptor Dni Archiepiſcopi.

Acta ſunt hec Anno . . . MCCXXVIII.

V. n.587.

Archiepiſcopus *conſentit, ut Præbendæ . . vacantes applicentur Eccleſiæ reſtaurationi.*

An. 1230.

SIFRIDVS *Dei gratia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus.* Dilectis in Xpo filiis, Prepoſito Decano & Capitulo S. *Mauricii* . . ſalutem, & paterne dilectionis ſincerum affectum. Tanto ad exaudiendum peticiones veſtras animum gerimus promptiorem, quanto vos & Eccleſiam veſtram ob integritatem devocionis veſtre ſinceriori amplectimur benivolencia & favore.

Cum igitur edificia & ſartatecta Eccleſie veſtre in tantum pre nimia vetuſtate ruinoſa appareant, ut non ſolum detrimentum, ſed etiam deformitatem viſus inducant; ad peticionem veſtram vobis concedimus, quod quelibet Prebendarum quas vobis deinceps quocunque caſu vacare continget, ad reſtaurationem ipſius eccleſie ac levamen per duorum annorum ſpacia,

 ſalvo

Digitized by Google

ſalvo *anno Gratie*, cum omni integritate deſerviant. Et ne ſuper eadem conceſſione alicuius vobis impedimenti ſcrupulus generetur, preſentis eam ſcripti patrocinio communimus. Teſtes qui huic facto interfuerunt, ſunt hy:

WILLELMVS Prepoſitus S. *Mauricii.*
HEINRICVS Prepoſitus *Pinguenſis.*
WALTHERVS Decanus S. *Petri.*
ARNOLDVS Decanus S. *Victoris.*
MARCOLFVS Decanus S. *Mauricii.*
BERWELFVS Cantor S. *Marie* ad gradus.

Laici.

* de *Kelberau.*

FRIDERICVS * Camerarius.
HEINRICVS de *Hagenowen.*
OTTO Sculterus, & alii quam plures, tam Clerici quam Laici.

Acta ſunt hec Anno incarnationis Domini MCCXXX. Pontificatus noſtri anno XXVIIII. Kal. Iunii.

n.588. VI.

De bonis Monaſterii S. Ioannis *in* Rhingavia, *Eccleſiæ* S. Maur. *venditis.*

An. 1240.

EMBRICHO D. G. Abbas, totusque Conventus Eccleſie *Montis* S. *Iohannis* in *Rinigowe*. Tenore ſcripti preſentis conſtare volumus Xpi fidelibus tam futuris quam preſentibus univerſis, quod nos univerſa eccleſie noſtre bona in *Huſen* ſita, curiam videlicet, agros, vineas, prata, & Decime partem ſextam ibidem, cum aliis omnibus eorundem bonorum appendiciis, quia ſita extra competentes nobis terminos

minos multis temporibus pro ſui quantitate minus debito nobis exſtiterant fructuoſa, Venerabili Patre noſtro Archiepiſcopo *Moguntino* gratum prebente aſſenſum, Eccleſie S. *Mauricii* - - vendidimus eo iure, quo nos poſſedimus ſine diminutione qualibet perpetuo poſſidenda. Sperantes, & fideliter Dno noſtro Archiepiſcopo promittentes, pecuniam pro eisdem bonis receptam in melius & Eccleſie noſtre utilius commutare.

Verum ne proceſſu temporis aliqua poſſit oriri dubitatio de premiſſis, memorate S. *Mauricii* eccleſie preſens ſcriptum, Sigillo Dni n. Ar. Mogunt. & noſtris, dedimus roboratum. Huius rei teſtes ſunt

Clerici

MARCHOLFVS Decanus, CVNRADVS Cuſtos, PHYLIPPVS, HERMANNVS & CVNRADVS, Canonici S. *Mauricii*.

Laici

ARNOLDVS * Camerarius; CVNRADVS *Magnus*, HELFRICVS, Milites, & HVMBERTVS civis, Moguntini. Et HVMBERTVS civis de *Ingilnheim*, & alii quam plures, Clerici & Laici.

* de *Turri.*

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXL.

VII. n. 589.

A *Iudicibus* Mog. *Sedis decernitur immiſſio in poſſeſſionem, cauſa rei ſervandæ.*

An. 1248.

IVDICES *ſancte* Maguntine *Sedis.* Conſtitutis in noſtra preſencia Decano & Capitulo . . S. *Mauricii* ex

 parte

Digitized by Google

parte una, & HERTWICO *Vuſ* cive *Magunt.* ex altera; dicti Decanus - - in eum, ſuper eo quod ſibi aquas eorum molendinarias uſurpabat, queſtionem movebant. Igitur, lite legitime conteſtata cum utrique parti terminum prefigeremus, infra quem amice componerent, vel tunc coram nobis comparerent, iuſticiam recepture; in eodem termino . . Decano & Capitulo comparentibus coram nobis, prefatus civis, nec per ſe nec per Reſponſalem, ſuam preſenciam exhibere curavit. Propter quod, & eo quod Dns ARNOLDVS Decanus . . S. *Victoris*, nec non THEODERICVS, filius quondam VOLCHERI civis Mag. una cum Decano ac Capitulo memoratis recognoverunt publice, ipſum *Hertwicum* . . dixiſſe, quod Eccleſie vellet tunc relinquere aquas dictas, ipſos Decanum & Capitulum, cauſa rei ſervande in poſſeſſionem earumdem miſimus, iuſticia exigente.

Datum Anno Domini MCCXLVIII.

n.590. VIII.

Litteræ Indulgentiarum Cardinalis HVGONIS.

An. 1252.

VNIVERSIS Xpi fidelibus per Alamanniam conſtitutis, ad quos preſentes Litteræ pervenerint, *Frater* HVGO *miſeracione divina tit.* S. Sabine *presbiter Cardinalis*, *Apoſtolice Sedis Legatus* ſalutem in Domino. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, — — —

Cum igitur, ſicut Dilecti - - Decanus & Capitulum . . S. *Mauricii* - - nobis intimare curarunt, iidem partem Eccleſie ipſius, nimia vetuſtate conſumptam, reparare ceperint Opere ſumptuoſo, nec ad conſummacionem . . proprie ſibi ſuppetant facultates; Vniverſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a Deo collatis pias ad id elemoſinas,

nas, & grata eis caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubvencionem veſtram dictum opus valeat conſummari; & vos per hec, & alia bona que Domino inſpirante feceritis, ad eterne poſſitis felicitatis gaudia pervenire.

Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & - - - confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui eis ad id manum porrexerint adiutricem, XL dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Preſentibus poſt conſummacionem operis minime valituris, quas mitti per Queſtuarios diſtrictius inhibemus; eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Datum *Colonie* V. Idus Ianuarii. Pontificatus Dni *Innocentii* Pape IIII anno nono.

IX. n.591.

Legatum Decani Hermanni, *cum ordinatione.*

An. 1263.

HERMANNVS Decanus . . S. *Mauricii.* - - Teſtamentum ſuum non bene diſponit, qui terrenis tantum teſtatur heredibus, & Xpm ſue non facit ſubſtantie coheredem. Noſcant itaque tam preſentes quam poſteri - - - Quod cum ego . . *Hermannus* Decanus V. ſolidos *Colon.* annui cenſus apud Capitulum S. *Mauricii* comparaſſem, qui de area curie, que vulgariter *Zun* dicitur, ſita in *Selboven*, in feſto bti *Martini* annis ſingulis perſolvuntur; Ego ductus ſpiritu conſilii melioris eosdem V. ſolidos dicte eccleſie S. *Maur.* ob honorem Dei, & in ſalutis anime mee remedium perpetuo contuli ac legavi; hoc modo, ut in die . . *X mill. Martirum* duo ſolidi *Colon.* Item ſolidus in feſto bti *Alexis*, & duo ſolidi *XI mill. Scar. Virg.* ratione preſencie, Fratribus duntaxat preſentibus tribuantur, ut peragant Feſta, cum novem Lectionibus & aliis ſollempnitatibus, prout condecet, antedicta. Campanarius eccleſie

cleſie noſtre percipiet duos *Colon.* den. preſentia de eadem. Videlicet unum in die X mil. Mart. & ſecundum XI mil. Virg. ut eo ſedulior & promptior ſit ad ea illis diebus, que officium ſui campanatus poſtulat & requirit. Volo etiam, ut WILLEGINVS *Herbularius*, qui apud nos *precariam* habere dinoſcitur, conſolationis huius preſentie penitus ſit immunis.

Ne igitur aliqua litis occaſio michi & . . Capitulo meo valeat ſuper premiſſis . . in poſterum ſuboriri, - - preſentem Litteram, una cum Sigillo venerabilium Dnor. Iudicum Mogunt. & meo, in robur & teſtimonium evidens memorato Capitulo contuli ſigillatam. Actum *Moguntie* Anno . . MCCLXIII, in vigilia bti *Vrbani* Pape.

n.592. X.

Capituli Obligatio ad Anniverſaria.

An. 1269.

HERMANNVS Decanus totumque Capitulum S. *Mauricii* - - Notum eſſe cupimus univerſis - - , quod IACOBVS Sacerdos, noſter Concanonicus, nobis & noſtre Ecclefie VI. ſolidos *Colon.* & duos cappones de duobus iurnalibus vinearum, ſitarum in *Stralenberge* iuxta fontem qui dicitur *Markenburne* in *Eberbach*, & vineam ſitam ibidem, quam annuatim ad tres ſolidos *Colon.* computavit, proprie poſſeſſioni reſignando, reſignavit ſub tali forma, ut cum uno ſolido Anniverſarium cuiusdam HENRICI Sacerdotis in vigilia Invent. S. *Stephani* peragamus, reliquos vero VIII. ſolidos eidem in omnem eventum quartodecimo die poſt feſtum *Martini*, ſive ſuo nuncio aſſignemus. Cum vero de medio ſublatus fuerit, cum VIII ſolidis IIII anniverſaria prout ipſe vel ſui Manufideles ordinaverint, peragemus. Ad quod nos - - - obligantes, preſentem Cetulam Sigillo noſtre eccleſie duximus roborandam.

Actum Anno Domini MCCLXIX. XIII Kal. Maii.

XI.

Digitized by Google

XI.

n. 593.

INDVLGENTIÆ ROMANÆ.

An. 1300.

VNIVERSIS Xpi fidelibus preſentes Litteras inſpecturis Nos miſeracione divina RANVCIVS *Claritanus*, ADENVLPHVS *Conſanus*, & BASILIVS *Ieroſolimitanus*, Archiepiſcopi: *Frater* IACOBVS, *Calcedonie*, MANFREDVS S. *Marci*, NICOLAVS *Neocaſtrenſis*, & NICOLAVS *Tortibulenſis* Epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam.

Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius maieſtatis benignitate ſperancium tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota eorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adiuvatur.

Cupientes igitur, ut Eccleſia S. *Mauricii* & Sociorum eius, Magontinenſis dioc. congruis honoribus frequentetur; & frequentantes, pro temporali labore perpetue quietis munere gratulentur; omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam in ſingulis ſubſcriptis feſtivitatibus ſeu diebus, videlicet Patroni eccleſie, & Dedicacione eiusdem; nativitatis, circumciſionis, Epiphanie, reſurrectionis, aſcenſionis Domini & Penthecoſtes; Nativitatis, annunciationis - - B. M. V. glorioſe; & in feſtis btor. Petri & Pauli, Iohannis & Mathei Apoſtolorum, - - - - nec non per ipſarum feſtivitatum Octavas, cauſa devocionis, - - - vel peregrinacionis acceſſerint annuatim; vel, qui ad fabricam, luminaria, ornamenta - - - manus porrexerint adiutrices, - - - -; aut qui in bona ſui corporis ſanitate, ſeu eciam in extremis laborantes, ſuarum pred. eccleſie quicquam legaverint facultatum; ac eciam qui Sacerdotem eiusdem loci cum corpore Xpi, ſeu ſacra unctione vel communione infirmos viſitantem devote aſſociaverint, de omnipotentis Dei miſericordia - - - - confiſi, ſinguli noſtrum ſingulas XL dierum indulgencias de iniunctis eis penitenciis

 miſe-

Digitized by Google

miſericorditer in Domino relaxamus, dummodo Dyoceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. *

In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus Litteris duximus apponenda. Datum *Rome* Anno Domini MCCC. Pontificatus Dni Bonifacii Pape VIII anno ſexto.

* *Adhæret Chartula transfixa* Gerhardi Moguntini, *qua illum impartitur. Dies totidem ex proprio ſuperaddens. Sub dato* Andernach *MCCCI*, *Catharinæ Virg.*

n.594. XII.

Renuntiatio bonorum, facta iudicialiter.

An. 1315.

IVDICES *ſancte* Moguntine *Sedis*. Recognoſcimus per preſentes, quod *Rudolfus* Sculterus in *Hargarten*, coram nobis in figura Iudicii conſtitutus, renunciavit ſimpliciter & in totum omni iuri & actioni ſibi competentibus, vel que ſibi competere poſſent quomodolibet in futurum, in bonis, ſitis in terminis villarum *Haſmanshuſen* & *Hargarten*, que quondam fuerunt Hertwici Decani eccl. S. *Mauricii* . . ; & que bona predictus *Hertwicus* legavit & donavit predicte eccleſie pro anime ſue remedio & ſalute. Promittens, fide preſtita loco & nomine iuramenti, nobis ſollempniter ſtipulantibus, & ſub pena X. marcarum *Colon.* denar., & ſub pena excommunicacionis in ipſum ferende a nobis, Decanum & Capitulum - - - in ſupradictis bonis nunquam de cetero inpedire, ſeu inpetere in aliquo Iudicio, ſpirituali vel ſeculari, ſeu extra Iudicium, aut eos moleſtare vel turbare verbo vel opere, publice vel occulte.

Actum Anno Domini MCCCXV, II. Non. Septembris.

Anno MCCCXVII *eccleſia noſtra rurſus præmunita fuit Indulgentiis. Quum vero eodem ſint concepta ſtylo, quo n.* IX, *hinc labori ſupervacaneo mihi parcens, adduco ſola Largitorum nomina & titulos.* a.) *Clauſulamque diplomatis finalem.* b.)

a.) Yse-

a.) Ysenardus Patriarcha Anthiochenus,
Bartholomeus Raguſinus.
Petrus Nazarenus.
Raimundus Andernopolitanus.
Archiepiſcopi.
Egidius Andernopolitanus.
Petrus Narnenſis.
Petrus Civitatis nove.
Berengarius Carpenteracenſis.
Gvilhelmus . . .
Bartholomeus Cemenſis.
Hupertus Placentinus.
Benedictus Sracienſis.
Gvilhelmus Cunamenſis.
Epiſcopi.

b.) Datum *Avinioni* apud Sedem Apoſtolicam menſe Februario. Anno [*præmemorato*] Pontificatus Dni Iohannis Pape XXII anno *Primo*.

XIII *quæ appendent Sigilla, exquiſito ſuo rubore oculos perſtringunt. His acceſſit* Moguntinum, *tunc ſedentis Archiep.* Petri, *ſubluteum.*

XIII. n.595.

Recognitio iudicialis Viniſcrotariorum, ſocietatis illius, quæ ſpectat Vrbis partem, Selhoven *dictam; Quod de huiusmodi Officiis vendere, aut elocare quatuor, competat Capitulo* Maur.

An. 1339.

Allermenlich ſal wiſſen der diſen Brief ſiht, oder horet leſen, daz wir Winſchroeder zu Mentze, die da hoerent in die geſelleſchaft zu Selhoven, han uns bekant offenlichen fur dem Erbern Wiſen Manne, Herren Salmanne Camerer zu Mentze, daz - - - der Dechan und der Capitel des Stiftes zu Sant Moricien - - hant vier Ampte in unſer der vorgen. geſelleſchaft zu verkouffen, oder zu verleihen, wem ſie wollent. Und geloben In, wanne daz iſt, daz ſie die . . Ampte wollent verkouffen oder verlei-

 hen,

hen, daz wir ſie darzu eren u. furdern - - ſullen, als wir allergetruwlichiſte kunnen oder mogen, an alle argeliſt. Waz auch - - Her Salman Camerer und Juncherre Pederman zu dem Hanhof zuſchen den vorgeſchriben Herren u. unſ umbe die anſprache, die ſi gen uns von der vorgen. Ampte wegen gehabt habent, und dez Bannes wegen da ſi uns in bracht habent, ſprechent, daz ſullen Si und wir ſtede u. veſte halden.

Und zu einer veſtenunge der vorgeſchr. Dingen, ſo han wir - - - den vorgen. Herren Camerer gebeden, daz er ſin Ingeſigel gehenket hat an dieſen brief. Und ich derſelbe Camerer bekennen — — —

Actum Anno Domini MCCCXXXIX, Dominica qua cantatur *Exurge.*

Plenioris notitia huius Viniſcrotariorum Officii cauſa ſervit Chartula ſubiuncta de an. MCCCII.

n. 596. Tenore preſencium innoteſcat, quod Arnoldus Viniſcrotarius civis Mogunt. de Societate ſuperiorum Viniſcrotariorum, videlicet in *Selhovia*, coram Craftone ſeculari Iudice Moguntino cum uxore ſua legitima conſtitutus, de ſcitu & conſenſu Magiſtri, & aliorum Viniſcrot. predicte ſocietatis vendidit - - & reſignavit officium Viniſcrotarie ſue - - Heinrico † ſacerdoti Vicario . . S. *Iohannis* - - iure hereditario optinendum. Borgantes, id eſt ſub cautione iudiciaria, que *borgen* vulgariter dicitur, ſe firmiter aſtringentes, quod prefato Dno *Heinrico* certam & rectam warandiam preſtent & faciant, quousque per *Bannos* ſuos ſe ſuper ipſo ſtabiliverint, prout *Moguntie* conſuetudinis eſt & iuris.

† de *Rockenburg.*

Preterea idem Heinricus prefatum Officium ſibi - - venditum - -, eisdem Coniugibus, & ſeniori heredum ſuorum iure hereditario poſſidendum conceſſit & locavit in hunc modum, quod ipſi de prefato officio eidem . . *Heinrico* & ſuis ſucceſſoribus, ſingulis annis - - tres ſolidos - - - perſolvant, alioquin - - - cedet & revertetur ad eundem . ., vel ſuos, ſi deceſſerit, ſucceſſores, liberum & ſolutum. — —

Acta, preſentibus Walthero Magiſtro Viniſcrotariorum, Conrado de *Grekenhuſen*, Heilmano & Conrado, Viniſcrotariis civibus Moguntinis. - - Anno . . MCCCII, feria tertia proxima ante feſtum *Galli.*

Quod

Quod deſiderari porro ab Æde Mauritiana *poteſt*, Epitaphia *ſunt. Aſt cum numerus eorum (ſi Inſcriptiones Lapidum vulgares demas) perexiguus ſit; locum ſupplebunt alia, quæ in reliquis tum in: tum extra Metropolim Eccleſiis reperi; Nec tamen, quæ olim perluſtrando collegi promiſcue, ponuntur omnia, ſed vix non e ſingulis tantummodo quædam. Quamvis & hæc ſub calamo ad eam excreverint inopinato copiam, ut hæc ipſa videri poſſit nimia. Spero nihilominus, exinde faſtidium creari nullum; quod eius generis Monumenta plerumque ſint & lectu iucunda, &, ob memoriam, quam de communi Mortalibus nobis ſorte ingerunt, ſalutaria.*

EPITAPHIA.

18.

Anno Dni MCCCLXXXI in die X. mill. Martirum ✠ PETERMANNVS dictus *Boderam.* C. A. R. I. P. *Numeri* XVII p. 913 *Continuatio*

19.

. . MCCCC - -, XXVIII menſis Sept. ✠ Devota Puella IOHANNA *Kempen* oriunda de Vrbe. Que uti ſit pia, recommendata Criſto, Marie.

Fuerit Soror Ioannis Kemp *huius Eccl. Præpoſiti.*

20.

Anno 1497 ✠ Venerabilis Dns ANTONIVS *Drap* de *Ingelnheim*, Sacre Theol. Licent' Canonicus . . S. Mauritii, in Terra ſancta, ſepultus in *Rama.*

Legebatur in feneſtra colorata, quam, an. 1726 Templum renovando, amoverunt.

21.

Victor ades vitæ, Ductor redivivus ab Orco
Surgens, Cœlitibus magna trophæa refers.

Hæc ſupra Chriſti reſurgentis picturam. Inferius:

O Deus, O Victor, quo gaudent cuncta creata,
Tartara ſunt cuius dilacerata manu,
Tu diſcedenti miſera de valle malorum
Aſſis: Eia animam ſuſcipe Chriſte meam.
Terribiliſque mihi cum Mors iam clauſit ocellos,
Fac, mea quo Tumulo molliter oſſa cubent.

Anno Dni 1569 die 26 Decembris ☙ Venerabilis Dns PETRVS *Freund*, huius Eccleſiæ Scholaſticus, & B. M. V. in grad. Vicarius. C. A. R. I. P.

22.

ad S. STEPH. *In periſtylio: Lapis muro inſertus.*

Ne tranſire velis Frater, lectorque fidelis,
Quin mea facta legas, hecque precando tegas.
Nos qui terra ſumus, manet omnes exitus unus.
Nullius & Meritum hunc necat interitum.
Hinc necis ad metas omnis compellitur etas.
Ex vetito pomo mors trahit omnis homo.
Et quia deliqui ſtimulo Serpentis iniqui,
Spes atque tremit, hunc quia culpa premit;
Lector amande, Preces ad Xpm funde fideles,
Spes eterna ſpiret ut in venia.

circumcirca † ANNO INCARN. DOMINICE MXLVIII. *Ind.* XV. V. ID. AVG. WIGNANDVS FELICIS MEMORIE PREPOSITVS MIGRAVIT AD XPM.

23.

23.

Anno Dni MCCCXXXIIII, die Invent. Sce Crucis HILDEBRANDVS de *Mulhuſen*, Decanus huius Eccleſie. Cuius - - - *in Templo.*

Magnus lapis rotundus, cum ſimulacro manibus complicatis, inter duos Angelos.

24.

An. Dni MCCCLX. VI Kal. Marcii GOTFRIDVS de *Eppinſtein*, Decanus h. Eccleſie. - -

---

25.

Anno Dni MCCCXLI. Kal. Marcii HEINRICVS Scolaſticus H. E. & Paſtor . . in *Bretzenheim.* - -

---

26.

A. Dni MCCCCLX. XVI die menſis Aprilis Honorabilis Dns FRIELO *Genſfleiſcb*, Canonicus - - *Ambitu.*

27.

A. . MCCCCLXXXIIII, die vero XXIII menſis Sept. Honorabilis vir IOHANNES *Stube* de *Waldeck*, Sancte Moguntine Sedis Scriba.

Negotiis pluribus arduisque adhibitum in chartis reperi, maxime ſub AEpo Adolfo II, *cui fuit a Secretis intimis; Ab eoque miſſus* Romam *pro impetrando Pallio.* - -

28.

Digitized by Google

28.

In Templo. Anno . . MDI. die XI menſis Iunii Θ Venerabilis Vir D. Magiſter CVNRADVS *Thuſ* de *Warberg*, Prepoſitus S. Mauricii, Scolaſticus ad gradus B. Marie, ac huius Eccleſie Canonicus. - -

---

29.

Anno . . MDXX * iſt geſtorben der Wolgeborn Her, Her Gotfrid Graf zu Diez, Her zu Epſtein und zu Mincenbergk. Bidt derſelbigenn und allen glaubigen Selen durch GOt umb ein Pater noſter.

* *Hoc ſpatio vacuo colligitur, quod erigi curaverit in vivis; Æra mortis poſtmodum neglecta. Obiit autem* 1522. d. 24 *Decembris. Exhibet ſe in forma humana naturali, Statui ſuo adæquata; inſidens Leoni, manu Crucem geſtans.*

30.

DEO OPTIMO MAXIMO.

Venerabili, nec non Integerrimo Viro & Domino, GEORGIO *Mirdel*, ex *Vlmena* civitate Imperiali Sueviæ, huius Divi Stephani Eccleſiæ Canonico digniſſimo; qui Anno MDLXIII, die vero XVIII Decembris ex hoc Seculo migravit, omnes Amici & Cognati, nec non PETRVS *Ilgas* † frater eius & Canonicus huius; qui in vita ſua dilexerunt ſe, & in morte illa charitate non ſeparati, in laude Sanctæ Trinitatis, & honore S. Stephani Prothomartyris poſuerunt. Cuius anima in pace quieſcat æterna. Anno . . MDLXIIII

† *al.* Elgas. Θ 1577. 7. *Mart.*

Expecto hic Carnis reſurrectionem, & vitam venturi Seculi. Amen.

31.

31.

Anno Domini 1564. die menſ. April. 4.

HENRICVS *Geyr*, quem tota Moguntia novit
Relligione Fide & vera pietate probatum;
Qui ſibi non ſoli vixit, ſed omnia factus
Omnibus ex æquo ſtuduit ſua pandere cunctis.
Cuſtos hoc Stephani, ſenior Collegaque Templi
Emeritus, tandem Iubilæi dignus honores.
Naturæ ceſſit, vitales liquit & auras.
Conditus hoc, ſpectes ſui corporis oſſa, ſepulchro.
Tranſiit: aſt animus ſecurus ſpeque fideque,
Pacis amans Chriſti fruiturus pace perenni.
Si pacis Vrbis Collegæ laurea cordi eſt,
Pax Chriſti veſtræ ſit vitæ meta ſcopusque.

[*Patria* Warbergenſis: *Canonicatu potitus eſt an. 1512. Apr. 19.*]

32.

Anno recuperatæ Salutis ultra 1564, miſerabili admodum, toto paſſim Orbe Epidimiæ graſſante plaga, duobus germanis huius S. Stephani Vicariis, Honorabilibus videlicet Dominis GERARDO & IOANNI, cognomento *Iſingiis* e *Weſtphalia* oriundis, hinc ad veram vitam quaſi æmulis; Illi quidem ſeniori Plebanum in *Bretzenheim* agenti, ſed 17 Novembris; ac alteri Iuniori, Art. liberalium & Philoſophiæ, trium præterea Linguarum egregia eruditione prædito, XIII autem Decembris; utrisque ſane honeſtæ vitæ, amplioriſque expectationis laude ex præſenti miſeria migrantibus; Tertius adhuc ſuperſtes, eorundem Frater germanus PASCHASIVS *Iſing*, † maioris Moguntinæ Vicarius, fraterna motus pietate hocce poſteritati Monumentum, relinquendum in Defunctorum commendatio-

 nem,

Digitized by Google

nem, poſuit. Quorum animæ in divina ac perpetua pace requieſcant. Amen.

† ꝯ 1578. 29 Nov.

33.

Eximium tegit hæc Doctorem tumba, IOHANNEM
MVNCK: virtute fide religione gravem.
Explicuit Canones ſumma cum laude ſacratos,
Palladiique fuit gloria magna Chori.
Huius erat Senior, ſummæ aſt Vicarius ædis;
Celicolis iunctus, Spiritus aſtra tenet.

Vixit Annos 51 & menſes 5.
Moritur die 23. Novembris . . 1568.

34.

Venerabili D. PETRO *Schwarz* ex *Vlmena ſuperiori*, huius Eccleſiæ S. Stephani Canonico, nec non Vicario S. Albani; qui honeſte pieque, vita ad annum usque LV traducta, ſpiritum Deo, corpus terræ hic reliquit humatum, donec ad Tubam noviſſimam reſurget incorruptum. Vitam commutavit cum morte VII die Martii Anni 1596. Cuius ſpiritus perpetua in pace quieſcat. Vltimæ eius voluntatis Exequutores pietatis ergo hoc Monumentum poſuerunt 1597.

35.

IOANNES HENRICVS *Behem* ex *Hauſen*, S. Theol. Doctor, & Eccleſiæ huius S. Stephani Scholaſticus, domui ſuæ iuxta Eſaiæ monitum in tempore diſpoſiturus, Epitaphium hoc lapideum, aliudque ſupra ligneum ad honorem Dei, & ſui

ſui memoriam vivus ſibi conſtituit Anno . . Iubilæo MDC. ætatis vero ſuæ XXXV. Requieſcat, defunctus, in pace. Amen.

Obiit VI die Febr. Anno MDCIII.

36.

Anno . . MCCCLXXXVII. IIII Idus Febr. ❦ HERMANNVS de *Wysbaden*, Decanus, qui triginta annis hanc Eccleſiam rexerat honeſte. C. A. R. I. P. B. M. V. *ad Gradus*

37.

Anno MCCCCXXXIX. I. Octobris ❦ Venerabilis *Magiſter* HERMANNVS *Roſt* de *Kirſverden*, Prepoſitus huius Eccleſie, *Colonie* in Kartuſia ſepultus. Anno MCCCCLXXVII. XXIX Dec. ❦ Honeſta Mulier KATHERINA de *Kirſverden* Soror Prepoſiti, hic ſepulta. Anno (1491) ❦ Honorabilis PHILIPPVS de *Litore* de *Nuſſia*, filius Katherine *Roſt*, Canonicus & Iubilarius huius Eccleſie. Quorum Anime —

Appenſum erat in periſtylio; quum dealbaretur 1725, avulſum.

38.

IVO *Witticb*, Doctor Ordinarius Decretorum hic iacet, ut vacet a penis inferorum. Quem *Hamelburg* edidit, ſolvit Moguntia membris.

Obiit 1507 quarta Decembris.

Vir ſui temporis celeberrimus: neo-inſtitutæ Imperialis Cameræ primus ab Electore Moguntino *præſentatus Aſſeſſor; Sigillifer etiam, nec non* B. V. *&* *S.* Victoris *Canonicus.*

39.

BVRCHARDVS tumulo hoc ſitus eſt *Haltuſderebeiden*,
Vir fidei, & veræ Religionis amans.
Laus Cleri, columen Muſarum, & portus Egentum;
Orbi tam vixit nomine, mente Deo.
Cuius dum tranſis Monumenta, precare Viator,
Burchardi in Chriſto ſuaviter oſſa cubent.
Obiit Anno Salutis MDXXXXVII.
VII. Idus Septembris.

In quadam curia Dominorum Petrenſium *magna viſitur Vrna lapidea, his inciſis Metris:*

40.

A DNO BVRCHARDO HALTVFDERHEIDEN PRÆPOSITO FRIZLAR.

Virtuti ac fidei poſita eſt hæc ſaxea moles
Et nitidis membris pluribus aucta Domus.
Franciſcus, *Carolus*, *Paulus* dum *tertius*, Orbi
Concilium, Pacem, Turcica pila vocant.
ANNO MDXXXVII.

41.

Hac *Reuſs* IOHANNES gelida ſitus occubat Vrna,
Non minimum Cleri Nomen, Amice, ſui.
Præpoſitus Stephani, ſed in Æde Scholaſticus iſta,
Iublæi meritus præmia Canonicus.

Muni-

Digitized by Google

Munificus, doctus, prudens, ſincerus & æquus,
In ſumma magnæ Vir pietatis erat.
Si patriam ſpectes, fuit hæc *Vartburgia:* Multis
Fæcunda eximiis Veſtphala terra Viris.

Anno ætatis LXXV.
Domini MDXLI.
Menſis Iunii XVIII.

42.

Hauſen IOHANNES Myſtes Chriſtique Sacerdos,
Virginis & Mariæ cultor ubique ſacræ.
Conſilio nulli, nulli virtute ſecundus,
Cuius non vitiis vita notata malis
Debita perſolvens [quorum transgreſſor Adamus
Autor erat primus] hoc tumulatus humo.
Obiit A. D. 1556. ultima Apr.

43.

Promiſſis paſſi & meritis confiſus IESV
Aſtantis precibus ſupplicis ac Mariæ,
Qui modo devotus fuit Æde Canonicus iſta
Coſt iacet hic tectus nunc DIETHERVS humo.
Obiit 26 Iunii. 1556.

44.

Reverendo & Eximio Domino THEODERICO de *Rheden*, I. V. Doctori, Cathedralium Lubecenſis ac Warmienſis, nec non huius, ac S. Victoris Collegiatarum Eccleſiarum Mogunt. Scholaſtico & Canonico reſpective; Divi Severi Erphur-

Digitized by Google

dienſis Præpoſito; Viro virtute, prudencia, rerum experiencia ſpectatiſſimo; Qui, cum Epiſcopatus *Lubicenſis* dignitate, tam concordibus Capituli votis, quam ultronea præfectione Apoſtolica, Anno Salutis MDLI ei delata, veritus tantam hoc tempore ſubire molem, ſeſe prudenter & modeſte abdicaſſet; tandem Anno . . MDLVI. III Kal. Iulii, ætatis vero ſuæ LXIIII fœliciter obiit. Cuius anima pace fruatur æterna. Vltimi Elogii eiusdem Vindices hoc Monumentum P. C.

45.

Anno Salutis humanæ 1594 Divi Andreæ Feſto obdormivit in Domino Venerabilis D. NICOLAVS a *Driel*, S. Stephani Præpoſitus, B. Mariæ V. ad Gradus & S. Victoris Eccleſiarum Mogunt. Scholaſticus & reſpective Canonicus. Vir, uti ætate nonagenaria maturus, ſic omni virtutum genere clarus. Quippe erga Deum Divosque pius, erga ſe ipſum ſobrius, erga Proximum iuſtus, demum erga Pauperes ſumme liberalis. Cuius proinde animam Angeli in ſinum Abrahæ, corpuſculum vero ſuperſtites Agnati in Chorum huius Eccleſiæ religioſe deportarunt. Benemerita eiusdem æternitati hoc Cenotaphio pie conſervantes. R. I. P.

PP. S. I. *Tempore illo, quo Eccleſia hæc ſpectabat ad Ordinem* FF. Minorum, *Cives permulti, Patritii præſertim, ſuam in ea elegerant ſepulturam, ut ex Cippis, quibus pavimentum ferme integrum erat repletum, id abunde licuit notare. At poſtquam anno* 1577 *ea cum Domicilio conceſſa eſt Patribus* S. I., *nemo amplius, niſi Benefactor inſignis, pro ſua voluntate & reverentia exauditus, tumulum ibi & requiem habet. Stetit hæc, ruinæ proxima, ad annum usque* 1742. *Quo ineunte demolita, intra ſexennium talem ſubiit mutationem, ut ex novis prorſus fundamentis an.* 1748 *ſurrexerit adeo ſpectabilis, ut a Structuræ ſoliditate, picturæ elegantia, & decore ubique affuſo, nemini non gaudio ſit, & admirationi.*

46.

Digitized by Google

46.

Ante Aram confraternitatis Agoniæ Lapis iacebat, Imaginem præſentans Epiſcopi, inſcriptione per ætatem abſumpta. Hunc nobis detexit liber [*in Cartuſia*] MS. de Paſſione Domini. *Hoc epiphonemate:*

„Explicit Tractatus utilis, devotus & egregius, Venerabilis „Patris Dni IOHANNIS de *Zozenhuſen* Epiſcopi *Tramenſis*, „& Vicarii in pontificalibus Dni CVNONIS Archiepiſcopi „*Treverenſis*, - - - Natione Suevus, Vir adprime eruditus, „ſcientia & doctrina clarus. Obiit autem circa annum . . „MCCCLXXX. Sepultus eſt apud *Fratres Minores civitatis Moguntine.*

47.

Anno Dni MD - - - - der Edel und Ernveſt - - * von Tetenleben - - - mit Hertzog Erich von Brunſwig, und andern, den Welſchen Krieg - - -

* [*Sebaſtianus*]

VALENTINVS de *Titelebin*, Doctor, Can. Mogunt. & Præpoſitus Francoſ. deſiderii ergo Fratri poſuit.

48.

VALENTINVS, Epiſcopus *Hildebemenſis* alterum & glorioſum Chriſti adventum hic poſitus exſpectat. Obiit die XIX menſis Aprilis, Anno a nativitate Domini MDLI. Epiſcopatus ſui XIIII. Ætatis vero LXIII.

49.

Anno Salutis 1552, die veroXXIII menſ. Februarii, - - - conſultiſſimo, ac R[mi] Ill[mique] Principis & D. D. VALENTINI Epiſcopi *Hildesheimenſis* - - - Cancellario, - - - -

50.

Digitized by Google

50.

S. Qvinti-ni Paroch. Epitaphivm Nobilis Adoleſcentis Friderici Blois, *Marvilla* oppido, Terra, quam vocant Communis, oriundi.

Hac Fridericus *humo condor iuvenilibus annis*,
Ioannis *de* Blois *cura dolorque Patris.*
Septenum ingrediebar enim triederita vitæ,
Ruperunt Parcæ cum mala penſa meæ.
Hei ævi fragiles, *brevibus ſic ludimur annis*,
Nec tenet in certa mors ſtatione pedem.
Te tua fata manent, *etiam ne differ in horas*
Conſilium, *in melius res revocare tuas.*
Quodque tibi cuperes fieri poſt Funera, *noſtræ*
Vt bene ſit menti, *ſupplice voce rogo.*
Obiit Anno Salutis 1586
die Aprilis 16.

51.

Cy devant giſt le Corps de Noble Filz Clavde Didier, *dict* du Rouziè, *natif de* Remberviller en *Evechè de Mez. Filz du Noble Homme* Iean Didier, *dict* du Rouziè, *iadis Archer des Gardes de Monſeigneur le Duc de Lorraine*, *demeurant au dict Lieu. Le quel*, *n'attouchant l'age de* 18 *anns*, *trepaſſa le* 29 *Decembre l'An* 1601. *Priez Dieu pour luy.*

Iuventam, Phyſicen, Stirpem, osque ſuum, a Patria procul ita claudit *Claudius* du *Rouzier.*

Corporis atque animi Roſa eram, *ſtirps una Parentum*,
Clauſus in hoc tumulo ſum cinis, *oſſa*, *nihil.*

52.

S. Ignat. paroch. Anno Dni MCCCCLX - - - - ⸿ Iohannes de *Lotrecken*, Plebanus huius Eccleſie. - -

Hic

Hic *eſt idem ille* Io. de Lutrea, *Vir ætate ſua clariſſimus, omnique, tam Divini quam humani Iuris ſcientia ineffabiliter excultus: . Nomen cuius inclytum Scriptores coævi honorificentiſſimis laudum præconiis extulerunt.* v. T. II. p. 754. *Merito igitur congaudendum Doctis eſt, locum nunc haberi exploratum, qui tanti hominis cineres ac oſſa tenet.*

53.

Anno 1612 den 19 Decembris zu Nacht, iſt der Ehrngeacht Herr Caſpar Albach von Dumbach, des Rhats allhie, in ſeiner Behauſung iemmerlich ermordt worden. Dem GOt genade. Amen.

Tabella ænea in angulo, a dextris.

Vetuſtiſſima hæc Eccleſia, quæ anno 1747 *ob ruinam, quam minitabatur, ſolo æquata, ſub manu architectonica in novam ſuccreſcit multo vaſtiorem formam, cippis & Epitaphiis abundabat. Verum ſorte admodum iniqua, nunc ea, ut percepi, pleraque & oculis & memoriæ ſunt ſubducta; dum ſimulacris Mortuorum, cet. quæ repræſentabantur, exciſis, ceu lævigatis pro ornatu lapidibus uſi ſunt. Hoc ſane quadraſſet melius, dignumque maiori fuiſſet applauſu, pro pia dormientium ibi memoria conſervanda, amœno inſuper Viatoribus cauſando obtutu, iisdem Epitaphiis ex Templo ſic amotis, proximos cœmiterii muros coniunctim incruſtare.* Udenmünſter, paroch. Dnis S. Patri ſerviens.

54.

Anno . . MCCCCVI, die VII menſis Febr. Θ Venerabilis D. Hermannvs *Erckel*, Sanctorum, Ciriaci in Nuhuſen Prepoſitus, & Petri extra muros Mog. eccleſiarum Canonicus. C. A. R. I. P.

Digitized by Google

55.

Venerabili Ornatoque Viro, D. HENRICO *Albach* Weſtphalo, Eccleſiarum Coll. SS. Petri & Victoris extra muros. Mogunt., & S. Felicitatis in Vreden, Monaſt. diœc. Canonico; Qui olim in Romana Curia Pragmaticus, & Vicecomitis Palatini ornamentis inſignitus, hic per annos XXXIII Dei miniſterio iugiter invigilans, cum omnibus pacem caritatemque colens; in Pauperes benignus, in ſuos munificus; e quibus fratrum filios tres in literarum ſtudiis aluit, Beneficiis auxit; tandem ſuperatis huius ævi fluctibus, ærumnarumque Victor pius, ad Portum migravit æternæ felicitatis. Vixit ann. LXVII. Obiit Anno Chriſti MDXCII, die XXI Iulii. Viro optimo Hæres ex teſtamento, & ultimæ voluntatis Executores H. M. Poſ.

56.

IOANNES *Emmel*, Famulus fidiſſimus olim
Nobilium *a Fürſtenberg* conditur hoc tumulo.
Pauperibus bona fluxa dedit, Templisque ſacratis,
Haud dubie ſoli ſed tibi Chriſte animam.
Dic, quicunque legis, ſincero pectore, Chriſte
Da famulo Superum gaudia vera tuo.
Obiit Anno 1605. 19 Aug.

57.

Dominus ADRIANVS a *Walenburch* Epiſcopus Adrianopolitanus, Suffraganeus Colonienſis, Eccleſiæ Metrop. Presbyter Canonicus Senior, cœpit quieſcere 12 Sept. 1669. Ætatis ſuæ 61. R. I. S. P.

58.

58.

Anno . . MCCCCLXXI, VI die menſis Maii Nobilis Domicellus WERNERUS dictus *Marſalc*, quondam Cubicularius R[mi] in Xpo Domini Maguntinenſis. *apud* CARMEL.

59.

Anno . . MCCCCXC uf den fünfften Dag des May ſtarp die Wolgebohrne Margrede, Graefinne zu Naſſauu und Sarbrucken, Frauwe zu Rodenbach, der GOtt barmhertzig ſey.

Statua, ad oſtium Sacriſtiæ. Vxor GERHARDI, *Domini* in Rodenmacher * *&* Neuerburg, *ſæpius obviam habiti* 1466 — 1489.

* *Ita ſcribendum erat, pro* Rodenbach.

Sequens cernebatur affixum in periſtylio, decora conſiſtens tabula, litteris aureis rutilante. Hoc nobis olim ad ædes tranſmiſit Rev. p. m. P. VITUS a Matre Dei, *Provincialis Ordinis longe meritiſſimus. Subnotando, Nomen amborum fuiſſe* IOANNIS. „Sed ego, (*pergit*) qui, ut Studioſus deſcripſi, non feci reflexionem, quam ad Verſus. Ipſa Tabula, diruendo „veteres muros, cum erigeretur novum (*an.* 1711) Monaſterium, deperdita eſt.

60.

Vt ferme humanas ſimul intravere ſub auras,
  Vt prope vita uno tempore clauſa fuit;
Vt retulere ſacro ſimile ex baptiſmate nomen,
  Vt doctrina eadem, Relligioque fuit;
Vt non diverſos ſtudiis ſubiere Magiſtros,
  Vt parilis pietas, hoſpitiumque fuit;

Vt vicina tegunt amborum buſta ſepulchra,
Vt mens unanimis, parque ſtatura fuit;
Vt ſic ambo, DEVS fac, conditione fruantur
Vnanimi: & requiem captet uterque Poli.

61.

PP. AVGVST. Anno . . MCCCCI ultima die menſis Iunii ☉ Venerabilis Pater FRIDERICVS, Ord. S. Auguſtini Epiſcopus *Tullenſis*, Vicarius in Pontificalibus Domini Magunt. Hic ſepultus.

In Hiſtoria Moguntina, *Vita* Conradi II, *pluries obvenit hic Præſul* Fridericus, *ſubinde dictus* de Mühlhauſen, *ceu Loco nativitatis. Adhæret* Tullenſi *Eccleſiæ dignitas Principis; Auguramur hinc, operam, quam Archiepiſcopo Mogunt. impendit pontificio in munere vicariam, cauſatam eſſe gravi quadam neceſſitate, Ipſum e Diœceſi propria exulem faciente.*

62.

Nobili Viro THOMÆ *Fabri* de *Briſgelia*, Cataphractæ Equitum in Exercitu Potentiſſimi Regis Hiſpaniarum pro Palatinatu Capitaneo; Qui, poſtquam eidem Regi totis 45 annis variis in locis fideliter militaſſet, tandem longa tabe exhauſtus hic Moguntiæ 8 Iulii 162. . animam reddidit Creatori. Tu Viator Mortuo bene precare.

63.

Hoc ſub Lapide clauditur
Reverendus Pater MARCELLIANVS de *Barrea*, Ordinis Eremita-

mitarum S. Auguſtini Profeſſus, Catholicæ Maieſtatis in Capellis Burgundiæ & Caſtiliæ Concionator celeberrimus.

Obiit II. Aprilis Anno MDCLVIII.

Ex Annalibus PP. domeſticis hæc ſcire iuvat:

„Duo ſenes Patres Capucini, germani fratres, MARCELLIANVS & HELIODORVS de *Barrea*, famoſi Prædicatores Regis Catholici, poſtquam viginti annorum ſpatio, impenſis multis millibus imperialium cum P. Provinciali ſuo, P. CAROLO de *Arſcot* Duce litigaverant, tandem impetrata a Summo Pontifice facultate transeundi ad alium Ordinem, *Bruxellas* venerunt ad hunc Conventum, commendati a Principe IOANNE de *Auſtria* Reverendo P. Provinciali noſtro IOANNI de *Iudæis*, qui in noſtra eccleſia habitu Ordinis noſtri ipſos inveſtivit. P. *Heliodorus*, legatione Hiſpanica qua fungebatur, concernente Matrimonium inter Regem Galliæ & Infantem Hiſpaniarum, obiit *Madriti*, correptus febri. P. *Marcell.* obiit *Francofurti*, ubi degebat negotiorum cauſa. Domum deportatus, ſepultus eſt in Capella noſtræ Eccleſiæ.

64.

Quatuor olim Pontificum Maguncinacorum Cancellarius hoc clauditur Tumulo. Ille GEORGIVS ex HELL, dictus *Pfeffer*, in Oris Germanis Doctor ſummus & Italicis. Obiit V. Auguſti Anno 1498. Dic requiem Lector *apud PP. PRÆDIC.*

Viro tum notiſſimo fatum obtigit perquam luctuoſum. Sequenti modo hoc accidiſſe commemorat PETRVS Herpt *in* Annal. Francof. *apud Ill.* Senckenb. *T. II. Sell. p. 24.*

„Anno 1495 (98) Cancellarius Dni Moguntini Doctor Iuris Canonici & Civilis notabilis, magnus Vir conſilii, neſcitur quo iudicio divino cecidit in domo, vulgo zu dem Trieriſchen Hof, *in cloacam.* Extractus ſemi vivus tandem mortuus, hic ſolenniter a toto Clero deductus eſt ad navem, & Moguntiæ apud FF. Prædicatores ſepultus. Nomen eius erat D. *Pfeffer.*

65.

VALENTINVS *Recker* Iure Conſ. qui Iudicii Curiæ Aſſeſſor, & quatuor Archiepiſcoporum Magunt. Procurator Fi-

 ſcalis

Digitized by Google

ſcalis integerr. fuerat, hic ſitus eſt. Cuius anima e huius mortalitatis tenebris evocata luce fruitur celeſti. Obiit Anno MDXXX. VI. Idus Novembris.

66.

D. O. M.
Æternæque Memoriæ
D. Hadriani Malsen,
Tylburgi, Gorleæ &c. Toparchæ.
Qui,
In Catholico Belgio
Pedeſtri primum cohorti,
ac deinde Cataphractorum Equeſtri
præfectus fuit.
Cumque Exercitu Regio in Palatinatum miſſus,
ac vincere ſolitus,
donec eum vis morbi Moguntiæ vicit,
Mortique, & Lapidi
quem humi poſitum vides ante Aram Virginis,
ſubiecit,
Vita fortiter, Morte pie obita,
Anno CIϽIϽCXXI, XXI Sept. ætatis vero ſuæ XXXIV.
Antonius Baro de Grobendoncq,
Et Maria Malsen
Coniuges
Fratri unico optimoque, ſed Heu peregre defuncto,
Solatii & pietatis ergo,
hic ſolenne quotannis Sacrum XXI. Sept. die F. C. C.
Et iſtam Aræ principis Tabulam
in perpetuum amoris dolorisque ſui
monumentum ornari FF.

[*Conf.* Butkens *Suppl. aux Trophées de Brabant. L. 8. p. 363.*]

Epita-

Epitaphium, *ferrea cum literis auratis conſiſtens lamina, pridem amotum ſe recepit in Bibliothecam Conventus, illic a me deſcriptum.*

67.

SPES MEA CHRISTVS.

Nobili ac Strenuo D. VITO *Bauer* de *Kitzingen*, Regis Hiſpaniarum ſub Regimine Nobilis Strenuiſſimique D. Colonelli patris, SEBASTIANI *Bauer* de *Kitzingen*, Capitaneo trecentorum Militum, immatura morte prævento, mœſti Parentes & Vxor hoc Monumentum appoſuerunt. Obiit *Oppenhemii* die 10 Iun. 1627. Ætatis ſuæ 29 ann. C. A. R. I. P.

68.

D. O. M. S.

PP. FRANC.

Manibus optimi Parentis

IOANNIS CHRISTIANI,

Auguſtiſſ. Imperatoris Ferdinandi III, ac Sereniſſ. Romanorum Regis Ferdinandi IV quondam Camerarii; Eminentiſſ. & Sereniſſimorum Electorum, Ioannis Philippi Moguntini, Caroli Caſpari Trevirenſis, & Philippi Guilielmi Palatini Conſiliarii Status Intimi; Quem dira fatorum celeritas, exacto nondum ætatis anno LII, patriæ publicæque rei, atque Muſarum incrementis ſubtraxit

A. O. R. MDCLXXII. *

Hoc pietatis Monumentum,

cum voto cœleſtis & perennis gloriæ

P. M. P.

Filius & Filiæ ſuperſtites.

PHILIPPVS GVILIELMVS COMES a BOINEBVRG.
SOPHIA COMES a SCHÖNBORN, &
CHARLOTTA COMES ab ORSBECK.

* *d. 15 Dec. veſperi ſub horam 8 apoplexia tactus.*

69.

69.

ALB. DD. Anno . . MCCCCXCIIII. IV Kal. Apr. ꝋ Reverenda Mater & Domina OTILIA *Roſenberg*, Abbatiſſa huius Cenobii.

70.

Anno . . MCCCCIC. VII Kal. Maii ꝋ Honeſta Matrona ANNA *Roſenberg*, Iohannis *zum Iungen* quondam Relicta, & Chriſti pauperum ſpecialis Amica.

71.

Anno . . MDIII. Idus Octobris ꝋ Religioſus Pater CONRADVS de *Witlich*, qui Prioratum Monaſterii Eberbacenſis ad annos XXII laudabiliter rexit.

72.

Anno . . 1569 die 2. Sept. ꝋ Venerabilis ac Religioſa Mater, Domina ANNA de *Breidenſtein*, Abbatiſſa huius Monaſterii.

73.

S. CLARÆ. Quando Poli claves *Denus* GREGORIVS Atlas,
Et vaſto MICHAEL *Octavus* in Orbe gubernat,
Virginis in CLARÆ clarum decus extruit Ædem
HVMBERT de *Wider*, Francfurti iure Senator,
Lilienſtam dictus: ſimul adiuvat ELISABETHA,
Quam Moguntinus Princeps WERNERVS adornat.

74.

74.

SVB
hoc marmore quieſcunt
Glorioſi noſtri Fundatores,
HVMBERTVS de WIDDER a LILIENSTAM
Cum
- - ELISABETHA zum IVNGEN.
Qui in ſancto coniugio
hunc excitavere & dotavere Parthenonem
Anno MCCLXXII.
Hos Deus pia morte ad præmia vocavit
Anno MCCXCII.
TV,
Cineribus an. MDCCVII huc translatis,
Requiem precare æternam.

75.

Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo Sexto in Octava Epiphanie Θ Comes DYTHERVS de *Katzenelenbogen.*

*Non cadit in oculos hoc Epitaphium, * ſive depreſſus ſarcophagus; ſed quarere eum oportet retro Aram* D. Franciſci, *ſub gradibus qui tendunt ad chorum Clauſtri, in crypta. Ipſe Comes iacet reſupinus, ſubucula veſtitus & pallio; Scuto Leonino Effigiem, a pectore usque ad pedes contegente.*

* E memoria exciderat, dum aſſerui, quæ legis *p.* 880.

E regione deſcenſus in Templum a platea, patet alterius cuiusdam hac Stirpe ſati Comitis Sepulchrum, proceriſſima opertum Statua, cui tres adharent clypei; pectori parvus, duo magni a lateribus. Inſcriptionis veſtigium nullum.

76.

Anno . . MCCCLXI ✝ IACOBVS, Filius ORTONIS de *Landecken* Civis Mogunt. *In lapidis baſi:* Anno . . MCCCLXXIX. V. Kal. Octobris ✝ GREDA, Vxor IACOBI de *Landecken.* [*veteres huius Vrbis Patritii.*]

77.

Anno . . MCCCLXX in vigilia Apoſtolorum Philippi & Iacobí ✝ Domicella CLARA *zum Roſenbaum*, Vxor BERWOLFI Iunioris.

78.

CLARISSÆ. Hic iacet *Frater* NICOLAVS de *Andernaco* Fundator huius Ecclefie. Qui obiit Anno Domini MCCCXXXII, Dominica die ante Aſcenſionem Domini. C. A. R. I. P.

Elatam præſentat figuram in habitu Ordinis D. Antonii, *Templi typum manu gerentem. Vltra Secula quatuor iacens immota, diſparuit, ut locum faceret illic ſepeliri deſideranti.*

79.

D. O. M.

**Mariana*, Abbatiſſa. Cum cineribus ſuperſtitis Filiæ, hoc in Cœnobio Deo dicatæ, * ſpe commiſcendorum aliquando Cinerum, Marito, Filia, & utroque Filio prius orbata, mœrens Mater & Vidua hunc elegit Tumulum Excell^ma^ Domina, MAXIMILIANA AVGVSTA, Excell^mi^ D. *Sittigi Herboldi* S. R. I. Comitis *de Berlebſch* olim Coniux: Nata S. R. I. Comitiſſa *de Stadion.* Infelix, quod extincto † ſupervixerit avito *Berlebſchiorum* Nomini. Felix, quod præmortuæ Filiæ connubio †† cum Excell^mo^ D. *Henrico Carolo* S. R. I. Comite *de Oſtein*, Conſilii Imperialis Aulici Præ-

Præſide, ad Anglos Ruthenosque Legato, *Berlebſchii* ſanguinis illuſtres reliquias in Nepotem & Neptem transfuderit. Quæ, cum vixiſſet, ad deſiderium Familiæ parum, ad res geſtas ſatis, ad memoriam operum ſemper, Virtutum & dierum plena, ſuaviter in Domino obdormivit die XXIV Febr. Anno Chriſti MDCCXLIV, ætatis LXIV. Quam promereri ſtuduit æternam, Viator apprecare, Coronam.

† *Ita eſt quoad lineam Comitum. Equeſtri hacce Familia in diverſis Haſſiæ ac Thuringiæ partibus etiamnum florente.*

†† *Secundo ſcilicet: primo namque iuncta fuerat* Herboldi *fratris* [Petri Philippi, *an.* 1720 *defuncti*] *filio*, PHILIPPO ANTONIO. *Qui, an.* 1732, *equis neſcio quo caſu pavefactis, tentato ex Rheda ſaltu, per fracturam cruris vitam amiſit Treviris.* CAROLINA *vocabatur*, *Maritum ſecundum* [iter Vienna ingreſſum 16. Aug. 1734.] comitata, *Petroburgi* mortua 1737. 9. Aprilis. Inde avectum funus in Bohemiam, *Dattſchizii* arce vel urbe, proprietatis Illuſtriſſimorum Comitum ab Oſtein ſepulchro reconditum eſt.

In Æde ſacra Eqq. Ordinis TEVTONICI, *priusquam an.* 1739 *deſtrueretur*: [*centum illinc paſſibus exſtructa nova, ſuperbo palatio conformi.*] *Supra portam ſcriptum erat:*

80.

ANNO DOMINI MCCCXIIII. INCEPTA EST HEC CAPELLA IN DIE SANCTI BENEDICTI.

81.

Anno . . MCCCLXXXI in die S. Thome Apoſtoli ꝯ *Fr.* CONRADVS de *Franckfordia*, Commendator iſtius Domus.

82.

Frater EBERHARDVS *Cronenberger*. Anno MCCCCC.

Digitized by Google

83.

Anno . . 1512 in die Animarum ſtarb der Ehrwirdig und Streng, Her Werner Forſtmeiſter von Gelnhauſen, Commenthur zu Cölln, Tucz Ordens. Deſſen Seel — —

84.

Reverendus & Prænobilis D. IOANNES FRIDERICUS ab *Ampringen*, Metropolitanæ Moguntinæ & Cathedralis Herbipolenſis Canonicus, Obiit Anno æræ chriſtianæ MDCXLII. *

* 4. Iulii: *in ipſa Teutonica domo per gradus lapideos retrorſum lapſus, in auguratione* [Aufſchwörung] Hermanni Ottonis *Com.* de Naſſau.

In Templo Eqq. Ord. S. Ioan.

85.

Anno . . MCCCCLVII uf S. Martins tag, da ſtarp der Würdig Her, Bruder Barthold Staleln, S. Johannes Ordens Comptur zu Freiburg im Breiſgaw und zu . . ., allhier zu Menze, als uf der Zit das Capitul do waß. Iſt hie begraben.

86.

Anno . . MCCCCLXXXV die X. menſis Febr. obiit Venerabilis Dominus, *Frater* IOHANNES *Schilling*, Commendator huius Domus.

87.

Anno . . MCCCCXCI den XXVIII tag Marcii ſtarb der Erwürdige Herr, Bruder . . . von Schwalbach, S. Johannes Ordens Kumpter zu Menze.

88.

Digitized by Google

88.

In ſcuto penſili: Anno . . 1547 den 1. Aug. hat der Erwürdig, Edle und Geſtrenge Herr, Joachim Spar den Ritterlichen S. Johans Orden zu Malta angenommen; Und volgens im Jahr 1553 zu der Strumen, auch 1555 zu Mentz und Weyſel Commenthur worden.

Extra Mœnia Moguntina.

DALHEIM *parthen.*

89.

Martha vigil, forma morum, virtutis imago
Ac ſpeculum, norma vite, primeva propago
Ordinis, hanc Edem renovans iacet hiccine LIBSTA.
Cui celi ſedem nate de Virgine preſta.
Anno milleno Xpi tercentenoque ſecundo
Tranſiit a Mundo, carnis iam liber a ceno.

90.

Anno Domini MCCC - - - Idus Maii ✝ BALDEMARVS Miles *de Zalbach.* * Anima R. I. P.

* *Villa huius nominis, monaſterio proxima.*

Obviat in Litt. quæ ſic finiunt: „Actum preſentibus BALDEMARO Milite *de Zalbach* & SYBODONE *Fabro* Civibus „Mogunt. Anno . . MCCCI, Feria quarta ante purific. B. M. V.

Porro in aliis, quibus idem Baldemarus, HERMANNVS de Saulheim, *Milites*, *&* IACOBVS Mende *Armiger* de Lorzwilre *præſentant* HERMANNVM Clericum, *filium* Hermanni *ſupradicti*, *ad Parochiam Eccleſiæ* Dexheimenſis. 1314. 4 *Kal. Dec.*

91.

Anno . . MCCCXVII. XIII Kal. Auguſti ✝ IACOBVS Armiger *de Zalbach.*

92.

Anno . . MCCCXVII Domicellus IACOBVS *Widenhof*, in vigilia S. Galli.

93.

Anno . . MCCCXXII, III. Idus Sept. ELIZABETH, Vxor HENRICI - -, Filia EMERCHONIS Sculteti. †

† Moguntini: *Cognomine* zum Fürſtenberg. *T. II. p. 484.*

94.

Anno . . MCCCXXVII nona Decembris REINOLDVS dictus *Alinner*.

95.

Anno . . MCCCXXVIII. V. Idus Aprilis HEINRICVS *zum Degelen* Civis Mogunt.

96.

Anno . . MCCCXXXIII, in vigilia nativ. SS. Petri & Pauli ELIZABETH, Vxor REINOLDI, dicti *Alinner*, Civis Moguntini. [*Et huiusmodi Epith. complura.*]

97.

Hic iacet Illuſtris D. IACOBVS a *Salgari* nobilis Italus prope Breſciam oriundus, in Legione *Starenbergica* Capitaneus ſenior; Qui, in obſidione Moguntina contra Gallos fortiter pro Patria pugnans, dum primi agminis foſſores propugnat, glorioſam mortem oppetiit 7 Auguſti Anno . . 1689. Requieſcat in pace. Amen.

98.

98.

Anno . . MCCCCII. V. Idus Octobris † Honeſtus Vir Frielo *Boderam* Civis Magunt. magnus Benefactor & Amicus Domus huius. *in* Chartusia.

99.

Anno . . MCCCCL, Idibus Octobr. † Honorabilis Vir, Dns Fridericus *Ledender* Sacerdos, olim Cuſtos novi Monaſterii in *Berburg*.

100.

Anno . . MCCCCLIX die XXIV. Aug. † Venerabilis Pater, Dns Iohannes de *Lyſura*, Prepoſitus B. Marie ad Gradus Magunt.

Conf. T. II. *p.* 426. *&* *p.* 710.

101.

Anno . . MCCCCLXVI die Sabbati XXVII menſis Decembris † Ortwinus Gelthuſ *von dem Iungen*, Caſtrenſis in Oppenheim.

102.

Anno . . MCCCCLXXV die IV menſis Iunii † Honeſtus Vir Bartholomeus *Heidelberg*, Aurifaber, Civis Francofordenſis, ſecundus Fundator huius Capelle. [*s. Salvatoris in ambitu.*]

103.

Anno . . MCCCCC, V die Martii † Honorabilis Dns Iohannes *Stirn*, Vicarius Eccleſie B. M. V. Francof. primus Fundator huius Capelle.

104.

104.

Anno . . MCCCCC, ſecunda die Aprilis ✠ Venerabilis Dns PETRVS *Oberkam* Vicarius S. Catharine in *Oppenheim*, ſpecialis Benefactor huius Domus.

105.

Anno . . 1563, XI menſis Sept. obiit Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, IOHANNES *Penarius* Epiſcopus *Cyrenenſis*, R^mi^ Archiepiſcopi *Colonienſis* in pontificalibus Vicarius.

De hoc Præſule ſequentia tradit HENR. *Heiſter in Syntagmate Proepiſcoporum Colon. p.* 112. „Ioannes *Pena-* „*rius*, Noveſius, Epiſcopus *Cyrenenſis* ex Ordine Mino- „rum Doctor SS. Theologiæ: Dederat - - bonis ac ſacris „literis operam *Bononiæ*; & propter excellentem in eis „profectum declaratus eſt earum Profeſſor, & Ordinis „ſui Provincialis. Inde *Bonnæ* egit Concionatorem ma- „gno populi plauſu, innotuitque Archiepiſcopo *Colonienſi*, „qui eum ſuum Vicarium conſtituit. Cum autem una „cum aliis quibusdam Viris doctis Legatus ad *Ferdinan-* „*dum* Imp. a Colonienſi Capitulo miſſus eſſet *Viennam* „*Auſtriæ*, * in reditu cœpit adverſa valetudine laborare, „& advectus *Moguntiam* apud Carthuſianos animam egit „An. 1563. 13 Sept. ætatis 46. Ibidem in choro ſepultus.

* *Huius legationis obiectum videſis* Vol. I. *Rer. Mogg.* p. 872.

„Eius Epitaphio hoc adſcriptum diſtichon.
„*Inclyta ſi multos pareret Germania tales*,
„*Hæreſis exiguo tempore pulſa foret.*

Facta progreſſu temporis mutatione Choralis pavimenti, utpote minoribus ſtrati laminis marmoreis, earum uni reinciſa quidem fuit Inſcriptio ſuperior, *non ſimul vero Carminum, propter ſpatii arctitudinem.*

106.

106.

Anno . . MDLXXXXI 4 Iunii Obiit in *Langenſchwalbach* Vener. P. IOANNES *Heupt*, Prior Cartuſiæ in *Aſtheim*, Viſitator Alemanniæ inferioris.

107.

Anno . . 1614. 26 Iulii ☉ Venerab. P. VALENTINVS de *Capella*, Prior huius Domus optime meritus, qui Domum hanc hoſtili incendio vaſtatam & afflictam, ſtudioſe & feliciter reſtauravit.

108.

Anno: MCCCLXIII Ydus Aug. ☉ IOHANNES S. CRVCIS *zum Strazborg* de *Moguntia*, Prepoſitus, pridem Canonicus & Cuſtos huius Eccleſie.

In feneſtra retro ſummum Altare, litteris inuſtis:

Poſt diram & miſerabilem Marchicam exuſtionem *	reparatio per poſteros facta Anno MDLXXII.

* an. 1552.

In Templi fornice: Ad laudem & honorem DEI omnipotentis Divæque Virginis MARIÆ & S. Crucis, ex liberali contributione hominum proborum hoc aduſtum Templum noviter per SIGISMVNDVM *Schmeltzinger* huius Eccleſiæ Decanum extructum Anno 1630.

109.

In laudem & honorem Inventionis Crucis D. N. I. C. in quo eſt Salus, vita & reſurrectio noſtra, per quem ſalvati & liberati ſumus; Et memoriam Parentum ſuorum, FRANCISCI

Kkk kkk *Bebem*,

Digitized by Google

Bebem, olim Moguntiæ apud S. *Victorem* extra: & poſtmodum intra muros Typographi, & ELISABETHÆ Matris ſuæ, in Chriſto pie defunctorum; Reverendus & Eruditus D. - - MELCHIOR *Bebem*, B. V. *Mariæ* in gradibus *Moguntiæ* Canonicus, nec non huius S. *Crucis*, tum Senior, tum Canonicus, ac Divi *Ignatii* quondam Parochus; cui muneri XLIII annos Dei gratia hic & alibi vigilanter præfuit, hanc Tabulam pietatis ergo F. F. Anno reparatæ Salutis MDCII. Cal. Novembris. Diſce vivere, Diſce mori.

Hac reperi conſcripta in fragmento cuiusdam Altaris dudum ſepoſiti.

110.

HIC IACET

GEORGIVS Liber Baro *de Wallis* & *Karcmein*, S. C. M. Camerarius, Supremus Rei Tormentariæ Præfectus, Legionis unius imperator; Qui in oppugnatione Moguntina occubuit 6ta 7bris Anno 1689. Ætatis 54.

HOC

Optimi Patris piis Manibus Monumentum FRANCISCVS Comes *de Wallis* & *Karcmein*, S. C. M. Camerarius, Conſiliarius Belli Aulicus, Generalis Mareſchalli Locumtenens, Legionis unius & Ipſe imperator; pro Cæſare *Temeſwarini* Magiſter, & tunc temporis Supremus ad Rhenum Armorum Præfectus, ex affectu filiali poſuit 1727.

Monumentorum *ſeriem claudimus cum Inſcriptione Putei, proſtantis* Moguntiæ *in Foro.*

III.

Divo CAROLO V. Cæſari ſemper Auguſto, poſt Victoriam Gallicam, Rege ipſo ad Ticinum ſuperato ac capto, triumphante;

Digitized by Google

phante; fatalique Ruſticorum per Germaniam conſpiratione proſtrata, ALBERTVS Cardinalis & Archiepiſcopus Moguntinus Fontem hunc vetuſtate dilapſum ad Civium ſuorum, poſteritatisque uſum reſtauravit. 1526.

Accipe poſteritas hæc, quæ monumenta paravit
ALBERTVS PRINCEPS *Civibus Ipſe ſuis.*
Quos amat ex animo, Cuſtos ambitor honeſti,
Vtque vices reddant, ſemper amore cupit.

Quæ ex noſtra literaria penu ſequuntur, immediate primum ſubnectere cogitabam Chartulario D. Mauritii, *per modum appendicis ad* Elenchos Prælatorum *antecedaneos; Aſt quod ab inſtituto receſſerim, Epitaphia fecerunt longius protracta.*

Ad complendum autem Corpus Prælatorum integrum, reſtant adhuc duo Catalogi. *Alter*, Eccleſiæ S. GANGOLFI, *Alter* de Cantoribus B. V. M. *Ad hunc cum perveniſſet* D. Ioannis, * *fatur:* CANTORVM catalogo ſimiliter conficiendo manum admovere haud placuit. *Id quod crediderim facile:* quia non habuit. *Etenim primam illi manum appoſui, Opere* Ioannidis *iamdum evulgato. Perluſtrando quippe, ac inquirendo non ceſſavi, donec votorum compos, Prælatos reliquos ad ultimum usque deteχerim.* S. Gangolfi *Eccleſiam quod attinet, habuit ea, non minus ac ceteræ, ſuos* Præpoſitos; *Cum autem Seculo* XIII *ſponte deſierint; caruerítque Eccleſia hæc* & Scholaſticis & Cantoribus; *hinc, Præpoſitis iſtis pauco numero prius adductis, nonniſi* Decanos *licet exhibere.*

* Vol. II. p. 684.

PRÆPOSITI.

LVDOVICVS. Teſtis locum occupat circa annum 114. in Charta Præpoſiti maioris, HARTMANNI. *b. T. III. p.* 950.

Digitized by Google

CONRADVS. (1151) *T. I. p.* 206. *Capellanus Archiepiſcopi* *p.* 210. (1158) *p.* 231. (1165) *p.* 251.

SIFRIDVS. (1189) *Vol. II. R. Mog. p.* 469. Procul dubio *Eppenſteinius*, qui an. 1200 conſcendit Moguntinam Cathedram.

ARNOLDVS, *B. M. V.* & S. Gangolfi *Præpoſitus.* (1222) d. *Vol. II. p. 667 fin.* (1232) *T.* noſtro *II. p.* 721. Poſt hunc nemo alius.

CATALOGVS DECANORVM.

ECKENBERTVS. Nominatur in necrologio Ædis metrop. ad XII. Kal. Martias. Ex defectu notitiæ quando vixerit, eocum ordimur.

11.. RVDINGERVS. (1196) *Vol. II. p.* 470. (1211) *p.* 653. (1220) *p.* 473. (1232) in aliis Litteris.

12.. BVRCHARDVS. (1243) *Vol. II. p.* 537. Vitio Typothetæ irrepſit annus 44.

12.. GERBODO. (1267) *T. II. p.* 166.

12.. IOANNES *Dei gratia Decanus Eccleſiæ* S. Gingolfi *in* Maguntia, *Iudex a Reverendo Patre Dno Archiepiſcopo* Treverenſi *deputatus:* Hunc titulum gerit anno 1296, dum coram eo conſtitutus Rector Eccleſiæ in *Blesberg*, ADOLFVS, donatione inter vivos quæcunque bona ſua, in teſſeram gratitudinis acceptorum beneficiorum, addixit Fratribus Domus Teutonicæ Moguntinæ; reſervato ſibi ad vitæ dies uſufructu. - - - 1302. [Intercedit lacuna.]

13.. IOANNES *Stos.* Anno 1344 præſentem reperi, quando HENRICVS de *Oppenheim* Cantor B. V. nuntiabat, per iactum lapidis, Novum opus ORTLIBO ad *Iuvenem Abam*, Canonico; utpote in præiudicium vergens & fraudem

Digitized by Google

dem ipſius *Henrici* curiæ. Recurrit anno poſtero 2 Kal. Mart. in Laudo Compromiſſariorum, HENRICI zum Silberberg S. *Petri* Cantoris, & HERMANNI de *Merſeburg*, dicti *de Lintben*, laici, *Ortlibum* ad tollendum Opus condemnantium.

GODFRIDVS. Die Veneris ante *Mathæi Ap.* 1351, una cum 134.
THEODERICO de *Gudenberg* teſtimonio ſuo conſtabilivit Renuntiationem quoad bona ſub diſtrictu villæ *Marpesbeim*, factam Ordinis Teutonici Domus Mogunt. Fratribus a MECKELA, RVPERTI Militis *de Sonnenberg* Relicta, filiisque, GALLO & THEODERICO. † eodem anno 1351. Quandoquidem ante illius decurſum,

NICOLAVS, *S.* Gangolfi *Decanus*, obviat ceu Manufidelis 1351
IOANNIS *Scberplin*, ad D. *Victoris* Scholaſtici. Rurſus in Vnione Cleri de an. 1367. Accerſitur an. 1374, cauſa roborandæ transactionis ſuper Bonis zu Waluff, initæ a Fratribus (Convents Brüder) Teutonicis * & CONRADVM de *Franckfordia*, Commendatorem, cum Capitulo *Petrino*. In Manufidelem elegit ipſum CONRADVS *Spiesbeimer* D. *Petri* Vicarius, an. 1377.

* *Totius Ordinis exiſtens Conſervator, litteris, anno 1386 idiomate germanico conceptis, munus hoc ita exprimit:*
Wir Niclas, Dechan zu S. Gangolfe --, Richter und Behelter Fryede, Rechte und Handfeſten der Erwirdigen, des Meiſters, der Commenthur, u. Huſer des Dutſchen Ordens unſer Frauen Spitals zu Iheruſalem, von Gewalt gegeben des Heiligen Stuls zu Rome.

Atque tot annorum intercapedine patet, *Nicolaum* perdiu præfuiſſe Decanali officio.

IOANNES de *Iugenheim:* Qui ſimul *Iudex & Conſervator* 13..
Hoſpitalis S. Spiritus prope Rhenum in Maguntia: *Kal. Iun.* 1397.

Digitized by Google

140. IOANNES, modo *de Caſſel*, modo paterno nomine *Pletener* dictus. Vice prima ſe nobis præſentat in conſtitutione Manufidelium anni 1415. Ab eo numeratos recognoſcit (an. 1422) PHILIPPVS Comes *Naſſoviæ Saræp.*, iuſſu IOANNIS Archiepiſcopi centum flor. ad uſum comparandi Dextrarii, zur Sture (Steuer) zu eyme Hengſt. Anno 1434 ſequens ipſi Cauſa demandatur a Concilio *Baſ.*

n. 597. Sacroſancta generalis Synodus *Baſilienſis* in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repreſentans, Dilecto Eccleſie filio . . . Decano . . S. *Gingolphi* Mogunt. ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Conqueſti ſunt nobis CONRADVS Prior & Conventus domus *Moguntine* Ordinis Fratrum Predicatorum, quod IOHANNES *Ringk* Armiger - -, HENRICVS *Rebſtock*, & IOHANNES *Stang* cives - -, & quidam alii Laici in civitate Maguntina . . commorantes, ſuper quibusdam bonis, pecuniarum ſummis, & rebus aliis, ipſis per ALHEYDIM, relictam quondam IOHANNIS *Molpach* Viduam . ., in elemoſinam erogatis, iniuriantur eisdem. Ideoque Diſcretioni tue per hec ſcripta mandamus, quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit, appellatione remota decernas; faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. (*&c.*)

Datum *Baſilee* IIII. Idus Decembris. Anno Domini MCCCCXXXIIII.

Iohannes *Freudenberger.*

1435 IOANNES *Porthaus.* XI. Mart. 1435 conſtitutus legitur ab Archiep. THEODERICO Commiſſarius ad colligendum *fructus medios aut integros duorum annorum, qui* biennales *nuncupantur, de quibuscunque Beneficiis vacantibus, per terminos Prepoſiturarum Mogunt.* 1438. 39.

14.. DVDO de *Igſtatt.* Subit an. 1441, apud IOAN. Vol. *II. p.* 492. In Vnione Cleri 1443. Non diu poſt Decanatum conſecutus eſt ad D. *Petri.*

PETRVS

Digitized by Google

PETRVS de *Eckelsheim*. 1448 primo. Tabulis ſupremis BERTOLDI de *Sobrenheim*, D. *Petri* Præpoſiti, ſibi legatum abſtulit *capucium rubeum de ſcarlaco*, an. 1451. Litem inter Canonicos D. *Victoris*, & Parthenonem, *ſitum in ponte ſeu ſupra pontem civitatis Muhlhuſen*, ceu Iudex & Conſervator Eccleſiæ antedictæ, *ſententialiter* diremit 1456. IOANNIS de *Schornsheim* Vicarii metrop. Manufidelis. 1466. 144.

IOANNES de *Hagen*. 147.. 14..

CONRADVS de *Wildungen*. 1483 —— 1487. 14..

IODOCVS Yſt, S. *Petri* Cantor. Qua Decanus S. *Gangolfi* occ. 1495 ———— 1508. 14..

IOANNES de *Büren*. Obtenta ſub an. 1515 Decania S. *Ioannis*, huiatem videtur abdicaſſe. 15..

NICOLAVS *Simler*. 1528 ———— 1541, quo vivere deſiit. 15..

IOAN. THEODORVS Aslerus. 1556 - - Fato functus 6 Iul. 1572. D. *Petri* tunc etiam Cantor. 15..

PETRVS Haupt *Colonienſis*. S. T. D. S. *Stephani* & *B. V.* Canonicus. ☧ 1579 m. Novembri. 1572

THEODERICVS Krum *Erfurtenſis*. ☧ XI. Apr. 1609. Decanus quoque D. *Stephani*. 15..

CHRISTIANVS ETHEREVS *Hofman*. Succeſſit *Theodorico* in Decanatu Eccleſiæ tam unius quam alterius. Eripitur morte præmatura d. 17 Iun. 1610. 1609

CONRADVS Diel *Eberſtadianus*. S. T. D. Vicarius maioris, 1610

ris, nec non Parochus D. *Chriſtophori.* * Et hunc, ultra annum non ſtantem, mors proſtravit. Oct. d. 15.

1611 BALTHASAR *Wendenaſt*, *Nauenburgius.* ☋ 12 Maii 1620.

1620 IACOBVS *Sutorius*, patria *Rothwilanus.* El. 3 Iunii; quondam Parochus in *Coſtheim*; Eodem dein functus officio ad S. *Emeranum*; ubi etiam (in fata concedens an. 1644 . . Iun.) ſuam ordinavit ſepulturam. Bello tricennali, cum Sueci

* *De iſthac D.* Chriſtophori *Eccleſia notitiam accipe, prorſus admirandam. Illius quippe originem derivari ab aliquo Rege, vel Francorum vel Germanorum, inde eruitur, quod ad Eos ſpectaverit collatio, ſive Patronatus. Interceſſerat Seculo* IX *apud Regem* ARNOLFVM [*oriundum e* Caroli M. *proſapia*] Moguntinus *Archipræſul* HATTO, *ut* Maximinis *nonnulla donaret Loca. Valuere preces. Nam Rex, petito gratioſe annuens, eorum non pauca Monaſterio largitus eſt.* † *Dumque recenſet, ecce, his verbis utitur:*

† anno 893. v. SPICIL. n. II.

In Moguntia una Capella.

Quod vero ipſamet ſit D. Chriſtophori, *dilucide explicat dein* Innocentius PP. II. *tabulis confirmatoriis*, †† *agentibus* [*ita Rubrum*] de Patronatu Eccleſiarum S. Maximini. *Enumerando illas quæ in Diœceſi* Trevirenſi *conſiſtunt, pergit:*

„In Archiepiſcopatu Moguntino Eccle-
„ſiam *Sancti* XPOFORI, cum domibus
„& areolis in ipſa civitate.„

†† „Dat. *Laterani*, per manum AYMERICI, S. R. E. Dia-„coni Cardinalis & Cancellarii, pridie Nonas Maii. In-„dict. III. Incarn. Dominice Anno M. C. XL. Pontifica-„tus vero INNOCENTII *Secundi* Pape anno Vndecimo.

At, quo tempore poſtmodum a Monaſterii prædicti nexu disiuncta ſit, [*ius enim denominandi Parochum exercent eccleſiæ Tutores, vulgo* IVRATI,] *nobis compertum haud eſt.*

Digitized by Google

Sueci urbem ſuæ feciſſent poteſtatis, Ille ſolus ex gremio remanſit, Canonicis cunctis, aſylum alibi quærentibus, in exilio mortuis.

IOANNES Wignolius, *Trevirenſis*, Can. D. *Petri*, Regiusque in Eccleſia metrop. Vicarius. Θ an. 1662, d. Nov. 17. 1644

HENRICVS Engels, *Colonienſis*, Decanus S. *Crucis*. Eccleſiæ D. *Gangolfi* Decanatu proviſus ab E^mo d. 12. Decembris; quem an. 1670, tranſeundo ad Petrinum, deſeruit. 1662

HENRICVS Turnich, *Colon.* I. V. D. Henrico datus ſucceſſor 12 Mart. Θ 8 Aug. 1674. 1670

IOAN. CONR. Willermuth, *Mogunt.* Munus ſibi commisſum 23 Aug., reſignavit anno poſtero, die menſis eiusdem 25. 1674

GEORGIVS Rückert, *de Biſchoffsheim.* Abdicantis in locum electus, Θ 16 Mart. 1700. 1675

IOAN. CONR. *Krauſs*, I. V. L. Proviſione Archiepiſcopali, ſignata 29. Mart. Θ 2. Dec. 1729. Terræ concreditus, ad *Albas Dominas* iuxta Altare OO. SS. quod ſuis procuravit impenſis. 1700

GERHARDVS *Münch.* XVII. Dec. electus. Θ anno 1740, Martii die 9. 1729

IOAN. VDALR. *Weyd*, E^mi Principis Electoris Conſil. Eccleſiaſticus, Collegiatæ D. *Gangolphi* DECANVS. 1740 *31. Mart.*

Digitized by Google

SYLLABVS
CANTORVM
ECCLESIÆ B. V. M. AD GRADVS.

11.. Marqvardvs, B. *Mariæ ad gradus Cantor.* (an. 1171) *Vol. II. R. M. p.* 648. (1175) ..

11.. Giselbertvs. Occ. 1184 ——— 1204.

120. Embrico. In litt. *Sigefridi* II, datis II. Non. Febr. 1212, queis adminiſtratio Præpoſiti & Capituli, hactenus coniunctim exercita, ſeparatur. ✠ eod.

1212 Berwelfvs. 1212 ——— 1230.

:... Gerhardvs *Paternoſter:* In *libro Animarum* huius Eccl. *p.* 198, ponitur dies obitus ad XV. Kal. Nov. Sub dubio, propter nimiam a *Berwelſo* ad *Simonem* usque diſtantiam, huc locandus.

12.. Simon. An. 1267 in Statuto Capituli, quo præſcribitur modus ac forma, conſtituendorum deinceps Manufidelium. 1284 *T. I. p. 808.*

128. Emercho de *Igſtatt.* Permutavit an. 1291 vineam apud S. *Albanum*, quæ vocatur *Spitz*, erga duas vinearum particulas D. *Victoris*, in tractu villæ *Weiſſenau* ſitas. *Revolvens* (an. 1292) *qualiter in Eccleſia* Mogunt. *promotionis ſuæ ceperit primordia, & quod multa grata beneficia conſecutus fuerit ab eadem;* liberali donatione in ipſam transfert Reditum ampliſſimum Centum maldrorum ſiliginis, cedentem in *Lortzweiler*, *Mummenheim* & *Selſe*; Cuius eximiæ largitatis intuitu, emolumenti *Præſentiarum* a Summo Capitulo particeps factus eſt. Vltimum ſubit 1312. Necrol. ad VI Idus Dec. „ ✠ Emmercho *de* Igſtat, „Cantor - -, *qui fecit panes rubeos per Quadrageſimam.*

Wigan-

WIGANDVS. Cauſa, [de qua ad an. 1315 in *Cantoribus* D. *Joannis* p. 852] ab illic memorata compoſitione quum recrudeſceret, lecti fuere Arbitri hic *Wigandus* Eccl. S. *Mariæ* Cantor, *Fr.* RVDOLFVS Lector FF. Minorum, & *Mgr* HENRICVS *Lombardus* Moguntinæ Sedis Advocatus, definitive pronuntiantes eodem 1315 anno, *Barbaræ* Virg. 131.

CONRADVS. 1320. 131.

HENRICVS de *Oppenheim.* Initium comparendi facit an. 1333, producitque per quatuor Luſtra, ut *Cantor,* non vero ſimul *Canonicus:* donec an 1353 pridie S. *Thomæ Ap.* Domini Capitulares * eum admiſerunt ex ſpeciali gratia. 132.

* PHILIPPVS de *Landeck.*
VOLTZO ad *Longam curiam.*
REYNOLDVS ad *Vitem.*
HARTMANNVS de *Gelnhauſen.*
ENGELBERTVS de *Eſchwege.*
WALTHERVS de *Caſſel.*
SIMON Cantor *Bingenſis.*

Vna cum ipſo *Henrico* & ſequentes in ſodalitium recepti ſunt.

PETRVS *Schulteti.*
GERHARDVS *Gumpenſchilling.*
GERHARDVS de *Saulheim.*
ARNOLDVS *Schade.*
IOANNES ad *Stellam.*

HVGO, qui & *Sigillifer.* Iam demortui fit mentio in litt. Archiep. GERLACI; ipſius *Hugonis* obitu vacans feudum, (*Altavillæ*) cum dominio directo conſolidatum, tradentis, an. 1366 craſt. *Martini,* CONRADO, *Fiſtulatori* (Tubicini) ſuo. 13..

Digitized by Google

136. GERHARDVS de *Saulheim:* Reperitur inter Manuſideles, nominatos an. 1368 per IOANNEM *Seidenſaden* Can. D. *Stephani.* —— 1372-74.

137. IOANNES *Blaſove:* Hic, ab Eccleſiæ prædictæ Canonico PETRO *Gensfleiſch*, an. 1381., aliisque, —— 1391. Poſt quem annum, nec Cantorem conſtituentem, nec etiam conſtitutum, in libro Manuſidelium deprehendi, usque ad ſequentem *Petrum.* Ita ut diuturnam inferre liceat huius Prælaturæ vacationem.

1... PETRVS Im Hof. Primo nobis obvenit an. 1406, continuatque longo tractu —— 1441: Manuſidelibus ſuis paſſim inculcando, ne agant quidpiam, ordinentve, niſi prævio conſilio Prioris *Carthuſianorum.* Quibus tam impenſe fuit addictus, ut etiam deſideraverit apud ipſos condi ſepulcro. Defuncti imaginem repræſentans Lapis, ſpectandus in Sacello B. M. V. hæc exhibet legenda.

> *Anno Domini* MCCCCXLIII, XXI *die Martii Obiit Honorabilis Vir*, *Dns* PETRVS IM HOFFE de Marburg, *Cantor Eccleſie Bte Marie Virg. Mogunt. Huius Domus precipuus Benefactor. C. A. R. I. P.*

1443 BERTHOLDVS *Cantrifuſoris* de *Sobernheim.* Exiſtenti Præpoſito ad D. *Petri*, accrevit *B. V.* Cantoria. Vtrique dignitati immortuus 1451, X. Maii.

1451 CONRADVS *Probſt* de *Bensheim.* 1452 —— 1461. Hoc ultimo quidem anno titulum gerit ita ſonantem: *Iudex & Conſervator Iurium & privilegiorum Fratrum Ordinis* Predicatorum *in diverſis Mundi partibus, extra tamen Regnum* Francie *conſtitutis, a* R^mo^ - - - Dno IOHANNE, *electo*

electo & confirmato Trevirenſi, *Iudice & Conſervatore a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputato ſubdelegatus.*

HENRICVS de *Maisheim:* Diſerte *Cantor* audit in huius Eccleſiæ libro *Manuſcd.* ſæpe citato, ad ann. 1464 & 65. 146.

WOLFGANGVS *Kelbel* de *Numburg:* Ibidem, chartisque aliis fere continuo, 1467 ——— 1500. Poſtero Cantoriam, retento Canonicatu, dimiſit: Et vitam amiſit XI. Apr. 1504. Sepulturæ locum nactus in Sacello (ubi fons baptismalis) D. *Ægidii.* 146.

WOLFGANGVS *Kelbel*, Iunior. Vna cum *Wolfgango* ſeniore obviam procedit in litt. anni 1502: Ille, *Cantor* hic *Canonicus* vocatus. Anno 1508, Nov. 14 Archiep. *Ioannes* II. eum cooptat in *Iudicem generalem.* Vita defungitur 1512. Sepultus ſub lapide primo, quem tangimus, gradum ex Eccleſia in periſtylium facientes. 1502

HENRICVS de *Vmſtatt:* Wolffgangum ſine interiecta mora ſecutus per electionem, muneri gnaviter invigilavit annis 37; diemque ſupremum tandem complevit 14 Ian. 1549. Ab inſtitutione Feſti D. HENRICI *Imp.*, d. 14 Iulii concelebrandi perpetuo, memorabilis. 1512

PETRVS *Adel* S. T. D. Factus an. 1555 Decanus Cantoriam reſignat. 1549

SVIBERTVS *Stade.* Petro ſucceſſit, & mortem obiit an. 1571. 27 Octobris. 1555

Digitized by Google

1571 BERNARDVS *Iſerman.* ✠ 1576. 23 Octobris.

1576 EBERHARDVS *Pleſs:* S. *Petri*, S. *Victoris*, *ad* SS. *Petri & Alexandri* Aſchaffenburgi *etiam Canonicus.* Cantoriæ repudium dedit circa 1588.

158. CONRADVS *Barth.* ✠ an. 1612. d. 9. Auguſti.

1612 AMBROSIVS *Saibæus* S. T. D. Plebanus Eccl. metrop. El. 5. Octobris. Deſinit an. 1615, adeundo Scholaſteriam.

1615 CAROLVS *Wilthelm.* Prælaturam a ſe abdicat an. 1630.

163. IOANNES *Düſtervvald* I. V. L. Metropoli a Suecis ſubacta, mortuus eſt in Exilio an. 163..

1637 FRIDERICVS a *Driel* S. T. D. Anno 1639 evaſit Scholaſticus.

1639 CHRISTOPHORVS *Küchler:* Capulari 6 & 80 annorum ſenio confectus ✠ 1673.

1673 FRANCISCVS PHIL. de *Rokoch.* Anno 1701 gradum conſcendit altiorem.

1701 IOANNES ADAMVS *Diel* S. T. D. ad D. *Stephani* quóque Scholaſticus, nec non E^mi Moguntini *Sigillifer*, d. 17 Iunii electus. Eadem porro qua eius Anteceſſor fortuna uſus, Scholaſtici dignitatem adiit an. 1707.

WIL-

Digitized by Google

WILDERICVS CHRISTOPHORVS *Göpffert* S. T. D. El. 9. Dec. Spiritum Deo reddidit anno ſeq. 26 Sept. 1707

FRANCISCVS IOSEPHVS de *Steinebach*, d. 14 Dec. proviſus. Is, an. 1725, modo conſimili ac bini Succeſſores, nempe 1708

IOANNES BAPT. *Spahler* anno 1727; Et 1725

IOAN. CONRADVS *Kracher* an. 1728, in Scholaſticum ex Cantore deſignatus eſt. 1727

IOAN. REINHARDVS *Mörzer*. Obiit 24 Iulii 1733. 1728

IOAN. FRIDERICVS de *Laſſer*. Inſignis Eccleſiæ B. M. V. CANTOR modernus: Qui pro meritis ab E^mo^ Archipræſule Moguntino, in ſuum per Haſſiam & Thuringiam Vicarium in pontificalibus Generalem denominatus, ritu ſolenni, titulo Epiſcopi *Lycopolitani* a Sede Apoſtolica prius obtento, anno 1749 conſecratus eſt. 1733

H*abetis nunc*, DD. PRÆLATI Eccleſiarum Collegiatarum Moguntinenſium *Plurimum Reverendi, quos alloquor, modernæ huius, & ætatis ſecuturæ Succeſſores*; *Habetis inquam* CATALOGOS Anteceſſorum Veſtrorum, *diu multumque deſideratos, iam completos ad unum omnes. Illos, non diffiteor, qui priores in ordine quatuor Eccleſias reſpiciunt, impigre concinnavit b. m.* Georgius Chriſtianus Ioannis; *At vero, cum Ego Perſonarum omnium* NOMINA, *multimodis rerum geſtarum annotationibus exculta, ſuppeditaverim Illi Hiſtoriographo,*

Digitized by Google

grapho, nec non una cum iisdem, hos præſentes S. S. S. IOANNIS, MAVRITII, GANGOLFI, *Beatæque* V. MARIÆ *Syllabos, e Chartarum [quod præfiſcine dixerim] myriadibus, non in veſtris ſolum, ſed & aliis exteris Archivis ſedulo conquiſita, demum in iuſtam compagem redacta fideliter congeſſerim; Vobis officium haud vulgare præſtitiſſe confido. Quapropter in præmium laboris, inter curas & vigilias indefeſſas deſuper exantlati, tandemque conſummati feliciter, hoc unum enixe flagito, poſt fata mei velitis eſſe non immemores.*

SPICI-

Digitized by Google

SPICILEGIVM
DIPLOMATVM
EX OMNI ÆVO,
VSQVE AD ANNVM
MCCC.

Mmm mmm B. L.

Digitized by Google

B. L.

Res mira! Dum ſemel cœptam Diplomatum ſeriem ulterius producere, tandemque concludere cogito; rurſus eandem, haud ſecus ac in Labyrintho conſtitutus, ab exordio cogor relegere. Cur, amabo, quæres? in promptu cauſa eſt: hactenus optatiſſimam ſemper nactus ſum occaſionem, nova identidem acquirendi ſupplementa.

Eiusmodi modo ſeſe manibus obtulere, queis animus antiquitatum avidiſſimus inducebatur, ut ad emenſa longe retro Secula nolens volens reverſus, ipſomet Anno MCCCI, quo principium in *Codice Diplomatico* præſentis *Tomi* III ſuſceperam, & decimum quartum abſolveram ſeculum, denuo ponerem coronidem.

Libet proin B. Lectorem informare, qua opportunitate habita in ſtatu me videam, ad ſpicilegium hoc foras exportandum. Spe bona fretus, a Fautoribus diplomatum, conſimili deſiderio incenſis, haud minus acceptum iri.

Plurimum R. D. P. Damianus Dahm, celeberrimi Monaſterii *Trevíris* ad S. *Maximinum* Prior, Ipſiſſimus, cui communicata *Tomi II.* n. 1. 2. 4. Originalia refero in acceptis, poſtliminio redux, antiquiſſimum Codicem membranaceum, qui *Aureus Liber* dicitur, (*a*) ſecum attulerat.

(*a*) *Exterior Libri huius, Imperialis Abbatiæ* S. Maximini *Privilegia continentis, facies talis eſt. Eburnea (Theca medium occupans) tabula; quæ multas in Cœlum ſuſpicientes Perſo-*

Digitized by Google

Perſonas Ordinis, illuc ab Angelis transportandas repræſentat.

Hanc cingunt XII areolæ, ex argento inaurata, præſentantes ipſius Monaſterii Patronos, Fundatores, & Benefactores principales.

1.ma *Supra laminam apparent figuræ calatæ tres, inciſis circum circa Nominibus.*

S. IOHANNES EWANGELISTA.
CONSTANTINVS IMPER.
HELENA REGINA.
Marchedictun. [Locus]

4.ta *Simulacrum Regis.* *a lateribus.*
Ryvenach.
ARNVLFVS REX.

5.ta *Decima. Cappella.*
DAGOBERTVS REX.

8.va *Theodonis villa.*
HENRICVS REX.

9.na *Remiche. Tavena.*
PIPPINVS REX.

12.ma S. MAXIMINVS ARCHIEPS. Infra laminam.
Cumminc. Steſep. Wimeri.
CAROLVS REX. ADA DVCISSA.

Digitized by Google

Areolæ totidem reliquæ, 2.da 3. 6. 7. 10 11. modo memoratis interpoſitæ ſunt; pretioſis gemmis more Veterum impolitis, candidis etiam lapillis unionibusque, auro filicato ruditer incluſis, exornatæ.

Aureus itaque liber ille complectitur antiquiſſimas fundationis ac privilegiorum plane inſignium Litteras ex Autographis deſcriptas, & in unum collectas ante quingentos & plures annos, ut patet ex eiusdem præfatione; digna ſane, quam in pleno ſuo contextu hic ſubiungam. (*b*)

Rariſſimo

(*b*) Preſentis pagine officio memorie poſterorum Fratrum, Eccleſie videlicet *Sancti* MAXIMINI, Notum fieri dignum duximus, quod a tempore CONSTANTINI Imperatoris & Matris illius venerabilis HELENE Regine, quorum ſtudio & adminiculo hec noſtra Eccleſia fundata dinoſcitur, & reditibus inſtaurata; nec non a tempore Abbatis IOHANNIS *Anthioceni*, qui hoc primus rexit Cenobium, usque ad tempora DAGOBERTI pii *Francorum* Regis, & MEMILIANI Abbatis: ſive tum dira urgente Tyrannorum perſecutione, ſeu tum frequenti Paganorum invaſione, nec non huius *Treverice* Vrbis crebra everſione; Eccleſia tamen hac poſtmodum, & inter tot procellarum turbines, & ſanctorum locorum depopulationes ſub Abbatum regimine exiſtente, Scripta, vel Privilegia ad noſtram notitiam nulla pervenere, paucis tamen exceptis, que reperta, & in *harundine conſcripta* diutina vetuſtate condempnata, minime a nobis legi & innovari potuerunt.

A tempore vero DAGOBERTI, qui ſancto inſtigante ſpiritu plurima Sanctorum inſtauravit Loca, & diverſas Regni ſui inſtauratas diverſis rebus & muneribus ditavit Eccleſias, tam ab ipſo pio Rege, quam a ſuis ſucceſſoribus Regibus & Imperatoribus, PIPPINO videlicet & KAROLO, nec non & dive memorie Dna ADA, magni *Karoli* ſorore, Religione ſecundo ſucceſſu creſcente, usque ad tempora HENRICI Secundi *Bavenbergenſis*, & HARICHONIS Abbatis, villis, mancipiis, & reditibus rerum multarum, innumerabilibus privilegiis ab ipſis Regibus & Imperatoribus datis, & inde conſcriptis, aucta iure mirifico hec ſancta floruit Eccleſia.

SED

Digitized by Google

Rariſſimo hoc Diplomatum theſauro quantocyus perluſtrato, prudenter dubitabam, ne pridem excellentes hæ Chartæ lucem publicam vidiſſent; quare pervolvebam Cl. PETRI *Georgiſch* REGESTA, ſi fors earum pleræque typis olim eſ-

 ſent

SED quoniam idem HENRICVS, ut divino cultui erat deditus, anteceſſorum ſuorum Regum & Imperatorum imitator bonorum operum volens exiſtere, & ſenectuti ac labori dicti Abbatis *Harrichonis* conſulere, ut in ipſius Principis continetur privilegio; quia idem Abbas inquietudinem expeditionum quibus ſibi adminiſtrare debebat, tolerare non poſſet, ab eodem in beneficium VI. milia, ſexcentos L. & ſex Manſos accepit, & ſuis Principibus, ut inde Regie ſervirent expeditioni, conceſſit; * ac ut cetera, que plurima erant, tam dictus Abbas quam ſui ſucceſſores in perpetuum pacifice poſſiderent.

* „*Idcirco* (ita HENRICVS) - - - *notum fieri cupimus, qualiter nos ex Abbatia* S. Maximini, - - - *ubi* HARICHO *venerabilis Abbas preeſſe videtur, quasdam Curtes & territoria, ſcilicet* Sex milia, Sexcentos Quinquaginta ſex manſos *a prefato Abbate in beneficium accepimus; & his Fidelibus noſtris*, HENRICO Duci & EZZONI Palatino Comiti, *nec non* OTTONI Comiti, *qui nichil a Regno vel a nobis usque adhuc habere viſi ſunt, ea ratione beneficiavimus; ut, quia predictus Abbas iam ſenio confectus commode nobis domi militieque ſervire non poterat, ipſi & heredes eorum pro eodem Abbate - - Curiam regalem petant, & in expeditionem eant. Abbas vero ſuique ſucceſſores a curia regia & omni expeditione - - - omnino ſint liberi, niſi in* Mogontienſem, *ſive* Metenſem, *aut* Colonienſem *civitatem ad generale Concilium ſive colloquium aliqua magna neceſſitate cogente fuerint invitati.* ———

„LVTHERIVS *Cancellarius vice* ARIBONIS *Archicappellani recognovi. Data pridie Kal. Decembris. Indict. VI. Anno Dominice incarn. MXXIII. Anno vero Domni* Secundi HENRICI *regnantis XXII, Imperii autem X. Actum* MOGONTIE.

IGITVR

Digitized by Google

ſent vulgatæ. Et ecce! maximam reapſe partem iuris publici iamdum eſſe factam comperi. Veruntamen cum diplomata ſatis multa, Regeſtis illis non annotata, prelo non indigna; quin, hæc illave, ad res *Mogonas* haud parum illuſtrandas digniſſima iudicarem; eadem una cum quibusdam iam editis (ſummatim XXI.) inſerui noſtro Spicilegio; quod præcipue, facta collatione deprehenderim, vitioſe deſcripta mendis non levibus ſcatere; quæ per decurſum nota characteriſtica *** ſignabo.

In conſiderationem deinde veniunt, concernentia Eccleſiam olim Collegiatam D. MARTINI *Bingæ*, hactenus ſolo nomine cognitam; Et quidem ab Archiepiſcopis, WILLIGISO, ARIBONE, ADELBERTO, HENRICO, ARNOLDO *ect.* Ea demum ſub E^mo^ IOANNE PHILIPPO transmutata fuit in Parochialem, & adunita Seminario Electorali *Moguntino* Cleri-

IGITVR ex tunc, usque ad tempora CVNRADI Regis &
† cl. 1140. SYGERI Abbatis, † poſſeſſiones infeodari, & Iura Eccleſie paulatim minui ceperunt; in tantum, ut tempore ſupradicti Abbatis *Sygeri* huius Loci deſolatio ob diſſolutionem & irreligioſitatem inhabitantium immineret; & diſſenſio non modica inter Archiepiſcopum ALBERONEM & Abbatem oriretur propter Loci ſubiectionem, quem Epiſcopus ſue Sedi ſubigere temptabat Regia donatione; qui tamen eatenus priſcis temporibus a fundatione ſüi, ſub Regia conſtiterat defenſione. At cum Fratres Epiſcopali Sedi ſubigi recuſarent, theſauro & ornamentis Eccleſie partim, & tamen maxima parte, a quibusdam Abbatibus, equivoco nomine dictis HENRICIS †† invadiatis, nec redemptis, partim vero a Fratribus direptis & confractis; hac occaſione iidem Loco proprio diſcedentes, & ad loca alia commigrantes, & ſecum antiquiora Privilegia & meliora deferentes; Ea, & inter ea dive memorie Dne ADE ſupra iam dicte privilegia, que precioſa habebantur, nimia ex negligentia perdiderunt.

†† HENRICVS I. ſub an. 1097.
HENRICVS II. ——— 1100.

PAVCQ

Digitized by Google

Clericorum ſecularium in commune viventium, qui vigilantiſſime gerunt illic animarum curam, mihique haud illubenter ipſa litterarum Autographa tradiderunt deſcribenda.

Non minus in pretio ſunt, quæ docent Fundationem & progreſſum Cœnobii Ordinis S. *Auguſtini*, SCHIFFENBERG in Wetteravia, *Gieſæ* vicini; ſimul atque manifeſtant vix non penitus ignotam Stirpem illuſtriſſimam Comitum *de* CLEYBERG, a qua nomen ſuum habet Arx, prope *Gieſam* ad ſiniſtram in monte conſpicua. Monaſterium illud, Anno MCXXIX erectum & dotatum a CLEMENTIA, Coniuge GERHARDI Comitis *de* GELRE, tam diu ſtetit in ſuo flore, donec ob negligentem & prodigam adminiſtrationem collapſum, Archiepiſcopus *Trevirenſis* BALDVINVS, cuius in Diœceſis extremita-

PAVCO itaque tempore elapſo, cum per providentiam ſupradicti Epiſcopi, conſenſu memorati Abbatis, de *Lacenſi* eccleſia ad hunc locum incolendum quidam Fratres aſſumpti fuiſſent, & Iura huius Eccleſie, utpote ignoti, ignorarent; Advocati, Comites, Miniſteriales ac Scabini eccleſie nullum ex Filiis eccleſie ſue ſupereſſe videntes, occultato iure antiquo, nova quedam Iura antiquis deteriora, ad detrimentum Eccleſie pro velle ſuo adinvenerunt; ita ut, etiam propter inſolentiam Advocatorum, & defectum Iuſticie, ſeu ob maliciam hominum perfidorum, hec eadem Iura confuſa vix modernis temporibus Eccleſia valeat optinere.

ITAQVE, ut ſupra diximus, noticie poſterorum conſulere volentes, Privilegia, Iura, poſſeſſiones, nec non Feoda poſſeſſionum Eccleſie, prout inveſtigare potuimus, iuſſu Dni BARTHOLOMEI reverendi Abbatis noſtri ‡ in unum collecta, ne perpetue traderentur oblivioni, hoc in Libro conſcribere ſummo cum ſtudio curavimus. Poſterorum poſtulantes induſtriam, ut memores ſint memor. . . & magnitudo ſanctitatis ipſorum, inſolentie noſtrorum reatuum aboleat magnitudinem. Amen.

‡ *El. an.* 1215, *deſinit an.* 1230.

Digitized by Google

mitate verſus Septentrionem ſitum eſt, anno MCCCXXIII incorporavit *Ordini Teutonico.* (*c*)

Porrò

(*c*) *Incorporationis cauſas ac motiva* Balduinus *in editis deſuper Litteris ſuis acerbe proſequitur, in hunc ſenſum:*

‥ - - Qualiter Monaſterium, *Schiffenberg* noſtre dioc. *Trevir.* ab olim religioſe fundatum, & patrimonio competenti dotatum fuerat; in quo etiam tunc temporis - - - vigebat Ordinis diſciplina, - - ad tam miſerabilem ſtatum devenerit, eiusdemque Canonici ſive Fratres ad tantam diſſolutionis miſeriam & ignominiam ſint converſi, quod in ipſo monaſterio Deus - - , Religio non ſervatur, Fratres ipſi, religionis habitu ac obedientie bono depoſitis, quaſi vagabundi, inſtabiles, acephali, & penitus incorrigibiles ubique extra monaſterium evagantur; Bonis - - - , ſacris vaſis, libris, & aliis Eccleſie ornamentis, ac pro maiori parte conſumptis; quorum quedam pro non modica ſumma - - - alienata ſunt, in manibus poſita potentium Laicorum, de quibus non eſt ſpes, imo potius dubium, & timendum exiſtit, an poſſint, vel debeant ad ius & proprietatem ipſius monaſterii revocari; - - -

Nos igitur eidem Monaſterio tam miſerabiliter deſolato paterno conpatientes affectu, ipſiusque ſtatum - - intra noſtri antra pectoris - - ſepius revolventes, urgente conſcientia nos ad idem conpellente plantas ſteriles & inutiles eradicare - -, locoque ipſarum alias utiles & fructiferas in horto dominico plantare & ſubſtituere, Hortulani more ſolliciti cupientes; - - - ipſum Monaſterium *Schiffenberg*, ſic ut predictum deſtitutum, quod *in medio Nationis perverſe*, nec non remote in finibus Archiepiſcopatus noſtri ſitum eſt, non poſſe per Canonicos - - eiusdem monaſterii ad ſtatum debitum revocari; de illo maxime ſtabilitatis & probitatis Horto, videlicet *Ordinis Fratrum* TEUTONICORUM, cuius religionis & bone vite fama redolens, longe lateque per Orbem miro & ſuavi odore diffunditur, ad meliorandum Locum predictum, ipſiusque ſtatum reformandum, ad honorem Dei - - - in ipſo monaſterio *Schiffenberg* novellas plantulas ſupponendas, ibidemque Fratres Ordinis Teutonici deinceps inſtituendos decrevimus, & ponendos; Ac ipſum monaſt. S. cum omnibus Bonis, iuribus & proventibus ſuis quibuscunque - - - , Monaſterio

Porro referuntur ARNSBVRGENSIA; quæ, tum veterum THVRINGIÆ Landgraviorum, tum MINZENBERG*enſium* Dynaſtarum membranis adaucta, R^mus anno MDCCXLV pie defunctus, in annum 32 meritiſſimus Abbas ANTONIVS de *Moguntia*, binis ex Copialibus Seculi XIV, & non paucis etiam autographis per intervalla concredidit, inſtituto noſtro admodum conducibilia. Denique plura generis eiusdem alia Diplomata, ſparſim a capite usque ad calcem iuxta chronologicum ordinem in hoc Spicilegio publicantur.

Enumeratis litterarum analectis, tanquam bellariis, erudito guſtui non ingratis, SPICILEGIVM noſtrum, ſecundam quaſi Menſam inſtruximus, & Publico dicamus, in commodum poſterorum.

Nn nn nn „Anno

naſterio ſive Domui & Ordini Fratr. Teut. de *Marburg* Mogunt. dioc., quod eidem proximum & vicinum, nec non ad relevandum potens & valens eſt, - - - incorporamus, perpetuo ſubiicimus, & unimus. Verum in prefato mon. S. diſcretus erit Prepoſitus, in perpetuum ſub ſe habens XII. Fratres - -, de quibus ad minimum VI. debent eſſe Sacerdotes. —— —— ———

De Canonicis autem - - - ſub Regula & Habitu B. *Auguſtini* exiſtentibus ſic duximus ordinandum, ut videlicet - -, qui Ordinem FF. Teutonicorum & Habitum aſſumere - - voluerint, ipſorum - - -, depoſito prioris religionis habitu, ſuſcipiant atque geſtent, & ſub - - - Fratrum Teut. regula & habitu vivant, - - - alii vero de dictis Canonicis, qui - - - noluerint, remaneant in priori habitu, ſub B. *Auguſtini* regula ſicut prius Domino ſerrituri, & de bonis & facultatibus monaſterii ſicut reliqui FF. Ord. Teut. - - vite neceſſaria percepturi. - —— ——

Datum in vigilia Aſſumpt. B. M. V. Anno . . MCCCXXIII.

Fratribus XII Ord. Teut. *iam pridem abrogatis, contigit, quod Locus hic* [*qui ex adverſo Caſtri* Cleyberg *montis peralti iugo impoſitus eſt, & ad cuius radicem in planitie intermedia non procul* Gieſa *ſpectatur*] *transmutatus ſit* in Commendam, *hodie Catholicis inacceſſam. In eo Domus Commendatoris ad ſplendorem nova: Veteri tamen Templo etiamnum ſuperſtite.*

Anno Dominice Incarnationis CCC.XL.VIIII. „Imperii vero Constantini *Magni* XXIII°, Hele„na mater eiusdem *Conſtantini* miſit Sanctum Agricium Pa„triarcham *Antyochenum Treverim*, & Iohannem Mona„chum *Antyochenum*, quem prepoſuit Monaſterio S. Iohan„nis *Evangeliſte*; quod ipſa & Filius eius conſtruxerunt; „Quod & a beato Agricio conſecratum eſt. Fuerunt autem „CC.XL.VIII. anni inter iſtum *Iohannem* Abbatem, & S. *Be„nedictum*, qui obiit anno Dominice incarn. D.XC.VI. *Iuſti„niani* minoris anno V. Hoc Abbas Memilianvs inqui„renti Regi Dagoberto in kartis oſtendit; in quibus inven„tum eſt, ipſum Monaſterium, *Conſtantini* Regis fuiſſe regale „Templum, iuſſuque eius a Sco *Agricio* dedicatum, & peti„tione Domne *Helene* Monachos inibi aggregatos ſub Impe„ratoria poteſtate.

n.598. I.

Privilegivm

„*Dni* Dagoberti *pii Regis Francorum de X. Cur„tibus ab ipſo collatis.*

An.

In nomine Patris et filii et Spiritvs sancti.

Omnivm Xpianorum noverit induſtria, qualiter ego Dagobertvs Rex potentiſſimus, convenienti conſilio Epiſcoporum meorum, Comitumque, Legatos de mea parte ad Abbatem Memilianvm direxi, mandans ei ut diligenter inquireret, michique per ſe ipſum indicaret, quibus aucto-

Digitized by Google

auctoribus illud Monaſterium S. *Maximini* conſtructum, vel cuius imperio a priſtinis temporibus eſſet ſubiectum.

Hanc legationem Abbas cum Fratribus ſollicite percipiens, perlectisque in eodem Loco quibusdam vetuſtiſſimis Kartulis, inventum eſt, ipſum monaſterium CONSTANTINI Imperatoris fuiſſe Regale Templum; atque iuſſu eius dedicatum fore in honore S. IOHANNIS *Evangeliſte* a S. AGRICIO venerabili Archiepiſcopo. In quo videlicet templo, ut idem Pater monaſterii noſtre Regalitati certa relatione patefecit, HELENA ſacra Dei famula petente & favente, ſupra dictus Imperator pauperes Xpi congregavit, eisque Virum Dei IOHANNEM prepoſuit, ut in ſervitio Dei ſemper vacarent, & pro ſe orationibus inſiſterent; & inſuper illius loci habitationem alie Perſone noluit ſubdere, niſi ſue, ſucceſſorumque Imperatorum poteſtati.

His rebus ita eſſe firmiter intellectis, Regio more conſtituo, atque firmiſſima iuſſione precipio, ut nullus unquam proterve illud Monaſterium in quo ſupradictus Abbas preeſſe videtur, audeat inire, vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut aſſidua recordatio mei meorumque Parentum maneret in predicto Monaſterio, ipſorum Prebendariorum Sci *Maximini* victualia ſub prememorato *Conſtantino* Imperatore conſtituta, [*Merchedicto* videlicet curia cum ſuis appendiciis, vel quicquid infra *miliare bannitum* eadem Eccleſia tenere cernitur;] additis mea ex parte prediis augere curavi, quorum nomina hec ſunt: *Kannis. Creſſiacus. Luoncwich. Regiodola. Vallis. Poliche. Budeliacus. Talevanc. Lovena.* Hec loca ad regiam curtem que dicitur *Decima*, pertinent; quam curtem cum omnibus ſuis rebus ad eam pertinentibus, hoc eſt quicquid predii viſus ſum habere a fluvio qui nuncupatur *Ruovera*, usque ad ſilvam que dicitur *leder* Sco *Maximino* Preſuli in perpetuam hereditatem contradidi.

incluſa uncinis plane deſunt in editis.

Inſuper etiam cum conſilio & rogatu meorum Principum, catervis inibi Deo ſervientibus hanc Legem firmiter ac perpetua-

liter in poſterum habendam decrevi, ut *centenorum ibidem ſumma Monachorum ſemper integra maneat & inconvulſa*, excepto ſi Imperatorum Principumve per ſecula ſuccedentium benivolentia, prediis augmentetur vel theſauris. Quod ſi propter Paganorum, vel infidelium Xpianorum devaſtationem, eiſdem Xpi ſervitoribus penuria ultra modum ingruerit, & per theſauri effuſionem expelli nequiverit, Dei omnipotentis & mei, meorumque Succeſſorum habeant licentiam, allodium cum familia a fidelibus illo contraditum dandi & vendendi, antequam Dei deſtruantur ſervitia.

Et ut iſtius Kartule confirmatio firma in evum permaneat, deſcribi eam precepi, & noſtro eam Sigillo inde confirmavi. Actum pridie Nonas Aprilis. Anno Regni noſtri XII.° *Mogontie* feliciter. Amen.

Signum Domini
DAGOBERTI Regis.

n.599. II.

„*Preceptum Dni* ARNOLFI *de Curtibus Eccleſie.*„

An. 893.

* * *

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

ARNOLFVS *divina predeſtinante clementia Rex.* Si ſervorum Dei petitionibus pie annuimus, & ea, que pro utilitatis ſue commodo ſunt neceſſaria usque ad effectum perduxerimus, id nobis ad eterne vite premia feliciter promerenda profuturum eſſe liquido credimus. Vnde noverit omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet atque futurorum induſtria; quia HATTO venerabilis ac dilectus noſter Archiepiſcopus pio monitu poſtulavit clementiam noſtram, ut Collegio

legio Fratrum in Monaſterio S. *Maximini* Treveris conſtituto, Domino die ac nocte famulantium, loca ſubnotata, ſpecialiter ad ſua victualia concederemus; Cuius iuſtam petitionem libenter implentes, hec Loca illis ad ſuam peculiaritatem perpetualiter habenda, ut ex his victum atque habitum conſequantur, pro noſtre anime abſolutione concedimus. Hoc eſt *Apula. Evernesheim. Prichena. Holzhuſen.* In MOGONTIA *una* CAPELLA. *Rivenacha. Lovena. Decima. Kannis. Alſontia. Embilaco. Tavena. Beſch. Burnechc. Matrisdorf. Fulina. Everlinga. Buſtat. Meroldivilla. Mariſch. Wimaris* eccleſia. *Cruſta. Scranna. Steinſele*; Cum omnibus Abbacie S. *Maximini* ſalicis decimationibus, quas concedimus in uſus pauperum hoſpitum peregrinorum.

Iuſſimus quoque hoc preceptum inde conſcribi, per quod decernimus atque firmiſſime iubemus, ut ipſi Fratres prelibata loca cum omnibus pertinentiis ſub eorum cura teneant, atque ſecure & quiete iuxta ſuum arbitrium illis potiantur; & nec nobis, neque illi qui hanc Abbatiam tenuerit, aliquod ſervitium impendant; excepto hoc, quod more ſolito benedictionem ſuam illi offerant, quicunque monaſterio preſit. Poteſtatemque teneant, ſuper ipſas res ſuum prepoſitum conſtituere; eumque pari modo, ſi bene officium Prepoſiture ſue non expleat, degradare.

Et ut hoc Preceptum noſtro munimine roboratum perpetualiter firmum & ſtabile perſeveret; manu noſtra illud firmavimus, annuloque noſtro conſignari precepimus. *Signum Domni* ARNOLFI *Regis glorioſi.* ENGILPERO *Notarius ad vicem* DIOTMARI *Archicapellani recognovit.*

Data III. Idus Febr. Anno Dominice incarnationis DCCC. XC. III. Indict. XI. Anno vero VI regni Domni ARNOLFI Sereniſſimi Regis. Actum in *Gelnebeim* Curte regali in Dei nomine.

III.

Digitized by Google

n.600. III.

„*Donatio* Rorici, *de* Burmeringe.„

An. 909.

In nomine sancte et individve Trinitatis.

Notvm eſſe cupio induſtrie omnium, tam preſentium quam futurorum, qualiter ego Roricvs, cum interventu & auxilio Amicorum meorum quoddam Predium Sancti *Maximini*, Ensilinga nuncupatum, eo quod meis rebus adiacens eſſet, in precarium ius michi a Fratribus, eidem Confeſſori Xpi deſervientibus impetrare ſtudui; quod nichilominus larga ſanctitatis eorum benivolentia annuente, ſicuti deſideraveram obtinui.

Accepi itaque ab eis in loco prenominato, *Enſilinge* ſcilicet, quod in pago *Bedenſi* in Comitatu *Widrici* ſitum eſt, Capellam unam, & de terra arabili iugera CCXVI, cum Mancipiis utriusque ſexus. Ea ſcilicet conditione, ut eadem poſſeſſio michi quam diu vivam, Vxorique mee Ansdrvde, filioque meo Wigerico usque ad obitum vite eorum *precaria lege* deſerviat, & tunc iterum Monaſterii utilitatibus absque ullius contradictione redeat.

Ego vero econtra de mei iuris proprietate tradidi S. *Maximino* in ſupradicta illorum Fratrum villa, *Enſilignga* ſcilicet, Manſum unum, & in pago *Moſolenſi* in Comitatu Litardi, in loco qui dicitur *Burmeringa* de terra arabili iugera CC. XLIIII. cum mancipiis utriusque ſexus; ea quidem ſicut predictum eſt ratione, ut usque ad terminum vite mee, uxorisque *Ansdrude*, filiique mei *Wigerici* noſtris uſibus adhereat; poſtea vero plena poſſeſſione Monaſterii proprietatibus cedat.

Si quis vero, quod fieri non credo, ex heredibus meis, vel alia aliqua oppoſita Perſona hanc Precariam violare temptaverit,

Digitized by Google

verit, in primis iram DEI & S. *Maximini* incurrat, & ad Erarium Regis quinque libras auri coactus exſolvat.

Acta eſt autem hec precaria traditio publice, in Monaſterio S. *Maximini* Trevir. Aſtante EVERHARDO ipſam Abbatiam tenente . & Prepoſito ALBVINO. WIBERTO Decano, & MOTHARIO. Per manum HARTMANNI Advocati, teſtibusque ſubnotatis. WIDERICO. GERBERNO. GOZMARO. WOLMARO. REGINARO. RVMBERTO. LAMBERTO. Anno Dominice incarnationis D.CCCC. VIIII. KAROLI vero Regis VIIII. Indict. XII.

IV. n.601.

„*Commutatio de* Kyrberch & Brule.„

An. 926.

* * *

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

INTER quos karitas illibata conſiſtit, pars parti congrua ſibi beneficia inpertiri non deneget; quia nihil ibi minui cernitur ubi ſimilis qualitatis & quantitatis equa portio recompenſatur.

Ideoque placuit atque convenit inter GISILBERTVM Illuſtriſſimum Comitem cum congregatione Monachorum in Monaſterio S. *Maximini* Deo famulante, & quosdam nobiles Viros, NORTPOLDVM videlicet & FRANCONEM, ut quasdam res pro ambarum partium oportunitate inter ſe commutarent. Dederunt itaque prefati Viri legali traditione ad partem S. *Maximini*, ad cuſtodiam ſcilicet de rebus ſue proprietatis, FRANCO videlicet manſos V, & iugera IIII. in Comitatu *Magnacenſe* in loco qui dicitur *Brula*, & in *Karadone airales* * III. cum eorum appendiciis. NORTPOLDVS vero ſimiliter manſos V. cum iugeribus IIII. in Comitatu *Nachgowe* in loco vocabulo *Bergon* ** iacentes.

* aira pro area. DV FR.

** Kirchberg.

Acce-

Digitized by Google

Acceperunt autem e contra de rebus almi *Maximini* Montem, & rupem quandam munitioni faciende aptam, ſuper ripam fluminis ſitam, quod dicitur *Kira*, cum manſis V. & iugeribus VIII, in circuitu eiusdem montis iacentibus. Ea nimirum ratione, ut utraque pars quod accepit habeat, teneat, & absque ullius recompenſatione & calumpnia in perpetuum poſſideat; & quod exinde agere decreverit, liberam in omnibus poteſtatem cum ſtipulatione ſubnixa. Si quis autem contra hanc Commutationem inſurgere repertus fuerit auſus, legalibus ſubiaceat inſtitutis.

Acta in Civitate *Treverenſi*, in Monaſterio memorati Patroni III. Kal. Ianuarii. Aſtantibus Viris nobilibus, Clericis & Laicis, quorum iſta ſunt nomina.

Signum GISILBERTI Comitis, qui hoc concambium legaliter fieri iuſſit.

Signum WOLMARI Advocati, cui *Wormatie* in publico *Mallo* officium advocationis traditum eſt ab HENRICO Rege.

Signum BODONIS Prepoſiti. S. MOTARII Cantoris.

S. ROTPERTI Monachi. S. BONEFACII Monachi.

S. GERARDI Laici. S. BOPPONIS Laici.

S. BETONIS Laici. S. GEROCHI, & aliorum multorum.

Anno Dominice incarn. D. CCCC. XXVI. Preſidente in cathedra ſupradicte civitatis ROTGERO venerabili Metro-
* XIIII. politano. Indict. IIII. * Regnante HENRICO Rege.

V.

V. n.602.

„*Donatio* Everberi, *de villa* Frenkingen.„ *Ex Lib. Aur.*

Stylus ſapit Seculum X.

In nomine Domini. Omnes fideles ſancte & beate operationis amatores, per celeſtis gratie benedictionem huius Karte animadvertant deſcriptionem. Ego enim Everbero, ex nobili proſapia originem trahens, & heu filiorum atque filiarum procreatione privatus, propter petitionem dilectiſſimi fratris mei, nomine Wazonis, qui monaſtica religione apud Deum & homines ſatis probatus eſt, mei iuris poſſeſſionem, hereditaria michi ſucceſſione provenientem in pago *Bugonvenſi*, in Comitatu Henrici Ducis, in villa que dicitur *Frenkinka;* in Eccleſia, in decimatione, in Mancipiis & edificiis atque pecoribus; terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, Molendinis, piſcationibus, ſilvis, venationibus, & cum omnibus ſuis appendiciis, Egregio Confeſſori Xi Maximino, qui in ſuburbio Trevirorum nobiliter requieſcit, in perpetuam poſſeſſionem firma traditione donavi. Auctoritate tamen illius conditionis, ut, quam diu ſeculari vita vigeam, fraternitatem Monachorum Deo & Sco *Maximino* famulantium inviolabilem teneam, & poſt huius vite terminum per ſingula Anniverſariorum meorum talis anime mee apud illos fiat commemoratio, qua cuiusdam Monachi ex illis in pace dormientis. Atque ex prenominata villa pauperibus elemoſina tribuatur, & Fratribus convivium preparetur.

Si quis autem propinquorum meorum, aut alius quisque dilexerit maliciam ſuper hanc benignitatem, & deſtruere voluerit iſtam traditionem, Sco *Maximino* vindicante deſtruat illum Deus in finem, & evellat animam eius de terra viventium. Amen.

Digitized by Google

n.603. Ex L. A.

VI.

Donatio BOVONIS, de *Dundera.*

An. 959.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

QVONIAM hoc ſolum homini neceſſarium eſſe probatur, ut in hac vita poſitus de futuris ſemper premeditetur, & tranſitoriis rebus eterna lucra mercari conetur; cum Scriptura admonens nos, dicat: *Honora Dominum de tua ſubſtantia;* Idcirco ego BOVO, cum coniuge mea ENGELA de ſalute animarum noſtrarum fideliter tractans, Predium, quod ex hereditate paterna poſſidens, eidem coniugi mee pro dotalibus traditum habui in villa *Dundera*, in Comitatu *Bedenſi* cui GODEFRIDVS Comes preeſſe dinoſcitur, cum conſenſu & conſilio eius, beato Confeſſori Xpi S. *Maximino* in perpetuam tradidi poſſeſſionem, cum omnibus que hereditarie vel legaliter habere viſi ſumus, tam in edificiis quam in Mancipiis, vineis, terris cultis & incultis, pratis paſcuis ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, ut Monachi ibidem Deo Sanctoque *Maximino* deſervientes, ſuis illud uſibus perpetuo iure coniungant.

Facta igitur traditione, idipſum Predium benivola eorundem Monachorum intentione recepimus, non proprium, ſed beneficiarium, ut noſtris, quam diu vivamus, victualibus aut uſui deſerviat; & poſt ad illos a quibus hoc *beneficiarium* recepimus, redeat. Ea tamen ratione, ut eumdem Cenſum, quem ab illius Abbate cenobii vel monachis iniunctum, ibidem ad preſens perſolvimus, usque ad obitum noſtrum omni anno in Feſto S. *Maximini* perſolvamus. Si vero aliquis, quod abſit, hanc traditionem irritam facere temptaverit, reus Deo, elemoſine mee deſtructor exiſtat, & nichilominus eius mala voluntas ad nichilum reducta quieſcat.

Acta

Digitized by Google

Acta eſt hec traditio *Treveris* publice in Templo S. *Maximini* ſub die Kal. Novembris. Anno Dominice incarn. D. CCCC. L. VIIII. Indict. III. Regno Regis OTTONIS XXV. Aſtante Abbate WIKERO omniquc ipſius Loci congregatione. Tradentibus BOVONE & ENGELA per manus fideiuſſorum TANCRADI & GEYSONIS. Coram Advocato ipſius Loci HILDRADO, & teſtibus ſubnotatis. SIGIBODONE. WERINO. ADALBERTO. LIVTHARDO. XPIANO. THIEDONE. RADOLFO. TVRINGO. Ego ADALBERTVS ſcripſi.

VII. n.604.

„ *Traditio* LVITHGARDIS *de Curia in* Mambra. „ *Ex L. A.*

An. 960.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

CVM Scriptura divina omnem hominem moneat, Elemoſinis eſſe peccata redimenda; quia ſicut aqua extinguit ignem, ita elemoſina extinguit peccatum; & Item, facite elemoſinam, & omnia munda erunt vobis; Idcirco ego LIVTGARDIS neceſſariam eſſe huius precepti obeditionem omni Xpiano proſpiciens, tam ſalubri admonitioni fidelem obedientie aurem accomodare diſpoſui; Et, ne inutilis eſſet hec, & vana cogitatio, operibus adimplere curavi.

Tradidi igitur S. Confeſſori Xpi MAXIMINO, qui in ſuburbio Vrbis *Treverice* requieſcit, quoddam mee proprietatis predium, *Mambra* nuncupatum, ad opus Monachorum ibidem Deo ſervientium, in Comitatu *Mithegowe* cui GODEFRIDVS Comes preeſſe videtur, quod michi ex Parentibus meis WIGERICO & CVNEGVNDA hereditario iure acceſſit, pro remedio & abſolutione eorundem parentum meorum, Seniorumque meorum ALBERTI & EVERHARDI, vel filiorum meorum, & remiſſione peccatorum meorum, cum Eccleſia eiusdem ville, & omnibus appendiciis ſuis; vel quicquid

 eo

eo loci poſſeſſionis habere videbar, tam in edificiis quam in mancipiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis aquis aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus ſcilicet & inmobilibus, exitibus & reditibus, queſitis & adquirendis, ut absque ullius contradictione iure perpetuo teneant & poſſideant; Ea ſiquidem conditione, ut meis utilitatibus quousque vixero cedat, & preterea plena & perfecta poſſeſſione ad preſcriptum cenobium appendeat.

Ne vero hec traditio debilis & infirma eſſe videretur, *veſtituram* eis de eadem proprietate conceſſi. Manſum videlicet unum, cum ancilla ALPHILDA, & filiis eius WOPPONE RVMBOLDO & TIETHGERO. Si vero poſt obitum meum eiusdem monaſterii Abbas, vel alia Perſona eundem Locum in beneficium aut in Precariam alicui dare temptaverit, in primis ipſe DEO omnipotenti reus exiſtat, & idem predium in ius heredum meorum, absque ullo illorum periculo vel culpa redeat: Familia quoque predicti loci eisdem Legibus, quibus ab antiquitate vel ſub Parentibus meis, vel etiam me, ſubiecta fuerat, utatur, nec aliis gravioribus ſubdi cogatur.

Acta eſt hec traditio publice *Treveris* in cenobio S. *Maximini* ſub die VI. Idus Aprilis. Anno Dominice incarn. D. CCCC. LX. Indict. III. Regni Sereniſſimi OTTONIS XXV. per manum IRIMBERTI; ſub fideiuſſoribus quos vulgo *Saleburgiones* vocamus, CVNRADO. FOLMARO. WOLMARO. Aſtante ipſius loci Abbate WIKERO, omnique congregatione Monachorum. Coram eiusdem Cenobii Advocatis ADALBERTO & HILDRADO, & Teſtibus ſubnotatis: ERHARDO. BERNVINO. ALBERTO. LIVTHARDO. THIEDONE, & multis aliis.

VIII.

VIII. n.605.

„*Donatio* VDE *Comitiſſe*, *de Curia in* Friſinga, & „Aſpelt, & Villisdorph.„ *Ex L. A.*

An. 963.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

LICET parva & exigua ſint, que pro immenſitate criminum Deo offerimus, ipſe tamen non quantitatem muneris, ſed voluntatem aſpicit largitoris. Ideoque notum ſit omnibus in Xpo fidelibus, qualiter ego VDA Dei gratia Comitiſſa tradidi S. Confeſſori Xpi *Maximino*, qui in ſuburbio Civitatis *Treverice* requieſcit, quoddam mee hereditatis predium *Friſinga* nuncupatum ad opus Monachorum ibidem Deo ſervientium, in pago *Rizzigowe* cui EGILOLFVS Comes preeſſe conſpicitur, quod etiam hereditario iure meum eſſe dinoſcitur, pro remedio & abſolutione peccatorum meorum, Seniorisque mei GOZZLINI, nec non filiorum meorum, HENRICI videlicet & REGINHERI, GODEFRIDI quoque & ADALBERONIS, cum eccleſia eiusdem oppidi, omnibusque ſuis appendiciis; Vel quicquid in *Hadeſpelt* & *Ebiringon*, & in *Villinisdorf* proprietatis habere videbar, tam in edificiis quam in Mancipiis, ſilvis, pratis, aquis aquarumve decurſibus, terris cultis & incultis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, ut ſine ullius contradictione iure perpetuo firmiter teneant atque poſſideant. Ea tamen ratione, ut, quam diu vixero, meis utilibus ſuccumbat; ipſaque ſingulis annis vite mee ad idem monaſterium S. *Maximini* de eodem predio cenſum perſolvam. Poſt obitum vero meum plena & perfecta poſſeſſione ad predictum cenobium appendeat. Vnum etiam agrum, iacentem iuxta vineam in *Briſicbe*, *Vilmares aker* nominatum.

Acta eſt autem hec tradicio publice *Treveris*, ſub die XV. Kal. Iunii. Anno Dominice incarn. D. CCCC. LX. III. Indict.

Digitized by Google

dict. V. Secundo anno regnante OTTONE filio Imperatoris OTTONIS. Per manum STEPHANI, ſub fideiuſſoribus quos vulgo *Salcburgiones* vocamus. SIGEFRIDO Comite. RICHWINO Comite. HILDRADO. Aſtante HENRICO Treverenſi Archiepiſcopo, Abbate quoque WIKERO cum omni congregatione Monachorum in domo S. *Maximini*. Coram teſtibus ſubnotatis. HVDIBERTO. LAMBERTO. HARBERNO. VDONE. DIDERICO. GOZBERTO, & multis aliis.

n.606. IX.

L. A. „ *Traditio* WICFRIDI *Archidiaconi* Trever. *de* Ri-„ferſcheit, *&* *de bonis circa* Ochesheim.

An. 975.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

NOVERIT omnium in Xpo fidelium tam preſentium quam futurorum induſtria, qualiter ego WICFRIDVS, Sce *Treverice* ſedis Archidiaconus quandam *Precariam* a Venerabili Abbate TIETFRIDO, ſibique commiſſa congregatione, Deo Scoque *Maximino* ſub regula S. *Benedicti* in ſuburbio Civitatis *Trever.* deſerviente impetrare ſtudui, quam etiam optinui.

Dederunt itaque in Pago *Aiſlenſi* in Comitatu HERMANNI, per manum VOLPERTI, quod & ego ſuſcepi per manum VOLKOLDI, Eccleſiam unam in villa *Okisheim* conſtitutam, cum omni decimatione; & XVIII. manſos cum omni integritate, tam in Mancipiis quam in edificiis, molendinis, ſilvis, pratis, vineis, paſcuis, terris cultis & incultis, adquiſitis & adquirendis, aquis aquarumve decurſibus.

Dedi eis, ut conqueſtrarer id precario iure, in eodem Pago & Comitatu, per manum Advocati mei *Volkoldi*, quod ipſi ſuſceperunt per manum *Volperti* eorum Advocati, Eccleſiam unam,

Digitized by Google

unam, in villa *Riſerſcheit* conſtitutam, hac terminatione conſcriptam. Ad *Rodorium*, & inde in *Lampach*; & inde in fluvium *Ara*, & inde *Arawſum* usque in *Loſenbach*. Et inde usque ad terminationem *Scolta*, & inde usque ad *Liderſadonowe*; & inde usque ad *Waldaradeche*, *Velle*, & inde in *Hoenbekka*, & inde ad montem *Hacha*, & inde *Mure*, & inde ad terminationem *Okesheim*, & inde ad terminationem *Muſche*, & inde ad terminationem *Ametwilre*; cum foreſto eidem eccleſie contiguo, & VI manſos eidem eccleſie dotales; & ut C. porci de eadem eccleſia per totam ſilvam, ad *Riſerſcheit* Curtem dominicalem pertinentem, absque decimatione paſcantur.

Ideo tamen legalis decimatio tocius decimationis omnium Vtenſilium ad eandem *Riſerſcheit* curtem pertinentium, tam in porcis videlicet quam & in aliis utenſilibus, non remaneat; Quin ab heredibus meis eidem eccleſie inviolabiliter perpetim conferatur; Vſumque cedende materie ad conſtructionem eiusdem eccleſie, & manſorum eidem eccleſie dotalium, & in *Huſſelt* manſum unum, & in villa *Muſche*, & *Rodoron* manſos XVI cum Marchis ſuis ſic determinatis, & in villa *Oppinga* manſos VII, vineta etiam iuxta *Aram* fluvium, cum Mancipiis CC & VIIII, tam in edificiis quam in paſcuis, molendinis, pratis, ſilvis, cultis & incultis, adquiſitis & adquirendis, aquis aquarumve decurſibus. Ea ſcilicet ratione, ut usque ad terminum vite mee, & quod dedi & quod accepi, ſecundum precarium ius absque ullius contradictione poſſideam. Poſt obitum vero meum utraque cum omni integritate ad predictum Cenobium redeant.

Si quis Coheredum meorum vel ſucceſſorum hanc *Precariam* infringere, quod quidem non credo fieri, voluerit; vel aliquid ex his que ante predicto Cenobio collata ſunt, defraudare vel diminuere temptaverit, in primis iram Dei, ſanctique *Maximini* incurrat, & quod machinatur non efficiat; & coactus theſauro Regis X. libras auri, & C. talenta perſolvat argenti.

Acta

Digitized by Google

Acta eſt traditio hec publice in Comitatu *Zulpiche*, in villa *Lumersdorf*. Aſtante pred° Abbate TIETFRIDO, & Monachis FOLMARO & HVNGERO. Confirmata eſt denuo publice *Treveris* in monaſterio S. *Maximini*, aſtante ſepedicto Abbate cum omni congregatione, per predictos Advocatos VOLCOLDVM & VOLPERTVM; Sub fideiuſſoribus, quos vulgo *Saliburgiones* vocamus, alio VOLCOLDO, RORICO. GVMBERTO. SIGIBOLDO, coram teſtibus multis. Anno incarn. Dominice D. CCCC. LXXV. Regni Dni OTTONIS XII.

n.607. X.

L. 4. „*Donatio* YRMINARDI de *Hekkesdorph*.„

An. 99 . .

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

NOVERIT omnium induſtria in Xpo fidelium tam preſentium quam & futurorum; me YRMINARDVM, propriis anime corporisque utilitatibus providentem, tradidiſſe S. confeſſori Xpi *Maximino*, qui in Trevirorum requieſcit Suburbio, mei iuris poſſeſſionem, hereditaria michi Parentum meorum ſucceſſione provenientem in Comitatu *Ardenenſi*, qui HENRICI Comitis ſubiacet procurationi; in valle *Alſontienſi*, in villa *Hekesdorf*, quicquid ibi viſus ſum habere, tam in mancipiis quam in edificiis, vineis, terris cultis & incultis, ſilvis pratis paſcuis, exitibus & reditibus, viis & inviis: Ea ſcilicet ratione, ut eandem poſſideam usque ad terminum vite mee; & a Proviſoribus Cenobitarum pred° confeſſori Xpi famulantium, qui nunc Venerandi Abbatis FOLCMARI * ſubduntur regimini, omni anno michi dentur due *carrade* vini ante feſtum S. *Martini*, & due denariorum libre ante nativitatem Domini, & ſilve paſtionem iuris eorum, ad pred. villam *Hekesdorf* aſpicientem. Poſt obitum vero meum, totum absque ullius contradictione poſſideant. Mancipia quoque, que trado,

* obviat an. 992 — 999.

trado, & poſteri eorum, ſi in eadem villa ſederint, vel nupſerint, tali libertate & ſervicio perfruantur, ſicut cetera Confeſſoris Xpi inibi manens familia. Si qui vero foris nupſerint vel manſerint, vel alias vagati fuerint, unusquiſque eorum in feſto S. *Maximini* unam *denariatam cere* pro remedio anime mee: Si quis vero propinquorum meorum hanc traditionem infringere voluerit, in primis iram omnipotentis Dei incurrat, & quod machinatur non efficiat; coactusque, Erario Regis X. auri, & C. argenti libras perſolvat. Si vero a Proviſoribus predicti Cenobii hec prenominata Summa michi fuerit denegata, vel contra voluntatem meam fuerit detenta vel minorata; aut hec traditio fiat irrita, aut Advocatus eorum michi legitime componat.

Acta eſt traditio *Treveris* publice in Monaſterio S. *Maximini*, aſtante predicto Venerabili Abbate eiusdem loci FOLCMARO, ceteriſque inibi Deo famulantibus Monachis. Me YRMINARDO hanc traditionem ſtipulante, ſub fideiuſſoribus quos vulgo *Saleburgiones* vocamus; HILDRADO. GOZBERTO. TIEDONE. DVDONE. RVDOLFO. Coram teſtibus, TIETFRIDO. RAVENGERO. OTBERTO. WISERICO, & multis aliis.

XI. n.608.

DE *conſtructa per quendam* THEODERICVM *Eccleſia in* Mergesbach: *eius ab Archiep°* WILLIGISO *dedicatione, factaque limitum diſterminatione.*

An. 1006.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Autogr.*

NOTVM ſit omnibus ſancte Eccleſie fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod THIDRICH in villa *Mergesbach* de ſuis propriis facultatibus in ſuo proprio pre-

 dio

Digitized by Google

dio Eccleſiam conſtruxit, & ad eam dedicandam WILLIGISVM Archiepiſcopum invitavit, & de ſuo proprio dotavit. *Willigiſus* etiam Archiepiſcopus terminationem eiusdem eccleſie determinavit, & a teſtibus idoneis eiusdem loci incolis iuramento affirmavit.

A *Diddenpoſcbe* ad *Steinſtraza.* a ſteinſtraza deorſum usque in *Rigenbach.* a rigenbach deorſum usque in *Simera.* a ſimera ſurſum in *Kiſilbath.* a kiſilbath ſurſum usque ad locum qui dicitur *Kozzolfes.* a kozzolfes usque ad *Heriradeſsneida;* deinde in deſertam *Eliram.* a deſerta elira ad *Biſſcoffeſerod;* inde iterum ad *Didelenpoſc;* & cum omnibus infra iacentibus villulis, id eſt *Liobesbuſon*, *Widimbach*, & cetera infra terminum retenta.

Huius terminationis omnem decimationem WILLIGISVS Archiepiſcopus prefate eccleſie contulit, & *Tiderico* eiusdem eccleſie conditori & omnibus eius ſucceſſoribus; ea tamen ratione, ut de eadem decimatione ſingulis annis in natale Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* perſolverentur decem ſolidi eccleſie ſancti MARTINI in *Pinguia;* ad uſum videlicet Fratrum ibidem Deo ſervientium. Huius rei teſtes ſunt Clerici idonei & Laici, quorum nomina ſunt hec.

ROHINC Prepoſitus.
FRIDERICVS Decanus.
BETCECHO Magiſter Scolarum.
GVNCELINVS Cuſtos.
ACELO Cantor.

Ecce compagem Prælatorum Eccleſiæ metrop., *in V. conſiſtentem Perſonis, ſicut ea, a tot retro Seculis deducta, etiamnum obtinet.*

Hec autem ſunt nomina Laicorum.

RAPRATH. HVNGER. BETCELEN.
DIEDERICH. WETCEL. BETCECHEN.
HAT-

HATCECHO. OFFILIN. DIEZO.
ERKANBALT. WIELANT.
LVTTFRET. ELLO: BEROLT.

Facta ſunt Anno Dominice incarnationis M. VI. Indictione octava. Regnante iuniore HEINRICO, & preſidente Mogontine eccleſie WILLIGISO Archiepiſcopo.

Sancitum eſt etiam auctoritate omnipotentis Dei, & banno WILLIGISI Archiepiſcopi, ut ſi quis hanc conſtitutionem infregerit, divinam ultionem ſanctique *Martini* Confeſſoris in ſe ſenciat.

Membrana transfixum apparet Sigillum Willigiſi, *litteris ex nimia vetuſtate diſtractis.*

XII. n.609.

„*Privilegium Dni* POPPONIS *Abbatis, de cenſuali* „*vino apud* Billiche *dando.*

An. 102 . .

IN NOMINE SANCTE AC INDIVIDVE TRINITATIS. *Ex L. A.*

CVM conſtet legis divine atteſtatione, probabiliter firmiterque divulgatum ac manifeſtum, beatas fore eccleſiaſticas res, ſi eas gubernent vel ordinent Religioſi ac magnifici Viri; vel ſi earum Rectores rebus probabilibus inſudare contingat; iure credimus ratum fixumque debere, quicquid huiusmodi hominum comprobatur aſſenſu.

Vnde cunctorum noverit induſtria fidelium tam preſentium quam futurorum, quid Venerabilis Pater, POPPO, huius Cenobii videlicet S. *Maximini* memorabilis atque digniſſimus Abbas; * quid relatu, quid memoria fecerit dignum ad utilitatem rerum ſibi commiſſarum. ** an. 1016.*

Nam cum certum ſit, Homines familie noſtre, illos videlicet de villa que *Bilacus* nuncupatur, in exſolvendis Reditibus

 debiti

Digitized by Google

debiti cenſus atque ſervitiis, ſemper dure cervicis ac pertinaciter rebelles extitiſſe, & ante hec tempora fere inſuperabiles; hoc predictus Pater, fidelis in domo Dei diſpenſator ac prudens, non ſurda aure comperiens, uti res expoſtulat, communicato conſilio ſereniſſimi Ducis HENRICI, loci huius tunc temporis Advocati, ſuorumque Fidelium, ſcilicet BECELINI Comitis, WIGERICI, GERARDI, tantam ac talem eorum hominum ſtatuit exterminare pertinaciam; indicta huiusmodi eis Lege vel pacto tocius cenſus & ſervicii, non multum eis ſcilicet intolerabilem, nec nobis adeo inutilem.

Et quia LX. *manſionalia*, que & *curtilia* vocitantur, hereditarie dicuntur poſſidere; decretum eſt, ut, quanticunque predictorum Curtilium poſſeſſores fuerint, plures vel pauci, ſingulis annis a ſingulis Curtilibus tres Solidos denariorum, qui faciunt IX. libras, in feſto perſolvant S. *Paulini*, & Amam vini, que dicitur *Pipini*. Eo duntaxat tenore, ut iuxta incrementum vinearum, quod in die Aſſumptionis Dei genitricis MARIE miniſter dominicarum rerum inſpexerit, pro ſingulis ſolidis denariorum totidem amas vini perſolvant ad iuſtiſſimam menſuram *Trevirorum* apud eos tunc temporis rectiſſime currentem.

ITEM cum prefata Ama vini que dicitur *Pipini*, provide, quoque cautiſſime ſtatutum eſt, ut, quantacunque facultas in fecunditate vinearum provenerit, ſupra memoratam pecuniam pro iuribus vino redimant. Ceterum, ut dictum eſt, preſcriptum Cenſum abſque ulla contradictionis mora perſolvant. Preterea *Vennas* * reficere, *Croradas* † facere, ad opera Caſtelli †† venire; univerſa, ſecundum antiquas inſtitutiones iuſſum, laudatumque eſt adimplere. Solum montem illum contra *Merchedichta*, ſuper *Moſelle* fluminis ripam poſitum vineis conſitum, a premonſtrata ratione redituum placuit excipere, eo quod alio modo noſtris debeat uſibus inſervire.

Que omnia, ut firma, rata & inconvulſa perpetualiter permanerent, preſentibus curatum eſt litteris aſſignare. Placuit-

cuitque, ut ſi quiſpiam hanc infringere voluerit Scedam, quod abſit, Centum libras publico Regis inferat Erario, dignoque inſuper anathematis feriatur iaculo. Fiat. Fiat. Fiat. AMEN. AMEN. AMEN.

XIII. n.610.

Pia fundatio HAZEGÆ *ad Eccleſiam* D. MARTINI Bingenſem, *ſub Epiſcopo* ARIBONE.

An. 1028.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. *Ex L. A.*

LICET parva & exigua ſint, que pro immenſis peccatis ac debitis offerimus, tamen pius Dominus noſter IHS XPC. non quantitatem muneris, ſed intentionem animi perſpicit offerentis. Idcirco cunctis fidelibus innotuiſſe deſidero, quemadmodum ego in Dei nomine HACECHA, ut veniam aliquam in futuro, ubi fœlices requieſcunt, accipere merear, quoddam Predium meum, hoc eſt duas vineas, in locis quorum nomina ſunt hec, *Propha* & *Planceri* poſitas, atque omne predium meum in loco *Wilere* nuncupato, quod ex parentibus meis iuſta hereditate ad me pertinuit, iſtis hominibus, quorum nomina ſunt hec. DIECELIN. OFFELIN. DIEDEWIN. & GEBEHART. in populari Placito, multis, & urbanis & villanis reverendis viris adſtantibus & ſedentibus, nemine reſiſtente ac contradicente, ſed laudantibus omnibus in fidelem manum commendavi; in hec ſcilicet verba, ut, quando ego viam univerſe carnis ingrederer, Prepoſitus SIGELO, & frater meus SIGELO, ſi me ſupervixiſſent, & poſt obitum illorum reliqui propinqui mei, qui hereditario iure proximi mihi ſupereſſent, ipſi de prefato predio quotannis ſingulis menſibus, atque anniverſariis obitus mei diebus, Fratribus Xpo eiusque pio Confeſſori ſancto *Martino* in *Pinguenſi* civitate die noctuque famulantibus, XX panes ac XXX denariorum pre-

Pppppp 3 cium

cium in carne aut piſcibus, nec non & vini *bamam* unam in ſervicium rependerent. Si autem a prefatis duobus *Sigelonibus*, ſive reliquis propinquis aliqua negligencia in tanta elemoſinarum donatione eveniret; fidelis manus ſecundum predictam Conſtitutionem ad ſe recœpiſſet, atque eandem conſtitutionem pleniter adimpleret. Sin autem in fideli manu de prefata cauſa aliqua negligentia fieret, iamtum predicti Fratres omne illud predium ad ſe recœpiſſent, &, quam maximam utilitatem poſſent, ſibimet ipſis inde facerent. Ea ſcilicet conditione, ut memoria anime mee ſecundum condictam Conſtitutionem in eternum perſeveret.

Illud etiam nihilominus latere deſidero, qualiter eadem conſtitutione prefatis IIII. hominibus priorem fidelem manum accipientibus, vineam unam, cuius nomen eſt *Cunnenplenceri*, in fidelem manum ſtatui, unde in ſingulis noctibus per omnes Annos ad prefatam eccleſiam, ubi corpus meum requieſceret, Lumen offerrent, quod in occaſu Solis accenſum, usque ad ortum ipſius per totam noctem iugiter arderet.

Si qua autem perſona, magna vel parva contra hec veniret, vel aliquid quod factum eſt permutare temptaverit, iram Dei omnipotentis, & ſancti *Martini* Confeſſoris, atque omnium Sanctorum incurrere ſe cognoſcat, ac divini anathematis ultione dampnetur.

Anno Dominice incarnationis *Mill.* XXVIII. Indict. XI, CHVONRADO Romanorum Imperatore Auguſto hec Conſtitutio facta eſt. ARIBONE Mogontine ſedis Archiepiſcopo. Sed in diebus BARDONIS eiusdem civitatis Protopreſulis ſigillo ea roborabatur.

(L.S.)

[BARDO ARCHIPRESVL.]

Preſente EBERNANDO Prepoſito, ceteriſque, quorum nomina inferius ſubnotantur. Hec ſunt nomina Clericorum.

EBER-

Digitized by Google

EBERNANDVS Prepoſitus.
FRIDERICH. BENZO. STEINHART.
STEPHANVS. HVMBERTVS. ADELO. CVNZO.

Iſti ſunt Laici

ALBECHO. BECELO. SIGELO. DIEDO. Item DIEDO.
EBERHART. Item EBERHART.
OFFELIN. DICELIN. ACELO.
NANCELIN. HERIMAN. NANNECHIN.
HERICHO. MIEZO. GODEMAN.
HASO. HEZCIL. GEBEHART. DIETWIN.
omnesque cives eiusdem civitatis.

XIV. n.611.

„*Privilegium Dni* Henrici III *Regis de dote Regni.*„

An. 1044.

* * *

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

HENRICVS *divina favente clementia Rex.* CVM Regie dignitatis officium ſit, diverſarum partium negotia pia ſollicitudine providere; maxime tamen, & magis proprie illius Eccleſie utilitatibus conſulere nos decet in omnibus, per quam Regni noſtri ſtatum confirmare, & Contectalem noſtram *dotali Lege, & legitimo iure in regnum nobis aſſociare & ſublimare debemus.*

Quapropter fidelium noſtrorum, tam preſentium quam futurorum univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos de noſtri ſtatu Regni tractantes, Dilectam nobis in X° contectalem

lem AGNETEM, *a cunctis regni noſtri Principibus electam*, & regali more, ac pia omnium fidelium noſtrorum devotione in MOGONTIA *civitate ſollempniter conſecratam*, & regalibus Inſignibus decoratam, ad honorem Regni noſtri ſublimavimus & corroboravimus. Et ſecundum morem & inſtitutionem piiſſimi Genitoris noſtri CVͦNRADI Imperatoris invictiſſimi, aliorumque Predeceſſorum noſtrorum, HENRICI & trium OTTONVM, ARNOLFI, *Magni* KAROLI, PIPPINI, DAGOBERTI, & aliorum Regum & Imperatorum usque ad nos; cum Abbacia Sci *Maximini* precioſiſſimi Confeſſoris Xpi, que in ſuburbio *Trevirorum* ſita eſt; quam CONSTANTINVS & HELENA Regina in Xpo ſacratiſſima in honorem S. IOHANNIS *Apoſtoli & Evangeliſte* primitus conſtruxerant; Hac igitur, & cum omnibus rebus, eccleſiis & poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis pertinentibus, prefatam Coniugem noſtram, AGNETEM ſcilicet nobis in Xpo kariſſimam *dotali lege, & legitima regni dote ad thronum & honorem Regni noſtri dotavimus, ſublimavimus, & confirmavimus;* Vt, ſicut revera per beatum PETRVM *Ap.* & diſcipulos eius ſanctiſſimos, EVCHARIVM, VALERIVM & MATERNVM in *Trevirenſi* Epiſcopio, & inde per totam Galliam catholice fidei primitus cepit pullulare & iniciare ſacramentum, ita & per hanc predictam Abbaciam omnes Reges & Imperatores cum ſuis Coniugibus propagande Sobolis incrementum, & Regie poteſtatis ac dignitatis ſemper incipiant teſtamentum.

Decrevimus etiam, atque huius noſtre Regie auctoritatis confirmamus edicto, ne eadem Abbacia alicui Sedi vel Eccleſie, famula aut appendix umquam ſubiaceat; Sed, ſicut ſub Predeceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque, Succeſſorumque noſtrorum *mundiburdio* libera ſemper maneat. Addentes videlicet & conſtituentes, ut POPPO eiusdem Loci Abbas ſuique ſucceſſores, prenominate Coniugi noſtre AGNETI ſcilicet, aliisque poſt illam Reginis, in regali ſemper Curia ſerviant, & obſequantur.

Et

Digitized by Google

Et quia ſub *Henrico* Imperatore ea bona illis ablata ſunt, unde ad miliciam ire, vel nobis *in ſecundo anno* regale ſervicium perſolvere, vel unde ſe ſuosque victitaſſe videbantur; Volumus atque conſtituimus, ut, quotienscunque ad curiam Regiam venerint, ſive vocati fuerint, de regia menſa paſcantur, & inter Curiales & domeſticos Regis & Regine non infimi ſemper habeantur, ſicut revera Magiſtros ac proviſores illius Eccleſie decet, *per quam Regum & Imperatorum Coniuges in regnum & imperium ſemper conſecrari & confirmari videbuntur.*

Conſtituimus preterea, & ad prebendam Fratrum inibi Deo famulantium ſpecialiter delegamus, quicquid ſub temporibus KAROLI, prout ipſe diſpoſuit, aliorumque predeceſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum, ad peculiaritatem illorum pertinere cognovimus. Id eſt, has Eccleſias cum villis: *Gozolvesheim. Albucha. Winheim. Wildeſtein. Huſun. Diedenhoven. Winvelde.* Inſuper omnes S. *Maximini* eccleſias cum *decimis* & *decimationibus*; Et omnes *ſalicas decimationes*, quas in uſus Hoſpitum peregrinorum ac pauperum deſtinamus; vel quicquid in his locis habere videntur hactenus. Hoc eſt, *Swapheim. Evernesheim. Heſinesheim. Mannendal. Narheim. Apula. Alſontia. Scheringesvelt. Bukinheim. Simera. Baſinbach. Ukenhesheim. Guntheresbuſun. Rusbach. Holzhuſen. Diſenbach. Sweppenhuſen. Rivenacha. Lovia. Okisheim. Lezenich. Ratersdorph. Buſtat. Meisbrath. Buchenebure. Folmaresbach. Decima. Vallis* cum ſuis pertinentiis. *Marchedich. Dalheim. Friſinga. Schiteringa. Murinirdinga. Drudelinga. Tavena* cum ſuis pertinentiis: *Merſch. Lindiche. Mambra. Viulna.* * *Everlinga. Arewilre. Windingun*; vel quod in Pago *Salingowe*, aut iuxta *Metenſem* civitatem in villa *Wilre*, vel in ipſa urbe, in vineis aut areolis, aut agris habere videntur; Et ultra Renum fluvium Curtem que *Prichena* dicitur, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam ad ſagimen & femoralia, Mantellas & menſalia Fratrum, & ad ſuſceptionem Hoſpitum, ac pauperum ac infirmorum curam ſpecialiter conſtituimus atque firmamus.

* alibi *Fula.*

Qq qqqq Et,

Et, ne aliquis Succeſſorum noſtrorum - - -, neque Abbas quicunque, de his rebus, preter hereditaria illius Ecclefie Miniſtris beneficia alicui preſtare, vel a Prebenda Fratrum quoquo modo abalienare preſumat, firmiter precipimus, & precipiendo firmamus. Cuius rei teſtem Kartam hanc inde conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domni HENRICI Tertii *Regis Inviɛtiſſimi.* EBERHARDVS *Cancellarius vice Domni* BARDONIS *Archicancellarii recognovi.*

Data VIII. Kal. Auguſti. Anno incarn. Dominice M. XL. IIII. Indiɛt. XII. Anno autem Domnî HENRICI *Tertii* ordinationis eius XVI, Regni vero V. Aɛtum *Mogontie* in Dei nomine feliciter. Amen.

n.612. XV.

„*Pronuntiacio Dni* ALBERTI *Epiſcopi* Magunt. *ex* „*parte Monachorum* Montis S. Diſibodi & „*Capituli eccleſie* Pinguenſis.„

C.* *An.* 1124.

ex Autogr.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

* *Hæc litera* C, *diplomatibus Seculi* XII *ordinarie præfixa, ſignificat* CEPTVM. *ceptum in nomine* - - -

Ego ADELBERTVS *Dei gratia* Mogontinus *Archiepiſcopus*, & *Apoſtolice ſedis Legatus.* Notum facio tam poſteris quam preſentibus, Controverſiam, quam habuerunt adinvicem fratres noſtri *Pinguenſes* Canonici, & Monachi ſanɛti *Diſibodi*, ſuper hereditate cuiusdam HAZECHE, in villa *Wilre*,

Wilre, & vinea, *Propben* ſita, conſilio Priorum Eccleſie noſtre a nobis in hunc modum eſſe compoſitam.

Sed antequam Compoſitionis modum proſequamur, qualiter in alterutrum prius contenderint, qua ſe ratione & auctoritate utrinque tuerentur & impugnarent; Canonici iniuriam ſuam proclamantes, Monachi iniuriam a ſe factam eſſe excuſantes, paucis interſerendum putavimus.

Conquerebantur Canonici, Monachos ſupradictam hereditatem iniuſte occupaſſe, eo quod ante multos annos a prefata *Hazecba* Pinguenſi eccleſie eſſet donata, & ſine ulla contradictione in uſus Fratrum Deo ibidem ſervientium, Anniverſarii ſui diebus in perpetuam poſſeſſionem contradita; idipſumque ſignato privilegio Predeceſſoris noſtri, beate memorie BARDONIS confirmabant. Econtrario autem Monachi affirmabant, quandam BERTHAM, & filium eius ENGELBOLDVM eandem poſſeſſionem eccleſie ſue contuliſſe; & ut eorum poſſeſſio inconvulſa permanere deberet, noſtri ſuper hoc ſe privilegii auctoritatem recepiſſe.

Cumque in hunc modum, ut dictum eſt, contenderent, & viciſſim ſuis ſe altercationibus tuerentur & impugnarent; in plena Synodo *Mogontie* habita utriusque partis Cauſam in noſtra diſpenſatione ex amborum conſenſu ſuſcepimus; communicatoque conſilio cum maioribus & ſanioribus Eccleſie noſtre fratribus hac modificatione uſi ſumus, ut *Pinguenſes* Canonici dimidium prefate poſſeſſionis per omnia poſſiderent, reliquam vero partem Monachi ſine ulla in poſterum inquietatione optinerent.

Preſentis quoque pagine ſeriem in teſtimonium conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri impreſſione munivimus. Auctoritate omnipotentis Dei, & beati Petri ac noſtra, ſub perpetuo anathemate, tam Monachis quam Canonicis, & omnibus interdicentes Xpianis, ne quis contra eam venire, vel in aliquo eam preſumpſerit impetere ſive incruſtare; ſed omnibus evis rata & inconvulſa habeat permanere. Quam unitatem & pacem

cem eccleſie Dei diligentes, conſtat placere Deo & hominibus. Huius rei teſtes ſunt

Prepoſitus maioris eccleſie DVDO.
Sancti *Stephani* RICHARDVS.
Sancti *Victoris* HEINRICVS.
Maioris eccleſie CVNO Decanus.
Magiſter Scolarum DORENBERTVS.
Cantor HARTMANNVS.
Prepoſitus S. *Marie* in campo, GODESCALCVS.
S. *Marie* ad gradus ANSELMVS.
Limburgenſis ARNOLDVS.

Abbates

Sancti *Albani* FOLBERTVS.
S. *Iacobi* WERENBOLDVS.
S. *Diſibodi* ADELHVN.
Pinguenſis Decanus BERTOLPHVS.
Canonici: STEPHANVS. FOLNANDVS.
RANWOLDVS. WICHNANDVS,
& complures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis M.C.XX.mo IIII.to Indictione III.a Regnante HEINRICO Romanorum Imperatore Auguſto huius nominis V.to Data in *Rudesheim* IIIIto Nonas Novembris, per manum HEINRICI Notarii, *Pinguenſis* Prepoſiti, feliciter, AMEN.

XVI.

Digitized by Google

XVI. n.613.

LITTERA FVNDATIONIS *Monaſterii* Schiffenberg.

An. 1129.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Orig.*

Ego MEGENERVS Treverorum *Archiepiſcopus* Omnibus Xpi fidelibus in perpetuum. Noverit univerſitas fidelium, tam preſentium quam futurorum, qualiter CLEMENTIA, Comitiſſa nobilis *de* GLIZBERC, montem in ſilva que dicitur *Wiſecherwalt*, *Skepbenburc* vocatum, & terram novalium circumiacentium ad XX manſos vel amplius, cum fontibus inde manantibus, & cum omni uſu lignorum excidendorum ad edificandum & conburendum, cum paſcuis animalium & quibusdam pratis, per manum GERHARDI mariti ſui Comitis *de* GELRE ſummo Deo, creatori & gubernatori omnium, beatiſſimeque Dei genitricis Marie libere contradidit, *cyrotheca in altum quaſi ad Deum proiecta.* Addidit quoque duos manſos arabilis terre in villa que dicitur *Cunradesroth.*

Michi autem omni iure divino & humano conveniente, quoniam decime, Sacerdotum Domini debent eſſe; decimas de omnibus novalibus, quecunque in eadem ſilva *Wiſecberewalt* a quocunque tunc novata fuerint, vel poſtmodum novabuntur, in manum donavit; hac ratione, quatenus Eccleſiam in ipſo monte, *a nobis* Deo & Sce Marie *dedicatam*, ipſis decimis dotaremus; quod & libentiſſimo animo fecimus.

Fecit autem hanc pie devotionis traditionem aſſenſu PALATINE *Comitiſſe* GERTRVDIS, † ad quam pertinet quarta

Qqqqqq 3 pars

† GERTRVDIS *hacce* Palatina *non habet reſpectum ad* Palatinos Rheni, *ſed ad* illos de Tubingen. *Aſſerti rationem inde ſumo, quod Oppidum* Gieſen *extiterit in dominio* Tubingenſium [Palatinorum.] *Hoc enim evincit Littera* Tomi II. *ſub* n. CX; *quippe ubi*, VLRICVS D. G. Comes *de* Tuwingen

Digitized by Google

pars prenominate ſilve. Eo videlicet rationis tenore, ut ibidem Canonici ſub regula beati *Auguſtini* Deo eiusque Genitrici deſervirent. Preterea conſtituit prefata Comitiſſa CLEMENTIA, ut quicunque Heredum ſuorum maior natu eſſet, ſuper bona predicti loci advocatiam haberet; hac lege, ut fratres eosdem cum ſuis redditibus & familia ab omni iniuria tueatur, nec aliam inde utilitatem vel ſervicium exigat vel expectet, niſi ut per orationes eorum, eterne remunerationis premium conſequatur.

Hanc vero traditionem Dne CLEMENTIE & noſtram, banno beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & Dni Pape & noſtro confirmatam, quecunque ſecularis vel eccleſiaſtica perſona temerare, vel ab eccleſia predicta alienare temptaverit, niſi cito reſipiſcat, perpetuo anathemate dampnata, cum Dathan & Abiron in morte feda eternis ignibus conburatur, & non conſumatur. Huius rei teſtes ſunt,

GODEFRIDVS maioris domus Prepoſitus.
ARNOLDVS Archidiaconus.
EBERHARDVS Cantor.
RICHARDVS Abbas *Sprinkerbacenſis*.
WIDEGOWE. LENZECHINVS ſacerdos.

de Laicis

† *diſerte ſic.* Comes GERARDVS de *Cleri-vas*. †
FRIDERICVS Comes *de Vianna*.

MEIN-

gen & Dominus in GIZEN, *donationem patris ſui, factam curia Aldenbergenſi in Huchelheim ſuper lignis* in noſtro nemore * *reſecandis, confirmat* an. 1263.

* Wiſecker walt. *vid chartula Rubrum*.

Cumque CLEMENTIA *monaſterium* Schiffenberg *in eodem nemore plantaverit, aſſenſu* GERTRVDIS, *proprietatem in quarta nemoris parte habentis; autumandum eſt, tres* Clementiæ *partes, Stemmate* Cleyberg. *Comitum extincto, accreviſſe* Palatinis Tübingenſibus.

MEINHARDVS Comes *de Spanheim.*
HARTRADVS de *Merenberc.*
EKEHARDVS de *Holeſe.*
MARQVARDVS de *Sulmeſe.*
WEZELO *Wolf.* CHRAHT de *Bilſtein.*

Miniſteriales

LVDEWICVS Treverenſis. HENRICVS Dapifer.
HERMANNVS Camerarius *de Vilei.*
ORTWINVS Camerarius.
HEREM.. de Palatio. CVNRADVS de *Hagene.*
SIGEFRIDVS de *Habe* cum filiis ſuis.
BALDEWINVS de *Clen* & frater eius GVNTRAMVS.
GERARDVS Dapifer Comitiſſe.
Item GERARDVS.
ERNEST & frater eius CRAHT.
REIMARVS, & frater eorum *de Linden.*
BERHARDVS de *Gunneſſe.*
HEZECHINVS de *Garvenheim.*
GERARDVS de *Selterſe.*
LVPOLDVS de eadem villa.
RVTHARDVS & GEBEHARDVS de *Wiſemar.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. M.C.XXVIIII. Indictione VII. Epacta XXVIII concurrente I.

XVII.

Digitized by Google

n.614. XVII.

„*Confirmatio Dni* ALBERONIS *Ep.* Treverenſis *ſu-*
„*per locum* Schiffinberg, *&* *donationibus*
Dne CLEMENTIE.„

An. 1139.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autogr. Ego ALBERO *Dei gratia* Treverorum *Archiepiſcopus*, *Apoſtolice Sedis Legatus* omnibus Xpi fidelibus. Quoniam votis fidelium novas cellas paſſim per provinciam noſtram edificari videmus, Gratias Deo agentes neceſſe duximus, ut omnia que noſtro vel predeceſſorum noſtrorum tempore eccleſiis illis collata ſunt, vel poſtmodum conferentur, maxima quam poſſumus ſtabilitate confirmemus, quatinus non ex negligentia penam, ſed ex providentia vitam conſequi mereamur eternam.

Notum igitur eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, qualiter Comitiſſa CLEMENCIA de *Cliberch* montem in ſilva que dicitur *Wiſechirwalt*, *Seſphenberch* vocatum, & terram novalium circumiacentium ad viginti manſos vel amplius, cum fontibus inde manantibus, & cum omni uſu lignorum excidendorum ad edificandum & comburendum, cum paſcuis animalium & quibusdam pratis libere contradidit beate Dei genitrici MARIE per manum Venerabilis predeceſſoris noſtri MEGINERI Archiepiſcopi, quando Capellam in ipſo monte dedicavit. Addidit quoque & decimam de omnibus novalibus, quecunque in eadem ſilva *Wiſechirwalt* a quocunque tunc novata fuerint, vel poſtmodum novabuntur, cum duobus manſis arabilis terre in villa que dicitur *Cunradesrobt*.

Fecit autem hanc pie devocionis tradicionem aſſenſu *Palatine* Comitiſſe GERTRVDIS, ad quam pertinet quarta pars prenominate ſilve. Eo videlicet rationis tenore, ut ibidem Cano-

Digitized by Google

Canonici ſub regula beati *Auguſtini* Deo eiusque Genitrici deſervirent. Preterea conſtituit prefata Comitiſſa CLEMENCIA, ut, quicunque heredum ſuorum maior natu eſſet, ſuper bona predicti loci Advocaciam hac lege teneret, ut fratres eosdem cum ſuis reditibus & familia ab omni iniuria tueatur; nec aliam inde utilitatem vel ſervicium exigat aut exſpectet, niſi ut per orationes eorum eterne remunerationis premium conſequatur.

Hec vero traditio noſtri predeceſſoris MEGINERI Archiepiſcopi banno roborata, ut rata ſemper & inconvulſa permaneat, nos quoque eam in publica Sinodo communi aſſenſu banno noſtro confirmavimus; & ne aliquis inde audeat aliquid alienare vel commutare, Cartham preſentem conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. ✠ Ego FOLMARVS

Decanus & Archidiaconus ✠ Ego ALBERO

Treverorum Archiepiſcopus Ego GODEFRI-

DVS Prepoſitus & Archidiaconus Ego AR-

NOLFVS Archidiaconus ✠ Ego WINRI-

CVS Magiſter Scolarum Ego EVERHAR-

DVS Cantor

Affuerunt etiam hi teſtes, cum pluribus aliis. FRIDERICVS Comes *de Vienna*. EMICHO Comes de *Flanheim*. REIMBOLDVS de *Iſenburch* Liberi. Miniſteriales. ERPHO. SYGEBODO. EINGELBERTVS & FRIDERICVS fratres. GVNTHERVS.

Acta ſunt hec *Treveris*. Anno Dominice incarnationis M.C.XXX.VIIII. Indictione II. Epacta XVIIII. XI Kl. Iulii. Anno epiſcopatus Dni *Alberonis* octavo.

Digitized by Google

n.615. XVIII.

„Fvndatio *donationis a* Clementia *Comitiſſa* „in Clyberg, *facta Monaſterio* Schiffenberg.„

An. 1141.

ex Autogr. In nomine sancte et individve Trinitatis.

Noverit univerſitas fidelium tam preſentium quam futurorum, quod Ego Clementia Comitiſſa de Glyzberg, cum meis nepotibus Ottone quam Wilhelmo, conſenſu & donacione ipſorum, divino inſtinctu premonita in allodio meo *Schyſenberg* Eccleſiam conſtrui, & ibi fratres de Regula beati *Auguſtini* locari poſtulavi; & in eodem allodio circa XXX^ta manſos conſenſu & permiſſione Domine Gerdrvdis Palatine, cuius quarta pars eiusdem fuit allodii; annuente etiam Dna Adela filia eiusdem Palatine, que ſimiliter heres erat, libere eidem eccleſie cum omni integritate contradidi, quod in hunc modum eisdem fratribus confirmo, ut cum Decima & omnibus uſibus illud quiete poſſideant. Ligna quoque in proxima ſilva *Wiſekerwalt*, tam ad comburenda, quam ad edificia ſumant. Porci & cetera animalia eorum in eadem ſilva paſcua ſine omni precio habeant. Addidi quoque duos manſos terre arabilis in *Cunraderade*. Predium in *Gyrmeze* cum eccleſia, predium in *Leigenſtern*, predium in *Obernhoben*, predium in *Inbeiden*, predium in *Berthein*, predium in *Milbach* cum Capella in eodem predio ſita, rite ac rationabiliter, contradictione qualibet non obſtante abſque omni iure & ſervicio libere contradidi.

Preterea ego Clementia prefata conſtituo, ut predicti fratres nullum Advocatum habeant, niſi unum Maiorem natu de mea progenie, qui in querimoniis ſuis ſolummodo iuſticiam eis utpote fidelis Defenſor faciat, ut nec ab eis, nec de prediis eorundem aliquot ſervicium vel exactionem exigat aut ex-

expectet, nec aliquid ſibi iuris uſurpet, niſi ut per orationes eorum eterne remunerationis premia conſequatur. Item ego CLEMENTIA prefata conſtituo, ut nec Nobilibus nec villanis circumſedentibus dicti fratres, vel ipſorum ſucceſſores de predictis prediis, vel de aliis bonis per me ſibi collatis, ullo iure ad aliqua ſervicia teneantur.

Et ut hec inconvulſa permaneant & illeſa, preſentem Kartulam conſcribi feci, & mei Sigilli * munimine roborari. Teſtes huius rei ſunt

Dns ALBERO Treverorum Archiepiſcopus.
GOFRIDVS Maioris eccleſie Prepoſitus.
VOLMARVS eiusdem eccleſie Decanus.
CVNRADVS Prepoſitus ſancti *Paulini*.
GERLACVS Prepoſitus.
REINBALDVS de *Yſenburg*.
MARQVARDVS de *Solmeſe*.
HARTRADVS de *Merenberg*.
CRAFTO de *Bilſtein*.
GERHARDVS Dapifer de *Glyzberg*.
BERNHARDVS de *Gunſe*.
HEIZECHINVS de *Garbenheim*.
RVTHARDVS & GEBEHARDVS de *Wiſemor*.
Et alii quam plures fide digni.

Actum & datum Anno Dominice incarnationis M° C° *Quadrageſimo primo*. Indictione tertia.

* *Pendulum in forma ovali præſentat imaginem Fundatricis, impreſſam materia craſſa coloris albi; characteribus ex vetuſtate deletis.*

Digitized by Google

n.616.

XIX.

„*Confirmatio Dni* ALBERONIS *ſuper ſex villis mo-* „*naſterio* Schiffenberg *attinentibus.*

An. 1145.

ex Autogr. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

EGo ALBERO *Dei gratia* Trevirorum *Archiepiſcopus*, *Apoſtolice Sedis Legatus* Fratribus de *Schephenburhc* ſub regula beati *Auguſtini* Deo militantibus in perpetuum. Officii noſtri ratio poſtulat, eccleſiarum a Deo nobis creditarum ſollicitudinem gerere, eisque pro modo & poſſibilitate noſtra conſilium & auxilium ſine ceſſatione prebere.

Eapropter omnium fidelium preſentium & futurorum univerſitatem cupimus noſſe, quod dilectis in Xpo fratribus noſtris de *Schephenburhc* pro Dei omnipotentis gratia hanc miſericordiam contulimus, ut Sex ville, que iuxta eos in novis ruderibus fiunt, omnia ab ipſis querant, que mater eccleſia ſuis debet filiis. Quarum hec ſunt nomina. *Steinbach, Wazemburne*, *Erlebach*, *Gariwarthseich*, *Lotthen*, *Vronebach*.

Dedicavimus eis etiam eccleſiam in villa *Girmize*, iuxta *Witſlariam* in eorum predio ſitam, quam baptismalem & ſepulchralem ac ſinodalem fecimus, conſentiente Prepoſito WERNERO de *Wilinburch*, * ad quem decima eiusdem ville *Girmize* pertinet. In nullo minuemus ius eiusdem prepoſiti, quod ante illic habuerat.

* Weilburg: *ubi Collegialis eccleſia erat; dedicata* S Walpurgi. *Quod vero ad tantam aſcenderet ætatem, quis putaſſet?*

Vt ergo hec inconvulſa permaneant, hanc inde fieri Kartulam, & noſtro confirmari Sigillo precepimus. Adſcripti etiam Teſtes.

GODEFRIDVS maioris Eccleſie Prepoſitus.
FOLMARVS eiusdem Decanus.

Corepi-

Digitized by Google

Corepiſcopi

ARNOLFVS. BRVNO.
CVNRADVS Prepoſitus Sci *Paulini.*

Liberi

GERLACVS & RENGEBALDVS de *Iſenburch.*
HARDRAT pater HARDRAT filius *de Merinberch.*

Miniſteriales

GVNZICHIN. WILLERE. MACHARIVS.
GERHART. REGEMAR.

Actum Anno Dominice incarn. M.C.XL.V. Indictione III.

XX. n.617.

„ORDINACIO *Dni* ALBERONIS *de familiaribus* „*Eccleſie in* Schiffinburg, *& dacione Cenſus per* „*eosdem, & quomodo ſervandum eſt cum* „*familiaribus, ſcilicet vulgariter* Eygen Lude.

An. 1150.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Autogr.*

Notum facimus tam futuris quam preſentibus, qualiter hec Familia a ſervitute dominorum ſuorum, videlicet ADELBERTI & filiorum eius FRIDERICI & CONRADI, in libertatem ſervicii Eccleſie Dei genitricis *Marie* que eſt in *Schephenb.* manumiſſi ſunt. Hac videlicet racione, ut, cum ad annos XV, vel plus XVI, ſive nubant, ſive coniugio carere velint, pervenerint, perſolvant cenſum ad Altare eiusdem

Digitized by Google

ecclesie ſingulis annis duos denarios in feſto purificationis eiusdem genitricis Dei. Quod ſi, inpedimento aliquo interveniente, uno anno perſolvere non potuerint, in ſubſequentibus, cum primum poterunt, reſtituant quod neglexerint. Poſt mortem autem eorum, de his qui inter pares ſuos coniugium duxerunt, ecclesia melius veſtimentum, vel melius animal, quod pocius elegerit, ſibi ſumat. Si vero in extraneam vel alienam cuiuscunque condicionis familiam nupſerint, duas partes tocius ſubſtancie vel poſſeſſionis de mortuo Viro accipiat ecclesia, de Muliere vero terciam partem. Ceteri utique, qui ſuas familias pro remedio animarum ſuarum eidem ecclesie dederunt, eodem ſuo iure donaverunt.

Quicunque vero in tantam inſaniam vel amenciam ceciderit, ut hoc tam pium & tam ſanctum ſtatutum dolo aliquo vel mala arte infringere temptaverit, Iude proditoris dampnationem ſubeat, & abſorbeat eum profundum inferni, & puteus abyſſi claudat ſuper eum os ſuum, Amen. Hec eſt familia eadem per nomina diſtincta.

Col. I. de *Linden* Radolf. Gliſindt. Oſterlint. Benno. Burchart. Willehere. Sigefriht. Arnolt. Rudolf. Adelbertus. Balthart. Hizecha.

de *Leikeſteren.* Bernhart. Bernhart. Burgenza. Richeza. Hedewich. Adelheit. Mehthilt. Ita. Hebeza. Imeza. Theodoricus. Nentere. Sigefriht. Hirmendruht. Helewich. Bernolt. Sophia. Wezel. Herman. Irmengarth. Gunderat. Megenburhc. Gerdruth. Bezelen. Methilt.

de *Hagene.* Richolf. Rudolf. Wibertus. Hazelun. Adelheit. Giſelin. Friderihc.

de

de *Huſen*. Walbrun. Wellehere. Nentere, & due ſorores eius. *Col.* II.

de *Wetſlaria*. Berhda. Hiltegart. Sigefriht. Hildegunt, & filii eius IIII.

de *Mulenheim*. Bezecha. Adelheit.

de *Werhtorf*. Adelbert. Bezecha.

de *Germeze*. Hervic. Berhdolt. Wofo. Doza. Sigeburch & due filie eius. Geppa & IIe filie eius.

de *Bukenheim*. Adelbert.

de *Rochemburg*. Hartmut & Lukart, & filii eorum VI.

de *Happershoven*. Gerhart & Mettilt, & pueri eorum V.

de *Burchardesvelt*. Anſelm. Richolf. Ebeza. Doda. Ebeza. Wezel. Helbwin. Gerhart. Gunderat. Libberc. Detchilda. *Col.* III.

de *Dortſe*. Guntram. Sigefriht.

de *Blasbach*. Arnolt. Imecha.

de *Dodenhoven*. Goſmar. Heinrihc.

de *Wiſecho*. Ruobertus. Heinrihc.

de *Lyche*. Cuonrat. Iohan. Arnolt, & ſorores eorum, Kunegunt. Meza. Alheith. Gerdrut, & Peterſa.

Ego

Digitized by Google

✠ Ego Albero *Treverorum* Archiepiſcopus, banno noſtro roboratam, ratam & inconvulſam confirmavimus, & Sigilli noſtri inpreſſione ſignari fecimus. [*locus Monogr.*]

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis M.C.L. Indict. XIII. Epact. XX.

n.618. XXI.

Henrici AEp. Mogvntini, *de facta per* Anselmvm *Præp.* Bingenſem, *Canonicis reſignatione Decimarum in* Weiler, Algesheim *&c.*

C. *An.* 1150.

ex Autogr. In nomine Sancte et individve Trinitatis.

HEINRICVS *divina clementia favente* Mogontienſis *Archiepiſcopus.* Notum facio cunctis eccleſie Xpi fidelibus tam preſentibus quam poſteris, qualiter *Pinguenſis* Prepoſitus Anselmvs, fratribus noſtris Pinguenſibus noſtra ammonitione Decimam, ad Prebendam eorum pertinentem in *Wilre*, & *Algesheim*, & *Holzhuſen*, atque *Munzedale*, quam ab eiſdem Canonicis hoc pacto tenuerat, ut eis annuatim quatuor ſervitia, videlicet in natali Domini, in Paſcha, in aſſumptione Sancte Marie, & in feſto beati Martini perſolveret, integre reſignavit. Cum enim ſuper hec ſervitia parum ei reliqui eſſe poſſet, ipſe quoque aliis pluribus in locis agere haberet; timuit, ne per ſuam abſentiam, diebus ſtatutis Fratrum impedirentur ſervitia.

Inveſtituram quoque duarum Capellarum que in eiſdem villis ſunt, quarum *Pinguenſis* eccleſia Mater eſt, ſimul cum decima

decima eis dimiſit, quatinus ipſi, ſicut prius, per aliquem Fratrum ſuorum eisdem capellis habeant providere.

Cum igitur noſtri ſit officii, circa omnes ſubditos noſtros paterna ſollicitudine detineri, preſentis pagine ſeriem in teſtimonium conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri impreſſione munivimus. Auctoritate Dei omnipotentis, & beati Petri Apoſtolorum principis, & noſtra, ſub perpetuo anathemate interdicentes tam ſucceſſoribus eius Prepoſitis, quam Canonicis, atque omnibus Xpianis, ne quis contra eam venire, vel in aliquo preſumpſerit impetere, ſive inquietare; ſed omnibus evis rata & inconvulſa habeat permanere; quoniam Deo ſervientium profectum diligentes, conſtat Deo placere & hominibus. Huius rei teſtes ſunt

HARTMANNVS maior Prepoſitus.
ARNOLDVS Prepoſitus Sancti *Petri.*
HEINRICVS Cuſtos.
GERLACHVS Decanus, & Prep’ S. *Victoris.*
ANSELMVS Prepoſitus Sce *Marie* ad gradus.
HARTMANNVS Prepoſitus Sci *Mauricii.*
WILLELMVS Scolarum Magiſter.
HARTWINVS Cantor.
HEINRICVS Abbas Sci *Albani.*
HEINRICVS Abbas Sci *Iacobi.*
ROTHARDVS Cellerarius, & totus Conventus.

Hi Laici.

MEINGOTVS Vicedominus.
Fratres eius DVDO & HARTWINVS,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis M. C. L. indictione XIII. Regnante Xpianiſſimo Romanorum Rege CONRADO huius nominis II. Data *Mogontie* V. Idus Iunii feliciter.

Digitized by Google

n.619.

XXII.

De ſalica Decima *in* Barweiler.

An. 1153.

ex Lib. Aur. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego SYGERVS Dei gratia Abbas S. *Maximini.* Notum facimus preſentibus & futuris, de Queſtione que inter nos, & LVITFRIDVM verſabatur ſuper *Salica decima* de *Barwilre*, quomodo conſilio fidelium noſtrorum convenerimus. Igitur predictus L. XII denarios parve monete pro eadem Decima in *pacto* nobis offerebat, nos autem nichil iuris in predicta decima ipſi recognoſcere, nec aliquam penſionem ab ipſo volebamus recipere. Tandem vero conſilio Fidelium noſtrorum, & petitioni Amicorum eius adquievimus; & pred. Decimam pro XII denariis *Colon.* monete in die S. *Andree* nobis perſolvendis, in *pactum* * ipſi conceſſimus. Quod ſi ipſe vel heredes ſui ſtatuto die prefatos denarios ſolvere neglexerint, Decima noſtra ab ipſis libera erit. Huius rei teſtes ſunt

* *Pactus.* loc. cond.

ARNVLFVS Prior.
GERARDVS, ALBERTVS, Laici.
KAROLVS de *Sumplenvelt.*
REINERVS de *Wegeſeth.*
EPPO de *Hamersdorp*,
& quam plures alii.

Acta ſunt hec in curia noſtra *Rivenache.* Anno Dominice incarnationis M. C. L. III.

XXIII.

Digitized by Google

XXIII. n.620.

Præſul ARNOLDVS *Eccleſiam* Bingenſem *reformat; ordinando ut in contextu.*

An. 1160.

C

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Autogr.*

Notum *igitur* ſit omnibus Xpi fidelibus, tam preſentibus quam futuris, quod ego ARNOLDVS *Dei gracia* Mogontine *ſedis Archiepiſcopus* animadvertens iacturam *Pinguenſis* eccleſie, quod per etatis incrementum degeneri ſucceſſione florem & decus iuventutis ſue perdidiſſet! ad reformandam eiusdem eccleſie pulchritudinem, ob reſpectum divine gracie, ob debitum quoque cure paſtoralis, me totis animi viribus accingere curavi.

Habito itaque ſuper hac eadem animadverſione honeſto & ſalubri conſilio, liberam Electionem, firmam & in perpetuum ſtabilem in Fratribus eligendis & ſuſcipiendis, tantum cum vacaverint Prebende, eidem eccleſie donavi. Ea tamen Lege prefinita, quod, pro ut canonicis decretum eſt inſtitutis, congregatio duodecim Fratrum eiusdem eccleſie, nullius interpoſitione Vicarii imminueretur, ſed Canonicus libere & canonice electus & ſuſceptus ibidem, ad ſerviendum Deo communi iure cum reliquis Fratribus converſaret. Si vero ab eadem eccleſia ad aliam ſerviendum ſe transferret, ſeu quacunque occaſione producta *Canonicam* ſuam contumaciter negligeret, ſtipendiis Canonice ſue, quousque ad canonicam ſatisfactionem eccleſie obediret, penitus privaretur.

Placuit quoque, quod Fratres eiusdem eccleſie eandem liberam & canonicam electionem in officiis & dignitatibus Priorum ſuorum, *Decani* videlicet, *Magiſtri*, & *Cuſtodis*, nullo ſui Prepoſiti in hoc expectato arbitrio eligendis & aſſumendis, com-

communiter haberent. Adieci quoque, quod nullus ibidem Magiſter haberetur, niſi qui Concanonicus eſſet eiusdem eccleſie.

Placuit quoque renovare & reformare id, quod ab inicio in eadem eccleſia ſtatutum eſt; videlicet, quod Dns Prepoſitus eiusdem eccleſie ibidem nullam haberet Canonicam, ſed terciusdecimus ſuper duodecim Fratres, ſtipendiis ſue Prepoſiture contentus, vicem Xpi amminiſtrare iuxta humanum modum ſatageret.

Preterea ne de ſingulis iniuriis ſeu violentiis, que vel ipſi eccleſie in poſſeſſionibus ſuis, vel ipſis Canonicis in rebus familiaribus inferrentur, Fratres eiusdem eccleſie, ſeu Domino Archiepiſcopo, ſeu Prepoſito ſuo ſingulas querimonias deferre oporteret; Decano eiusdem eccleſie ſuper omnes, qui vel bona eccleſie, vel res Fratrum familiares violenter diriperent, Bannum, & poſt legitimam vocationem, in eosdem malefactores Excommunicationem poſſe promulgare, & poſt ſatisfactionem Deo & Eccleſie reconciliare, auctoritate Dei, & ea que michi a Deo conceſſa eſt, libere donavi; & eosdem Fratres, & univerſas ipſorum poſſeſſiones ab omni civili collatione, ſive in murorum inſtructione, vel reſtauratione, ſeu in vigilum preſtatione, ſive in alia qualicunque laicali exactione, liberos & immunes eſſe conſtitui; quoniam & id ipſum ſacratiſſimarum Legum cautum eſt ſanctione.

Si quis autem hec ſupradicta, ad honorem & utilitatem ſancte Eccleſie ſalubriter ordinata, inſtinctu diaboli infringere auſu temerario attemptaverit, anathema ſit. Huius rei teſtes.

HARTMANNVS maior Prepoſitus.
BVRCHARDVS Prepoſitus ſancti *Petri*.
ARNOLDVS Cuſtos.
SIGELOVS Decanus & Camerarius.
Magiſter WILLELMVS. HVGO Cantor.
XPIANVS Prepoſitus S. *Marie* ad gradus.

HE-

HEZEKINVS Prepoſitus S. *Mauricii.*
GERLACVS S. *Victoris* Prepoſitus.
BALTWINVS Prepoſitus S. *Iohannis.*
EMBRICHO *Pinguenſis* Prepoſitus.
CV̊NRADVS Prepoſitus S. *Gingolfi.*
HARTPERTVS Abbas S. *Albani.*
GODEFRIDVS Abbas S. *Iacobi.*

Capellani

LODEWICVS. RV̊DINGVS. GERNOTVS.
DRAGEBODO. HEINRIC' *Niger.* MARCWARD.

Canonici in *Pinguia*

ORMILIVS Decanus. DRVSINGVS.
WARMVNDVS. HEINRICVS *Traiectenſis.*
HEIDENRICVS. WERNHERVS. EMICHO Cuſtos.
GODESCALCVS. CV̊NRADVS. WILLELMVS.

Laici

LODEWICVS Prefectus Vrbis.
CV̊NRADVS Comes *Silveſtris*,
& frater eius EMICHO *Irſutus.*
GERLACVS Comes *de Veldenzen.*

Miniſteriales.

HELPERICVS Vicedominus, & frater eius HERMANNVS Sculletus.
WERNHERVS Dapifer.
GODEBOLDVS Marſcalcus.
ARNOLDVS *Magnus.*

In Pinguia

HARTROVS. GERLACVS.

de Lorecho

EMMICHO Comes.
HELWICVS. ERKENBOLDVS. GERNODVS.
CVNRADVS. GEVARDVS. WOLFRICVS.
GODESCALCVS *Lupus*,
& alii quam plures.

Acta ſunt autem hec, Anno Dominice incarnationis M.° C.° LX.° Indictione VIII. Regnante FREDERICO glorioſiſſimo Romanorum Imperatore huius nominis PRIMO. Anno vero ſuo imperiali VIII.

Charta hæc eſt tanto memorabilior, quod pius Præſul ARNOLDVS, in vigilia S. Ioannis Bapt. *ex* Binga *domi redux, die poſtero, horrenda Civium ſuorum rabie trucidatus fuerit.*

n.621. XXIV.

„CONFIRMATIO *Dni* HILLINI *ſuper ſex villas* „*monaſterio* Schiffenb. *attinentes.*„

An. 1162.

ex Autogr. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HILLINVS *Dei gratia* Trevirorum *Archiepiſcopus*, *Apoſtolice Sedis Legatus.* Fratribus de *Schepbenburc* ſub regula beati *Auguſtini* Deo militantibusin perpetuum. Officii noſtri ratio poſtulat, eccleſiarum a Deo nobis creditarum ſollicitudinem gerere, eisque pro modo & poſſibilitate noſtra conſilium & auxilium ſine ceſſatione prebere.

Ea-

Eapropter omnium fidelium, preſentium & futurorum univerſitatem cupimus noſſe, quod dilectis in Xpo fratribus noſtris de *Schephenburg*, pro Dei omnipotentis gratia hanc miſericordiam contulimus, ut ſex ville, que iuxta eos in novis ruderibus fiunt, omnia ab ipſis querant, que mater eccleſia ſuis debet filiis. Quarum hec ſunt nomina. *Wazzenburnen*, *Erlebach*, *Garewardeseich*, *Loden*, *Vronebach*, *Steinbach*. Quod autem predeceſſor noſter felicis memorie *Domnus* ALBERO de eccleſia de *Girmize*, quam ipſe conſecrans, baptiſmalem, ſepulchralem & ſinodalem eis feciſſe cognoſcitur, nos nichilominus approbamus, & auctoritate qua poſſumus confirmamus.

Vt autem hec inconvulſa permaneant, hanc inde fieri Cartulam, & noſtro confirmari Sigillo precepimus. Teſtes etiam ſunt hi:

IOHANNES & FOLMARVS Archidiaconi.
RANDOLFVS Abbas de *Clauſtro*.
SIGEFRIDVS Prepoſitus Sci *Caſtoris*.
RVBERTVS Prepoſitus de *Palaciolo*.

Capellani

GERHARDVS. TEODERICVS. HEINRICVS.

Laici

WILLEHELMVS de *Helfenſtein*.
LVDOWICVS de *Ernberteſtein*.
WVLDERICVS BOVMVNDVS TEODERICVS.

Actum Anno Dominice incarn. Mill. C. LXII. Indictione V.ª Concurrente VII.ª

XXV.

Digitized by Google

n.622. XXV.

„*Confirmacio* WILHELMI *&* OTTONIS Comitum „de Gliperg *ſuper ſubiectione eccleſie in* Schiffen„berg, *& aliis donacionibus a Dna* Cle„mentia *de* Gliperg *domui S. factis.*

An. 1162.

ex Autogr.

IN NOMINE DOMINI *Amen.*

NOS WILHELMVS & OTTO Comites *de Clyberg* conſanguinei, Omnibus preſens ſcriptum intuentibus in perpetuum. Noverint univerſi tam preſentes quam poſteri, quod cum Nobilis Domina, CLEMENTIA nomine, conſanguinea noſtra dilecta, quondam in *Clyberg* Comitiſſa montem, *Schefenberg* vocatum, ſilvam *Wiſekirwalt*, * & alia quedam bona ſua non modica circumſita, nec non & homines ſibi attinentes contulerit, donaverit liberaliter, & aſſignaverit divine pietatis intuitu & amoris ad Eccleſiam in predicto monte fundatam ab ipſa Domina, & dotatam, ad hoc ſcilicet, ut Canonici Regulares ſub regula beati *Auguſtini* Deo eiusque Genitrici iugiter ibidem famulentur; Nos, ipſorum Canonicorum requiſiti devotis precibus & rogati, donationem hanc, utpote pia devotione factam, ratam habere volentes in omnibus & gratam, ipſam, ſicut rite & rationabiliter ad honorem Dei facta eſt, tenore preſencium approbamus, & auctoritate quanta poſſumus confirmamus.

* *Occaſione toties hucusque recurrentis ſilva* Wiſeckerwald, *oportet notare vitium, quod irrepſit* T. I. p. 203 *in Charta* WILHELMI *de* GLIZBERG; *dum loco* Wiſecker: *ſcriptum* Weſterwalt.

Adicientes de ſpeciali gratia & favore, omne ius patronatus eccleſiarum & capellarum in villis noſtris ſubnotatis, quod ad

ad nos omnimode dinoſcitur pertinere; videlicet in *Steynbach*, *Wazzenbornen*, *Erlebach*, *Garwartiseych*, *Lottben*, & in *Vronebach*, quod totum transmiſimus in eosdem. Statuentes pariter & conſentientes, ut Canonici predicti Eccleſias ſeu cappellas huiusmodi, conſtructas nunc, vel inpoſterum conſtruendas in villis predictis, regant & officient more debito & conſueto, obſequiis perpetuo in divinis; vel perſonas Sacerdotum ad hoc aliasdum, tamen idoneas, inſtituant & procurent, quascunque voluerint & decreverint, ſibique & eccleſie ſue viderint expedire. Pro quo Villani illius ville, que cappellam vel eccleſiam per ſe habuerit ſpecialiter officiandam, quecunque fuerit predictarum, ſolvent annis ſingulis, & preſentabunt in feſto beati *Michahelis*, eccleſie & Canonicis ſepedictis ſex maldra ſiliginis menſure *Wetſlarienſis*, & decem ſolidos uſualis monete denariorum levium in pretium Sacerdotis, contradictione qualibet non obſtante. Et hoc ius tradimus eisdem Canonicis, ex nunc & in perpetuum, libere propter Deum.

Ne autem aliqua ſuper his in poſterum ſuboriri malignantium valeat calumpnia, preſens ſcriptum exinde confectum dedimus eis, Sigillorum noſtrorum * munimine roboratum. Teſtes huius facti ſunt

FRIDERICVS & SYFRIDVS Comites *de Cleberg.* †
BERTOLDVS Comes *de Nydehe.*
HEINRICVS nobilis *de Hanogya*, &
REYNHARDVS nobilis *de Iſenburg.*

Item *Miniſteriales* noſtri

VORTWINVS. HELBERIC⁹. ARNOLD' *Rufus.*
MENGOTVS. CVNRADVS Pincerna.
Et alii quam plures hominum fide digni.

Actum & datum apud Caſtrum noſtrum *Clyberg.* Anno Domini M° *Centeſimo* LX^{mo} *Secundo.* Menſe Auguſto.

† *Stirps a* Cleyb. *ſeparata fuit.*

* COMES WILH - - DE CLI - -
COMES OTTO - -
Inſident Equis, cataphracti. Teſſera vero gentilitia, quas exhibebant clypei, diſparuerunt.

n.623. XXVI.

„*Privilegium Dni* Arnoldi *AEpi* Trev. *de concordia* „*Curie in* Civele.

An. 1169.

ex Lib. Aur. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego ARNOLDVS *Dei gratia* Trevirorum *Archiepiſcopus.* Officii noſtri cura exigit, ut paci atque utilitati nobis commiſſorum ſemper ſtudeamus; nec ſolum preſentibus, cum illo veteri Ezechia, verum etiam futuris proviſum eſſe cupiamus.

Notum igitur facimus preſentibus & futuris, quomodo inter Eccleſiam S. *Maximini* & GODEFRIDVM de *Civele* * compoſuimus. Ipſe idem G. *de Civele* de quibusdam hominibus & bonis que ſunt circa partes illas, XV. ſolidos *Colon.* monete ad refectionem Fratrum in die Palmarum ſingulis annis ſolvere debebat, & quod reliquum erat de eisdem bonis, de manu ARNVLFI Abbatis qui tunc temporis eidem Loco preerat, in feodo tenebat. Preter hec, quod Patronatus eccleſie de *Lezenich* ad feodum ſuum pertineret, non iniuſte aſſerebat. De pacto etiam, de quo ſuperius dictum eſt, iam per tres annos nichil Fratribus perſolverat; affirmans, quod hanc ſummam pacti de illis bonis perſolvere non poſſet, tum propter inopiam hominum, tum etiam propter Terre devaſtacionem.

* Zwifel.

Nos igitur habito conſilio Amicorum utriusque partis, ut idem G. & omnes poſteri ſui IX ſolidos *Colon.* monete, die qua prediximus Fratribus perſolveret, non ſine conſenſu Abbatis & Fratrum ſtatuimus; & quod reliquum erat, propter predictam neceſſitatem Abbas & Fratres eius Eccleſie, *Godefrido* & heredibus ſuis in perpetuum remiſerunt. Quod ſi tempore ſtatuto hoc pactum Ipſe vel ſui heredes ſolvere neglexerint, ad primum pactum XV ſolidorum *Col.* perſolvendos cogen-

Digitized by Google

gentur, & niſi infra ſpatium unius anni reſipiſcant, omni ſuo iure privabuntur.

Patronatum vero predicte Eccleſie, quem feodali iure ſibi vendicare nitebatur, liberum Abbati, ſicut iuſtum erat, dimiſit; & quod nichil iuris in eodem . . haberet, coram nobis, coram Abbate & Fratribus, & coram Amicis & Cognatis ſuis, qui multi aderant, recognovit. Predictus vero Abbas a nobis rogatus promiſit, quod eandem eccleſiam de *Lezenich*, cum primum vacare contingeret, ad petitionem eiusdem G. dare deberet; & poſtmodum ab ipſo & ab omnibus heredibus eius ſuper huiusmodi peticione liber eſſet.

Hanc igitur factam inter ipſos compoſitionem peticione utriusque partis preſenti Pagine commiſimus, & impreſſione Sigilli noſtri, ne aliquando in irritum revocari poſſit, confirmavimus. Huius rei Teſtes ſunt

RVDOLFVS Prep' maioris Eccl. in *Treveri.*
IOHANNES Decanus, Cognatus ipſius.
GODEFRIDVS. } Archidiaconi.
VOLMARVS. }
REINERVS de Turri.
REIMBOLDVS Abbas S. *Marie.*
WALERAMVS Prior S. *Maximini,*
& omnes Fratres eiusdem Capituli.

Laici vero

WILLHELMVS de *Helphenſtein.*
FRIDERICVS de *Marceto.*
WALTERVS de *Palatio.*
RVDOLFVS de *Embelde.*
HERIMANNVS de *Rivenache,*
& quam plures alii.

Acta ſunt hec Anno ab incarn. Domini M.C.LXIX. Regnante FRIDERICO glorioſo Romanorum Imperatore.

Digitized by Google

n.624. XXVII.

FRIDERICI ROM. IMP.

„*Confirmatio mutue Donationis*, *ſive Allodiorum* „*concambii*, *facti inter* BVRKARDVM *Abbatem* „Fuldenſis *eccleſie* & LVDEWICVM *Lantgravium* de Thuringia.

An. 1170.

ex Autogr. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

FREDERICVS *divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus*. Quotiescunque in humanis actibus tenaci memorie commendandis noſtre maieſtatis ſuffragium poſtulatur, celeri effectui attribuendum eſt, ne forte per ſucceſſiones multorum temporum factum aliquod memorabile tranſeat in oblivionem, quod ex disquiſita deliberatione, & ſalubri Virorum illuſtrium conſilio, inter diverſas perſonas ad commodum utriusque rationabiliter ordinatum eſt.

Noverit igitur tam preſens etas quam ſucceſſura poſteritas, quod dilecti Principes noſtri, BVRKARDVS Abbas *Fuldenſis* Eccleſie, & LODEWICVS Lantgravius *de Thuringia*, ad preſentiam noſtram venientes, uterque cum altero coram nobis allodiorum ſubſcriptorum fecerunt concambium; Quorum alter, videlicet Abbas *Burkardus*, ex conſilio noſtro, & hominum ac miniſterialium Fuldenſis eccleſie, allodium in *Cruceburc*, quod, dum Comes HERMANNVS de *Orlamunde* pro feodo poſſideret, abbati *Burkardo* & eccleſie Fuldenſi reſignavit, eodem iure quo Fuldenſis eccleſia illud pro allodio poſſideret, in manus LODEWICI Lantgravii & uxoris eius IVTTHE & filiorum ſuorum, aſſentiente Advocato Comite RODVLPHO de *Cigenhagen* pro recto concambio in allodium abſolute & libere poſſidendum donavit.

Pro

Pro cuius allodii libera & abſoluta donatione LODEWICVS Lantgravius & uxor eius prenominata, & filii, congregatis manibus verſa vice predicte eccleſie ſub abbate *Burkardo* pro recto concambio dederunt quoddam allodium ſuum in *Wildenesberg* cum omnibus pertinenciis, agris, vineis, ſilvis, cultis & incultis, paſcuis pratis aquis aquarumque decurſibus; Molendinis, viis, inviis, exitibus & reditibus. Et preter hec omnia, in quadam villa, *Strowe* nuncupata tantum allodii donaverunt, quod ſingulis annis octo libras perſolvet eccleſie *Fuldenſi*; & inſuper in alia villa *Hattenhuſen* aliud allodium, tres libras item ſingulis annis perſolvens.

Vt autem huius mutue donationis confirmatio rata permaneat, & omni evo nota & inconvulſa conſiſtat, preſentem inde Paginam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus corroborari. Statuentes, ut, quecumque perſona, magna vel parva, huius imperialis pagine edictum infringere preſumpſerit, centum libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem Camere noſtre, & aliam partem illi, cui illata eſt iniuria. Huius rei teſtes ſunt

PHILIPPVS *Colonienſis* Archiepiſcopus.
EBERHARDVS *Bambergenſis* Epiſcopus.
GERO *Halverſtadenſis* Epiſcopus.
HEINRICVS Dux *Bauuarie & Saxonie.*
OTTO Palatinus Comes *de Witelinesbach.*
Comes EMICO de *Liningen.*
Comes BOPPO de *Hollinde.*
Comes RODVLPHVS de *Cigenhagen*,
& Comes GOZMARVS frater eius.
Comes BOPPO de *Haneſtein.*
Comes BERTHOLDVS de *Schowenburc.*
Comes EVERHARDVS de *Seine.*
Comes ALBERTVS de Bal*ne*huſen,
& filius eius CONRADVS.

MARQVARDVS *de Grumbach.*
SIBODO de *Frankenſtein*, & alii quam plures.

Signum Dni FREDERICI *Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. M° C° LXX° Indictione III.ª Regnante Dno FREDERICO Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno regni eius XVIII° Imperii vero XV° feliciter A--M--EN.

Datum *Frankenfurt* VIII° Kal. AV--GVS--TI.

n.625. XXVIII.

„PRIVILEGIVM *Dni* Henrici *Comitis* Luzeleburgenſis *de* Theonis villa.„

An. 1184.

* L. A. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HENRICVS Dei gratia Comes *Namurcenſis* & *Luzelburgenſis*. Quoniam ex revolutione temporum oblivionem plerumque patitur humana infirmitas, quecunque digna ſunt ad notitiam poſterorum transmitti, inmortali apud mortales litterarum memorie debent commendari.

Notum igitur facimus preſentibus & futuris, qualiter dilectus noſter CVNRADVS, Abbas Eccleſie Sci *Maximini*, Decimam de *Theodonis villa*, quam GODEFRIDVS de *Recbeheim*, & filii eius GODEFRIDVS & *Petrus* ſub ſpecie Feodi multis diebus iniuſte ſibi vendicaverant, eccleſiaſtice diſtrictionis ſuffragio, noſtro quoque conſilio & auxilio recuperavit. Nam predictus *Petrus*, ad eccleſiam bti *Maximini* cum ſuis Amicis veniens, pro ſe, pro patre ſuo, pro fratre ſuo [nam ipſe & illi excommunicationis vinculo tenebantur] lacrimabiliter miſericor-

ſericordiam queſivit; *& ad pedes Crucifixi, qui propter ipſum aliosque malefactores eodem tempore in pulvere poſitus fuerat*, Decimam reſignavit, & quod iniuſte ipſam decimam rapuiſſet, coram omnibus confeſſus, ut abſolutionem excommunicationis mereretur, rogavit & impetravit. Poſtea vero in preſentia noſtri coram hominibus noſtris ordinem facti idem *Petrus* recitavit; & quod nichil feodalis iuris, ipſe vel predeceſſores ſui, vel quisquam hominum habuerit in predicta decima, profiteri non erubuit.

Nos vero petitione Abbatis, nec minus ipſius *Petri*, habito conſilio fidelium noſtrorum, ordinem facti preſenti Pagine commiſimus, & poſteris noſtris non ignorandum transmiſimus. Huius rei teſtes ſunt

GODEFRIDVS Abbas *Epternacenſis.*
EVERWINVS Abbas *Luzelburgenſis.*
WILHELMVS. CVNRADVS. THEODERICVS.
Canonici maioris Eccleſie in *Treveri.*
HERIMANNVS & SIGEFRIDVS, Capellani noſtri.

Laici vero

HESSO. GODEFRIDVS frater eius.
CVNO de *Hozen*, & frater eius ARNVLFVS;
& filii *Cunonis*, ARNVLFVS & WIRICVS.

de *Luzelburc*

RVDOLFVS. ANSELMVS de *Kavelre.*
WECELO & RVBERTVS de *Britinger.*
HEZELO de *Briſinger*, & PHIL. filius eius.
LVDEWICVS *Heceman*, & quam plures alii.

Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini M. CL. XXX. IIII.

XXIX.

Digitized by Google

n.626. XXIX.

„*Privilegium Dni* CVNRADI *AEpi* Mogunt. *de eccl.* Alveche & Gozolveſheim.„

An. 1191.

a L. A. IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego CVNRADVS *Dei gracia* Sabinenſis *Epiſcopus*, Maguntine Sedis *Archiepiſcopus*. Quociens aliquid per nos, vel per delegatos a nobis iudices agitur, quod a poſteris non ſine periculo ignoratur, litterarum memorie debemus committere; nec minus futurorum, quam preſentium paci providere.

Notum igitur facimus preſentibus & futuris, de Patronatu eccleſiarum, de *Winheim* de *Albecho* de *Gozolveshein*, que in noſtra dioceſi ſite ſunt, quid cognoverimus, & quo ordine veritatem inveſtigare curavimus. GODEFRIDVS de *Crucenacho*, & frater eius EMBRICHO patronatum eccleſie de *Gozolvesheim*: GODEFRIDVS *Scebleveна* & frater eius HENRICVS patronatum eccleſiarum de *Albecho* & de *Winbeim* ſibi vendicare nitebantur; de quo inter ipſos, & Eccleſiam S. *Maximini* diuturna & non modica queſtio verſabatur. Nam Godefridus *Scebelevena* eccleſiam de *Winheim* vacantem, *Embrichoni* de *Albecho* conferre preſumpſerat, quam tamen idem *Embricho* optinere non potuit, donec, quod iniuſte receperat, reſignavit, & intervenientibus Amicis ſuis de manu SYGERI, predicte Eccleſie Abbatis ſicut iuſtum erat, eandem eccleſiam recipere meruit. Cuius peticione & conductu, curam animarum de manu ARNOLFI maioris Prepoſiti & Archidiaconi canonice ſuſcepit, & predictam eccleſiam usque ad tempora noſtra in pace poſſedit.

Eccleſiam de *Albecho* vacantem CVNRADVS Abbas predicti loci, HENRICO, filio LANDOLFI de *Wilſtein*, contulit, & *Arnolfus* maior Prepoſitus & Archidiaconus curam animarum

rum peticione eiusdem Abbatis ipſi conceſſit. Quod, cum G. de *Schele-vena* & frater eius *Henricus* contradicere & impedire vellent, non potuerunt; & coram eodem maiore Prepoſito ceteriſque delegatis Iudicibus conſtituti, a iure quod ſibi vendicare preſumebant, defecerunt. Eccleſiam quoque de *Gozolvesheim* dum vacaret, pred. Abbas petitione noſtra VLRICO, filio MERBODONIS de *Sowelnheim* indulſit; *Godefrido* & *Embricone* de *Crucenacho* iniuſte reclamantibus. Nam idem Abbas auctoritate privilegiorum ſuorum, nec minus adminiculo vivorum teſtium, eorum contradictioni occurrit, &, quod Eccleſia ſua usque id temporis in pace poſſederat, coram maiore Prepoſito & delegatis Iudicibus, ordine quo iuſtum erat, optinuit.

Ne vero de Patronatu iam dictarum eccleſiarum aliqua in poſterum queſtio oriri poſſit, prefatus Abbas CVNRADVS ad nos venit, & de veritate Eccleſie ſue ut diligentius cognoſcere vellemus, ſepius nos rogavit. Nos autem iuſte peticioni ſue annuentes, Abbatem S. *Albani*, Abbatem S. *Iacobi*, maiorem Prepoſitum, ceteroſque Prelatos *Maguntine* Eccleſie, nam eosdem veritatis ſue teſtes invitabat, quid ſuper hoc ipſis notum eſſet, interrogavimus, & in virtute obedientie, ut de veritate ſibi cognita nobis conſtare facerent, commonuimus. Qui omnes uno ore, uno conſenſu, de Patronatu earundem eccleſiarum Abbati teſtimonium perhibuerunt, & quod ita viderint & audierint ſicut ſuperius dictum eſt, fideliter coram nobis aſſeruerunt.

Nos igitur veritatem predicte Eccleſie privilegiis corroboratam, & totius pene *Maguntine* Eccleſie atteſtatione firmiter & fideliter confirmatam, noſtra quoque auctoritate corroborandam eſtimavimus, & preſentem Paginam impreſſione Sigilli noſtri inſigniri fecimus. Huius rei teſtes ſunt

HENRICVS *Curienſis* Epiſcopus.
GERARDVS Abbas *Prumienſis*.
HENRICVS Abbas S. *Albani*.

Digitized by Google

EZEKINVS Abbas S. *Iacobi.*
ARNOLDVS maior Prepoſitus.
BVRCHARDVS Prepoſitus S. *Petri.*
ORTWINVS Prepoſitus S. *Victoris.*
HENRICVS Decanus maioris Eccleſie.
RVTCHERVS Cuſtos. PETRVS Scolaſticus.
GODEFRIDVS Cantor.
BERTOLDVS Decanus S. *Petri.*
RICHARDVS Decanus S. *Stephani.*
WERNERVS Scolaſticus.
CVNRADVS, Canonicus eiusdem.
FRIDERICVS Comes *de Witelingsbach.*
RVBERTVS Comes *de Naſſou.*
WALERAMVS Comes [*de Naſſau.*]
DVDO Camerarius. ARNVLFVS *Rufus.*
CVNRADVS *Winzo*, & filii eius.
EMERCHO Vicedominus.
DITHER' Sculteтus, & quam plures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis M.C.XC.I. Indict. X. VII Kal. Iulii. Anno reverſionis noſtre in Sedem *Maguntinam* VIII. Regnante HENRICO Romanorum Imperatore invictiſſimo. Anno Imperii ſui primo.

n.627. XXX.

„*Relaxatio hoſpitalitatis in curia noſtra* Franckfort.

An. 1191.

ex Autogr. HENRICVS *Dei gratia Romanorum Rex &* *ſemper Auguſtus* omnibus imperpetuum. Cum Rex regum Dominus XPC. nos ad Romani Imperii apicem elegerit guber-

gubernandum; Ipſum in omnibus tamquam Creatorem noſtrum, & Dominatorem honorare cupientes; remittimus Monaſterio de *Arnesburg*, Cyſterc. Ordinis quem ſpecialiter adamamus, omnes Hoſpitalitates, quibus a familia noſtra apud *Frankenvort* in Curte ſua poſſet aggravari. Auctoritate regia firmiter inhibentes, ne quis de cetero, in his quibus iam dictum monaſterium liberum & abſolutum ſtatuimus, moleſtare preſumat. Transgreſſores ſe noſtram ſciant offenſam incurriſſe, & de contemptu Regie Maieſtatis ſe graviter puniendos.

Datum *Geilenhuſen* X. Kal. Auguſti.

XXXI. n.628.

ſub hoc, manu antiquiſſima inſcripto titulo:

„Collatio ecclefie in *Richenbach*, facta per Comites *de Cygenhain* & eorum coheredes.„

An. 1207.

Sine hac inſcriptione, Diplomatis (de cætero præſtantiſſimi) obiectum maneret incompertum propter lineas vocesque (locis hic a margine notatis) diſcolores penitus. Quam tamen lituram, cum plenis negotii circumſtantiis ex voto reſarcit diploma ſubſequens Archiepiſcopi Moguntini, *donationem Chartæ huius irritam declarantis ac nullam, authoritate nihilominus propria eam faciendo.*

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Fridhericus Comes *de Cegenhagen*, & Luchardis uxor eius. Lodhevicus Comes de *Cegenhagen*. Burchardus Comes *de Valckenſten* & Conegundis uxor eius. Albertus de *Hackeborne* & Gertrudis uxor eius. Comes Heinricus de *Webach*. Quia inter mun-

mundanas varietates in multis cottidie offendimus, multis expiationibus indigemus, ut tandem Creator noſter nobis ſue propiciationis gratiam multiplicatis interceſſoribus * *largiatur.*

* *verbum concluſ.*

Proinde notum facimus omnibus preſentibus & futuris, quod nos pro remedio — — — — — † beate Virgini dedicatum - -, †† cum omnibus attinentiis ſuis, tam cultis quam incultis, & omni utilitate, que vel inde provenit in preſenti, vel provenire potuerit in futuro.

† *dua linea* †† *3 l. 4 verba.*

Et hanc donationem, ſicut rite fecimus aſſenſu legitimo & communi, ita communi conſilio ratam & firmam eſſe perpetuo cupientes, preſentis ſcripti patrocinio communimus. Huius rei Teſtes ſunt

ALBERTVS *Magdeburgenſis* Archiepiſcopus.
OTTO *Wirceburgenſis* Electus.
EGGEHARDVS Prepoſitus de *Goslaria.*
HERMANNVS Lantgravius *Turingie.*
FRIDERICVS Comes *de Lininge.*
GOZMARVS Comes *de Kirebercb.*
CONO de *Mincenbercb.*
HEINRICVS *Segewin.* HERMANNVS frater eius.
HEINRICVS *Albus.*
LODHEWICVS de *Wangebem.*
HEINRICVS Marſcalkus *de Eversbercb.*
GVNTHERVS Dapifer *de Slatbeim*,
& alii multi.

Actum eſt *Wirceburg* & *Northuſen*, coram glorioſiſſimo Romanorum Rege PHYLIPPO, & multis Imperi Principibus. Anno Dominice incarnationis M.° CC.° VII.°

Inter tria que appendent Sigilla, *duntaxat unum adhuc eſt illæſum, videlicet* ALBERTI DE HAKEBVRNE. *Refert ſpiſſam Stellam duplicatam, acſi una eſſet alteri ſuperimpoſita.*
In binis reliquis præter a) H. . LANTG. . b) CIGENH. . *nihil amplius legibile.*

XXXII.

XXXII. n.629.

[*Defectum præcedentis Chartæ ſupplens.*]

An. 1211.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Autogr.*

SIFRIDVS *Dei gratia* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus.* Vtilis eſt ſcriptorum memoria, que rerum tractatibus tam contra oblivionis caliginem, quam contra hominum pravorum cautelam adhibet, ac munimen.

Noverint igitur univerſi, tam preſentes quam poſteri, quod cum in proprietate fidelium noſtrorum, Comitum *de* CYGENHAGEN, eccleſia in *Kichenbach* olim conſtructa fuiſſet, & poſtmodum devotione quorundam procurante, & accedente conſenſu Comitum eorundem in eccleſiam conventualem promota, ita ut Sanctimoniales in ea ſub habitu religionis Domino deſervirent; proceſſu temporis idem Conventus per aeris tempeſtates, guerrarum inſultus, & alios ſiniſtros eventus coactus eſt dilabi penitus, & diſpergi; adeo, ut idem Locus multis diebus divinis eſſet officiis deſtitutus; Vnde dilecti Fratres in Domino, Hoſpitalis S. MARIE *Ieroſolimitani* a prefatis Comitibus petierunt, locum ipſum, & bona ipſi attinencia ſibi conferri; ignorantes, quod ius donationis, ex eo quod eccleſia Conventualis extiterat, dudum ad auctoritatem tranſierat Eccleſie *Moguntine.* Dicti ergo Comites, de facto, cum de iure nequiverint & ſine noſtra conniventia, eisdem Fratribus locum ipſum cum bonis attinentibus contulerunt.

Cuius donationis cum a nobis confirmatio peteretur, nos, habito conſilio Prelatorum Eccleſie *Moguntine* & aliorum prudentum Virorum, auctoritate ac iure noſtro freti, donationem premiſſam, eo quod nulla eſſet penitus ipſo iure, omnimodis irritantes, antedicta bona, prout ad nos de iure ſpectabant, Fratribus contulimus antedictis. Et que ipſis & alia, ſi qua poterunt Deo propicio iuſtis modis in poſterum adipiſci, auctori-

Digitized by Google

ctoritate preſentium confirmamus. Sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis eos indebite gravare preſumat. Quod ſi quis attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beati MARTINI ſe noverit incurſurum. Teſtes

CVNRADVS Prepoſitus maioris Eccl. Moguntine.
GERBODO ſci *Petri* in Moguntia, & S. *Pauli* in Wormatia Prepoſitus.
GODEFRIDVS * Cuſtos maioris eccl. Moguntine.
HEINRICVS de *Stabelke*, † OPERTVS, DIETMAR', Canonici eiusdem eccleſie.
WILLEHELMVS Decanus S. *Victoris*.
RIFRIDVS S. *Petri*, BERNARDVS S. *Victoris*, } Scolaſtici.

* Comes de Eberſtein.
† Staleck.

Laici

GOTEFRIDVS de *Eppenſtein*. GERLACVS de *Butingen*.
WERNHERVS & PHILIPPVS de *Bonlanden*.
EMBRICHO *Volpes*. GISELBERTVS de *Rudensheim*, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. M.CC.XI. Indictione XIII. Datum *Wormatie* IIII° Kl. MARCII. Imperante Dno OTTONE IIII° Romanorum Imperatore Auguſto. Imperii eius Anno ſecundo.

n.630.

XXXIII.

DE *patronatu Eccleſiæ* Wisbadenſis.

An. 1211.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

HENRICVS & ROBERTVS Comites *de Naſſauvve*. Cum honeſta quelibet hominum facta, ne forte per incuriam

curiam dentur oblivioni, ſtudiis ſapientum, ſcriptis ſoleant annotari; ea potiſſimum que ad ſalutem ſpectant animarum; ſed & illa precipue & ſuper omnia, que DNO IHV XPO creatori & redemptori noſtro, eiusque beatiſſime Genitrici offeruntur, perpetue debent memorie commendari, ne videlicet vota fidelium cum morientibus moriantur, quin ymmo tamquam lucerne inextinguibiles cum auctore & retributore bonorum omnium Xpo Domino vivant in eternum;

Ad notitiam itaque fidelium Xpi, tam futurorum quam preſentium volumus pervenire, quod nos, pro noſtra, Parentumque ſalute noſtrorum, pari voto parique devotione, ad honorem Dni N. I. XPI, nec non & ſanctiſſime Terre quam pedes eius calcaverunt, contulimus & contradidimus, beate & glorioſe ſemperque Virgini Dei genitrici MARIE *de Domo Theuthonica transmarina*, ius Patronatus Eccleſie de *Wiſebaden* Mogunt. dioc., quem patronatum dinoſcimur hactenus iure legitimo poſſediſſe; ſcilicet ut Magiſter prefate Domus, & Fratres in ea Xpo famulantes ipſam veri Paſtoris nomine poſſideant in perpetuum: Decimas alioſque proventus eius accipientes, & divinum in ea miniſterium populo providentes.

Vt igitur hec noſtra Donatio firma & inconvulſa permaneat, nec ab aliquo Heredum noſtrorum, vel alio quovis homine valeat in poſterum irritari, hanc inde Paginam conſcribi fecimus, & Sigillis noſtris appoſitis communiri. Teſtes huius rei ſunt

GERHARDVS Comes de *Dyeze.*
FRIDERICVS de *Biegen*,
& frater eius FRIDERICVS *Stale.*
VLBRECHT de *Etchenſtein*,
& filius eius FRIDERICVS.
EGENOLPHVS de *Naſſauwe*,
& frater eius SIFRIDVS.

HEIN-

HEINRICVS, *Fuſ* cognomine,
& frater eius RVPERTVS.
DIEDERICVS de *Staphele.* [Staffel.]

* XII. Facta ſunt hec Anno Dominice incarn. MCCXI, * menſis Novembris die XX. Regnante FRIDERICO, inclito & glorioſo Rege Sicilie, & electo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto. Feliciter, Amen.

n.631. XXXIV.

REGIA *donationis prælibatæ confirmatio.*

An. 1214.

FRIDERICVS *Dei gratia* Romanorum *Rex ſemper Auguſtus.* Cum pia moneamur intentione ad promotionem & dilatationem Domus Sce *Marie* hoſpitalis *Theuthonicorum* in *Iheruſalem;* Notum facimus univerſis, preſentis etatis & in evum ſucceſſure poſteritatis hominibus, quod nos Donationem, quam fecit fidelis noſter, Comes HEINRICVS de *Naſſauwe* memorate Domui in iure patronatus Ecclefie, que *Wiſebadin* dicitur, ratam & gratam habentes; Nos quoque, cum ad nos d. eccleſia iure proprietario pertineat, ipſam eccleſiam cum omnibus pertinentiis & omni iure ſuo, predicto Hoſpitali Theuthonicorum & de liberalitate regia donamus, & regia auctoritate confirmamus ad uſus Fratrum memorato hoſpitali deſervientium, fructus & proventus ipſius eccleſie, cum omni integritate perpetuo percipiendos.

Statuentes, & ſub penâ centum librarum auri puri precipientes, ne nulli unquam Perſone, alte vel humili, eccleſiaſtice vel ſeculari, licitum ſit hanc noſtre Donationis ſeu confirmationis paginam infringere, vel aliquo ei temeritatis auſu obviare. Ad cuius rei perennem memoriam preſentem Paginam conſcribi iuſſimus, & Maieſtatis noſtre bulla conſignari. Teſtes huius rei ſunt

A. *Mag-*

A. *Magdeburgenſis* Archiepiſcopus.
F. *Numburgenſis* Epiſcopus.
N. *Halbirſtadenſis* Epiſcopus.
H. Lantgravius *Thuringie.*
TH. Marchio *Miſſenenſis* & *Orientalis.*
O. Dux *Meranie.*
Comes ALDE .. *de Ebirſtein.*
Comes ADOLFVS de *Schauwenburg.*
Comes HEINRICVS de *Swartzburg.*
Comes B. *de Mansfelt.*
VLRICVS de *Myntzenberg*,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXIIII. Datum apud *Erfordiam* XII Kal. Februarii. Indict. tertia.

XXXV. n.632.

„ *Teſtimonium* Carpenſis *Eccleſie*, *de Bonis in* Kemptan & Vrziche *ab Eccleſia noſtra comparatis* „

An. 1214.

GERARDVS Dei gratia Prepoſitus, & Decanus, totumque *Carpenſis* Ecclesie Capitulum. Omnibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Quoniam memoria hominum labilis eſt, & multe circa eos verſantur aſtucie; ea que legitime & rationabiliter egimus, preſentis ſcripti patrocinio, & ſubſcriptorum Virorum teſtimonio corroborare decrevimus.

Noverint ergo univerſi, quod Bona quedam, que Eccleſia noſtra in *Kemitan*, & *Crove*, & *Vrciche* poſſidebat; quia a nobis remota erant, & nobis inutilia; utpote ſepe a Predonibus invaſa, Fratribus S. *Maximini* Centum marcis vendidimus.

Digitized by Google

mus. Hoc autem fecimus ea diſcretione adhibita, ut de pecunia inde recepta alias poſſeſſiones, que magis eſſent utiles Ecclesie noſtre, compararemus.

Vt autem venditio iſta rata & ſtabilis permaneret, Sigillorum noſtrorum impreſſione, & teſtimonio Fratrum Ecclesie noſtre eam corroboravimus. Et quia Sedes *Colonienſis* Archiepiſcopatus, quando hec venditio facta fuit, in queſtione erat, ad confirmationem eiusdem venditionis Sigillum Maioris ecclesie *Colon.* preſenti Scripto fecimus apponi. Nomina autem Fratrum *Carpenſis* Ecclesie, qui predicte venditioni aſſenſum adhibuerunt, ſunt hec.

Ego GERARDVS - - Prepoſitus.
IOHANNES Plebanus. HERIMANNVS.
GISILERVS. CVNRADVS. GODEFRIDVS.
ADOLFVS. PEREGRINVS. ARNOLDVS.
REVNMARVS de *Brugin.*
WILLELMVS. REVNMARVS. WILLELM' Phiſic'.

Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini M. CC. XIIII.

n.633. XXXVI.

Privilegium Dni SIFRIDI Maguntini Ar. *de eccleſia in* Swapheim.

An. 1217.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

EGO SYFRIDVS *Dei gratia* Maguntine Sedis *Archiepiſcopus* in perpetuum. Quociens in rebus vel contractibus eccleſiaſticis ad honorem Dei & utilitatem fidelium prudenter aliquid & conſulte fuerit ordinatum, ſuffragio litterarum poſteritatis debet memorie commendari; ne vel oblivionis vel ca-

calumpnie, que humanos non modicum ſolent impedire Contractus, aliquatenus incidere valeat detrimentum.

Notum igitur facimus tam futuris quam preſentibus, quod Parrochiani de *Suapheim*, mediantibus honeſtorum virorum peticionibus, adeo apud dilectum nobis BARTHOLOMEVM, venerabilem S. *Maximini Treverenſis* Abbatem, rogando profecerunt, quod idem Abbas de conſenſu noſtro, & de conſilio Fratrum ſuorum aliorumque prudentum virorum eisdem parrochianis indulſit, ut, quocienscunque eccleſia in *Suapheim* paſtore ſuo decedente vacaverit; nec ipſe B. Abbas, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum cuiquam, niſi Sacerdoti in eadem villa reſidentiam facere volenti, conferendi eam habeat poteſtatem; ita duntaxat, quod ipſi Parrochiani in eligendo Paſtore nichil ſui iuris umquam audeant uſurpare. Sed decedente eiusdem eccleſie paſtore Abbas S. *Maximini* alium, quemcunque ipſe dignum decreverit, dummodo Sacerdotem, absque omni contradictione liberaliter debeat ſubrogare.

Vt autem hoc rationabile memorati Abbatis ſtatutum eternaliter ratum permaneat & inconcuſſum, preſentem paginam Sigillo noſtro, & confratris noſtri THEODERICI, venerabilis *Trevirorum* Archiepiſcopi, ipſiusque Abbatis B. ſigillis decrevimus roborandam. Huius rei teſtes ſunt

HENRICVS maior Prep'. GODEFRID' maior Decanus.
XPIANVS Cantor maioris Eccleſie, & Prep. S. *Vict.*
CVNRADVS maioris Eccl. Scolaſticus.
SIFRID' Can. mai. Eccl^{e}, & Prep. S. *Martini* Wormat.
GODEFRIDVS Cuſtos.
Magiſter OBERTVS Can. mai. eccl. *Magunt.*

Trevirenſis autem:

CVNRADVS Prepoſ. WILLELMVS Decanus.
IOHANNES Archidiaconus.

Xxxxxx 2   CVNO

CVNO Cantor maioris Eccleſie.
WALTERVS Prior, EVERWINVS Cuſtos,
FRIDERICVS Cantor, omniſque Conventus S. *Maximini.*

Datum *Maguntie* Anno Gratie M.CC.XVII. Pontificatus autem noſtri Anno [17. l. 18.]

n.634. XXXVII.

„*Privilegium Dni* THEODERICI Trevir. Ar. *de eccleſia* S. Mychaelis *domui Infirmorum* collata„

An. 1217.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego THEODERICVS *Dei gratia* Trevirorum *Archiepiſcopus* tam ſfuturis quam preſentibus in perpetuum. Quociens in Eccleſiis Dei exigente quolibet neceſſitatis articulo ob utilitatem Xpo ſervientium prudenter aliquid & devote fuerit ordinatum, ſcripturarum adminiculo per ordinantis providentiam muniendo ſe debet eternari, ne devotionis & prudentie ſtatutum, oblivionis & calumpnie poſtmodum incurſibus valeat expugnari.

Notum igitur facimus univerſis preſentem Paginam inſpecturis; quod, cum nobis innotuiſſet, Reditus Infirmatorii S. *Maximini* eccleſie admodum tenues, immo penitus eſſe inſufficientes; Nos infirmorum neceſſitati providere, & reditus ipſorum diligenti ſtudio cupientes ampliare, preſertim cum ex hoc fundamento Religionis ſurgat incrementum; habito ſuper hoc prudentum Virorum conſilio, Capellam S. *Mychaelis*, infra murum memorati Monaſterii - - ſitam, cum univerſis proventibus ad curam paſtoralem pertinentibus, ſupradicte Infirmorum domui de conſenſu & conſilio dilecti noſtri METH-

FRIDI

FRIDI Treverenſis Archidiaconi, tociusque maioris Eccleſie Capituli totaliter decrevimus aſſignari; Ita duntaxat, ut Abbas de conſilio Capituli ſui, Regimini animarum ad eandem Capellam ſpectantium, providum & honeſte converſationis virum ſemper provideat Sacerdotem.

Statuimus preterea, ut, poſtquam vocante Domino ex hoc mundo migraverimus, Anniverſarius noſter a Fratribus ipſius Eccleſie ſingulis annis ſollempniter & devote celebretur, & de reditibus Infirmatorii in ipſo anniverſario competens refectio in communi omnibus miniſtretur.

Vt autem hoc noſtre devotionis ſtatutum perpetualiter ratum permaneat & inconvulſum, preſentem Paginam Sigillo noſtro, cum ſigillo memorati *Trever.* Archidiaconi duximus roborandam. Quamlibet perſonam anathematis vinculo, auctoritate bti *Petri* & noſtra alligantes, que huic - - - ſtatuto aliqua umquam occaſione obviare, & reditus ſeped° Infirmatorio hactenus aſſignatos, vel poſtea aſſignandos, auſu temerario aliquatenus attemptaverit minorare. Huius Sanctionis & Decreti Teſtes ſunt

IACOBVS, S. *Eucharii.*
THEODERICVS S. *Marie.* } Abbates.
RICHARDVS S. *Martini.*
CVNRADVS maior Prepoſitus.
WILLELMVS maior Decanus.
MEFFRID'. IOHANNES. ORTWIN'.
FRIDERICVS. RVDOLFVS. } Archidiaconi.
CVNO Cantor. INGEBRANDVS Cuſtos.
CVNO maior Capellanus. } Canonici.
ERNESTVS. THEOMARVS.
totumque Capitulum maioris Eccleſie.
Et quam plures alii *Treverenſes.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. M.CC.XVII. Pontificatus autem noſtri anno V°. Petente BARTHOLOMEO,

venerabili memorate Eccleſie Abbate. Statuimus quoque, ut Anniverſarius dilecti noſtri prefati MEFFRIDI Archidiaconi de reditibus ſuprad^e Parrochie annuatim in Conventu, ſicut & noſter, ſollempniter agatur.

n.635. XXXVIII.

Privilegium FRIDERICI R. *in gratiam* Ordinis Teutonici; *ſignanter ipſi largiendo Patronatum Eccleſiæ* B. M. *inter Iudæos*, *ſibi retroceſſum a* Bolandiis, *illum hucusque iure feudi tenentibus ab Imperio.*

An. 1219.

FRIDERICVS SECVNDVS *divina favente clementia Romanorum Rex*, *& ſemper Auguſtus*, *& Rex Sicilie.* Inter cetera, que divine pietatis intuitu conferuntur, ea credimus apud Deum locum potiſſimum obtinere, que Eccleſiis Dei, & locis venerabilibus pia contemplatione donantur.

Hac igitur ducti conſideratione laudabili diligentius attendentes religionem & honeſtatem ſacre Domus hoſpitalis Sce MARIE *Theuthonicorum*; ad ſupplicationem quoque *Fratris* HERMANNI, Magiſtri preceptoris domorum eiusdem Hoſpitalis in Theutonia, de ſolita gratia, & innata liberalitatis noſtre munificentia concedimus, & perpetuo confirmamus omnes conceſſiones & donationes, quas eidem Hoſpitali per privilegia noſtra conceſſiſſe videmur, ſicut in eisdem privilegiis continetur. Concedimus etiam, ut quicunque de Bonis & poſſeſſionibus ſuis, quas ab Imperio, ſive in feodis ſive alio iure proprietatis poſſident, eidem Hoſpitali conferre voluerint, liceat eis libere & absque aliqua contradictione conferre.

De

Digitized by Google

De habundanti quoque gratia noſtra, Patronatum eccleſie S. MARIE *inter Iudeos* in *Maguntia*, * quem olim WERNHERVS de *Bonlanden* Dapifer, & PHILIPPVS frater eius a nobis tenentes in feodo, in noſtris manibus reſignarunt, Hoſpitali predicto duximus concedendum.

* *vulgo* Vdenmünſter *vocata: Cumque Rex ſitam dicat* inter Iudæos; *probabile videtur, fuiſſe olim Iudæorum Synagogam, diu ante* Friderici *tempora converſam in Ædem Chriſtianitatis; atque tunc, Nomen* Iudenmünſter, *dempta litera* I, *degeneraſſe in* Vdenmünſter. *Statum huius Templi præſentem vid. ſuperius* p. 977.

Statuentes, & preſentis privilegii auctoritate firmiter iniungentes, ut nulla omnino Perſona, alta vel humilis, eccleſiaſtica vel ſecularis, prefatam Domum hoſpitalis contra hanc noſtram conceſſionem impedire aut moleſtare preſumat, ſeu etiam confirmationem ſupraſcriptam atque conceſſiones infringere, vel eis quolibet auſu temerario contraire; quod qui preſumpſerit, Centum libras auri componat, quarum medietas Camere noſtre, altera vero paſſis iniuriam perſolvatur.

Vt autem hec rata & firma permaneant, preſens Privilegium fieri fecimus, Sigillo noſtre Celſitudinis roboratum. Huius rei Teſtes ſunt

SIFRIDVS Archiepiſcopus *Moguntinus.*
THEODERICVS *Treverenſis* Archiepiſcopus.
GERARDVS *Bremenſis* Archiepiſcopus.
FRIDERICVS *Halberſtadenſis* Epiſcopus.
SIFRIDVS *Hildensheimenſis* Epiſcopus.
CVNO, *Fuldenſis* & *Elewacenſis* Abbas.
LVDEWICVS Abbas *Herſfeldenſis.*
LVDEWICVS Dux *Bawarie*,
& *Comes Palatinus Reni.*
LVDEWICVS Lantgravius *Thuringie.*

HER-

HERMANNVS Comes *de Orlamunde.*
Comes HEINRICVS de *Swartzburg*,
& frater ſuus Comes GVNTHERVS de *Kevrenburg.*
Comes HERMANNVS de *Hartelburg*,
& frater ſuus Comes HEINRICVS.
Comes ADOLFVS de *Schowenburg.*
WERNHERVS de *Bonlanden* Dapifer Imperii,
& PHILIPPVS frater ſuus.
ANSHELMVS de *Iuſtingen* Marſcalcus Imperii.
VLRICVS de *Mincenberg* Camerarius Imperii.
RICHARDVS Camerarius.
MARQVARDVS Notarius, & alii quam plures.

Signum Dni FRIDERICI *Secundi Romanorum Regis Auguſti, & glorioſi Regis Sicilie.*

Ego CVNRADVS D. G. *Metenſis* & *Spirenſis* Epiſcopus, Imperialis Aule Cancellarius vice Dni SIFRIDI *Moguntini* Archiepiſcopi totius Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec Anno incarn. Dominice MCCXIX, menſe Decembri. Indict. VII. Regnante Dno noſtro FRIDERICO *Secundo* D. G. glorioſiſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto, Rege Sicilie. Anno Regni ipſius in Germania VII, & in Sicilia XX. feliciter. Amen.

Datum apud Fuldam *in ſollempni Curia, anno, menſe & indict. preſcriptis.*

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX. n.636.

De *fructibus Præbendarum in Eccleſia* Bingenſi *vacantium, ad eius Fabricam biennio applicandis.*

An. 1220.

In nomine Domini *Amen.* Sifridus *Dei gratia ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus.* Omnibus Xpi fidelibus hoc ſcriptum viſuris Salutem in Auctore ſalutis. Paterne caritatis affectio nos ammonet ac inducit; ut pauperibus Eccleſiis noſtris, quibus Domino diſponente preſumus, eodem inſpirante preſimus. *ex Autogr.*

Cum igitur *Pinguenſis* eccleſia tenues habeat redditus & exiles, neque ruinas edificiorum ipſius ſine amminiculo valeat reſtaurare; nos ei miſericorditer indulgemus, ut poſt annum Fratris defuncti, Redditus Prebende vacantis eis deſerviant ad fabricam eccleſie duobus ſequentibus annis. Vt autem huius proviſionis effectus perhenniter obſervetur, beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, & beati *Martini* auctoritate confiſi, per excommunicationis ſententiam inhibemus, ne temeritate cuiuspiam infringatur.

Et ad robur facti, preſentem Cartam Sigilli noſtri iuſſimus appenſione muniri. Datum apud *Caſtellum Sancti Petri.* VI. Kal. Decembris. Pontificatus noſtri Anno XX°.

XL. n.637.

De *Advocacia in* Barwilre.

An. 1222.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Theodericus *Dei gratia* Trevirorum *Archiepiſcopus.* Quoniam divinitatis, & non humanitatis eſt, omnium

omnium habere memoriam; ideo que fiunt in tempore, ne curſu temporis locum ſibi vendicare poſſit oblivio, ſolent litterarum commendari teſtimonio.

Noverint itaque tam preſentes quam futuri, quod orta contentione inter BARTHOLOMEVM Abbatem S. *Maximini Treverenſis* ex una parte, & tres filios Viri nobilis, GERARDI quondam Comitis *de Nurberch*, THEODERICVM, OTTONEM & IOHANNEM ex altera, ſuper Advocatia in *Barwilre*, quam predičti fratres ſecundum aſſertionem ipſius Abbatis tamquam feodum ipſorum recipere tenebantur ab eodem, duo tandem de predictis fratribus, *Theoder.* ſcilicet & *Iohannes*, in noſtra preſentia & Capituli *Treverenſis* ius ſuum Eccleſie S. *Maximini* recognoſcentes, & Advocatiam predictam reſignantes eidem, ipſam denuo iure feodali ab Abbate predicto receperunt, *hominium* ſibi, Eccleſie nomine facientes. Ita quod & heredes & ſucceſſores quicunque, ſi Rem ipſam mallent habere, tertio prediĉtorum fratrum, *Ottone* ſcilicet, omnibus his adhibente conſenſum, ad idem faciendum Abbatibus predicti loci qui fuerint ibidem pro tempore, tenentur.

Vt autem factum tale ſtabile & inconvulſum permaneret in poſterum, preſentem Cartam noſtro, & Eccleſie noſtre, predictorum quoque Fratrum *Theod.* & *Ottonis* ſigillo fecimus communiri. Actum *Treveri* Anno Dominice incarnationis M.CC.XXII. Menſe Decembre. Pontificatus noſtri anno X.

n.638. XLI.

„*Collatio Dni* Theoderici A. T. *de eccleſia in* Steinſele„

An. 1223.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS.

EGO THEODERICVS *Dei gratia* Trevirorum *Archiepiſcopus.* Vniverſis Xpi fidelibus tam futuris quam pre-

preſentibus in perpetuum. Quociens eccleſiis Dei, exigente quolibet neceſſitatis articulo ob utilitatem Xpo ſervientium prudenter aliquid & devote fuerit ordinatum, ne per oblivionem lapſu temporis inducendam, vel perverſis aliquorum machinationibus valeat expugnari, litterarum convenit teſtimonio commendari.

Notum igitur facimus univerſis preſentem Paginam inſpecturis; quod, cum nobis innotuiſſet, reditus Refectorii Eccleſie S. *Maximini* admodum tenues, immo penitus inſufficientes eſſe; Nos ad peticionem dilecti in Xpo filii noſtri, BARTHOLOMEI Abbatis, & Fratrum eiusdem eccleſie, reditus ipſius Refectorii, diligenti ſtudio cupientes ampliare; habito ſuper hoc prudentum Virorum conſilio, Eccleſiam de *Steinſele*, in pago *Alſuntie* ſitam, & predictam Eccl. S. *Max.* ſpectantem, cum univerſis proventibus ad curam paſtoralem pertinentibus, ſuprad° Refectorio, interveniente tamen conſenſu dilecti in Xpo filii IACOBI Treverenſis Archidiaconi, qui de neceſſitate fuerat in hoc articulo requirendus, contulimus. Hoc adhibito moderamine, ut ad preſentationem Abbatis & Conventus qui ibidem fuerint p. t., Vicarius perpetuus honeſte converſationis, qui eccleſie ſibi commiſſe preeſſe valeat & prodeſſe, ibidem ſecundum quod canonicum fuerit inſtituatur. Cui etiam tantum de ipſius eccleſie reditibus volumus aſſignari, ut Iura nobis & Archidiacono loci debita non ſubtrahantur, & ipſe ibidem commode & honeſte ſuſtentetur. Qui etiam Vicarius ad Synodum Epiſcopalem & Archidiaconalem, conſimili lege ſubiectionis in omnibus, cum aliis Vicariis perpetuis venire teneatur.

Vt autem hec ſollempnis & pia donatio inconvulſa permaneat, & perpetua ſtabilitate firmetur, preſentem Paginam noſtro Sigillo, maioris eccleſie, cum memorati Archidiaconi ſigillis duximus roborandam. Quamlibet Perſonam anathematis vinculo, auctoritate bti *Petri* & noſtra alligantes, que huic noſtre donationi & confirmationi, aliqua umquam occaſione obviare, & reditus ſepedicti Refectorii per noſtram diligentiam

 aſſi-

Digitized by Google

aſſignatos auſu temerario aliquatenus attemptaverit minorare. Huius autem noſtre Donationis & confirmationis Teſtes ſunt

RADVLFVS maior Prepoſitus.
WILLELMVS maior Decanus.
MEFRIDVS, ARNVLFVS, & INGEBRANDVS. } Archidiaconi.
IACOBVS S. *Eucharii.* RICHARDVS Sce *Marie.* RICHARDVS S. *Martini.* } Abbates *Trever.*
CVNO Cantor. THYMARVS Scolaſticus.
CVNO de *Noivant.*
HENRICVS de *Kaylre.*
THEODERICVS de *Hagene.*
IOHANNES de *Rodemakre.*
HVGO de *Swarcenberch.*
WILLELMVS de *Dauils.*
HVGO de *Petra.*
RADVLFVS de *Ponte.*
ERNESTVS. HELYAS Decanus Sci *Symeonis.* Canonici maioris Eccleſie *Trever.* & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. M.CC.XXIII. Menſe Decembris, in die bti *Nycholai.*

n.639. XLII.

DE *olim facto concambio inter Abbatem* Fuldenſem *&* Conradum *de* Arnesburg, *quoad Montem* Minzenberg *& Manſum unum in* Gulle *&c.*

An. 1226.

CONRADVS *Dei gratia* Fuldenſis *Eccleſie Abbas* omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne cum

cum tempore labantur, poni ſolent in memoria teſtium, & teſtimonio litterarum. Tenore igitur preſentium cupimus innoteſcere tam futuris quam preſentibus, Quod nos Manſum unum in *Gulle* ſitum, & Eccleſie *Fuldenſi* attinentem, quem *b. m.* Dns CVNRADVS de ARNESBVRC, *pater Dni* CVNONIS de MINZENBERC, eccleſie Fuldenſi pro Monte illo *Minzenberc* in concambio contulerat, & quem WILLEHARDVS de *Eberſtein* Miniſterialis noſter a nobis in feodo habuit, intuitu divine retributionis, nec non ad inſtantiam prenominati *Willehardi*, accedente etiam conſenſu Prelatorum noſtrorum & Conventus Eccleſie *Fuldenſis*, Monaſterio de *Arnesburc* Ciſt. Ord. libere, & cum omni iure proprietatis contulimus, ut Fratres monaſterii eiusdem ipſum manſum proprie proprium in perpetuum poſſideant.

Ne autem Eccleſia Fuldenſis alicuius dampni ſive dilapidationis preiudicium ex hoc ſuſtinere videretur; predictus *Willehardus* de allodio ſuo, ſito in confinio *Fuldenſi*, competens atque ſufficiens nobis fecit reſtaurum, pro quo Abbas & Conventus iam dicti Monaſterii de *Arnesburc* ſolverunt ei ſummam pecunie, ab Arbitris, quibus Cauſa commiſſa fuerat, diffinitam.

Ad ſopiendum ergo totius cavillationis & oblivionis malum, quod ſuper his poſſet emergere, preſentem Cartam conſcribi, teſtes annotari, noſtro & Eccleſie *Fuldenſis* Sigillis fecimus communiri. Teſtes huius rei ſunt

GOTFRIDVS Decanus.
GERHARDVS Prepoſitus S. *Iohannis.*
GERLACVS Prepoſitus Sancte *Marie.*
GERLACVS Prepoſitus S. *Michahelis.*
GERLACVS Prepoſitus de *Holzkirchen*, & Portarius Fuldenſis.
CRISTANVS Camerarius.
HEINRICVS Sacerdos de Civitate.

Digitized by Google

WALTHERVS Sacerdos de *Dieterichesbuſen.*
WILLEHARDVS predictus *de Eberſtein.*
HERMANNVS de *Burſelo.*
HEINRICVS Dapifer.
CVNRADVS *Fuldere.*
ALBERTVS *Copin*, & alii quam plures.

Acta ſunt hec apud *Fuldam*, Anno Dominice incarn. M.CC.XXVI. In purificatione beate Virginis Marie.

n.640. XLIII.

Quomodo proſpectum fuerit LIBORIO Minutori, *ratione* feudi quotidiani, *in Decimis* terræ ſalicæ *conſtituti; Simul præſcriptis circa officium minuendi conditionibus.*

An. 1226.

BARTHOLOMEVS Dei gratia Abbas Sancti *Maximini*, totusque eiusdem Eccleſie Conventus. Omnibus hoc ſcriptum intuentibus notum eſſe volumus, quod cum inter nos ex una parte, & LIBORIVM laicum ex altera, ſuper quibusdam Decimis quas idem L. ratione *feodi cottidiani* quod ab Eccleſia noſtra habere dinoſcitur, ad ſe pertinere propoſuit, Queſtio verteretur; mediantibus tandem Viris honeſtis & diſcretis ſopita fuit in hunc modum Contencio memorata.

Dictus enim L. de omni terra, ſive *ſalica* ſit, ſive non, de qua non ambigitur, vel probari poterit hactenus ipſam decimam percepiſſe; tam ipſe quam ſui heredes recipient in futurum de monte *Trimelich* & de foſſa *Rucelini*, & de *Rubeo monte*, & de monte *Martini ville*, & de omnibus his attinentibus locis. De omni terra *ſalica* in poſterum excolenda nichil penitus recepturi.

Ipſe

Ipſe vero L. nobis ſerviet quoad vixerit, in officio *minuendi.* * Heres quoque ipſius qui pro tempore fuerit, ut artem diſcat minuendi, diligentiam omnimodam adhibebit. Quodſi forte non potuerit proficere in arte memorata, vel ex alia quacunque cauſa, ipſe L. vel ſui heredes reddantur inhabiles ad officium huiusmodi exequendum; talis adhibebitur proviſio, quod d. L. vel heres ipſius quicunque, quociens vocatus fuerit ab aliquo Noſtrum indigente minutione, vel *ſcarificatione flebotomi*, † perſonaliter veniet cum *Minutore*, quem fama Civitatis *Treverenſis* predicat meliorem; In omnibus aliis, preterquam in ictu flebotomi, quem dictus Minutor faciet, ſerviturus. Hec autem ſepedictus L. vel ſui heredes expenſis propriis per omnia procurabunt. * v. p. 10.

† Flebotomum: *ſcalpellum venæ ſecandæ.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis M. CC. XXVI. In craſtino Nativitatis Sancte Marie.

XLIV. n. 641.

„De *libertate & defenſione, nobis facta a Dno Lantgravio* Thuringie.

An. 1228.

HEINRICVS *Dei gratia Lantgravius* Thuringie, *& Comes Palatinus* Saxonie. . . de *Nordecken*, G. de *Marburg*, & univerſis Miniſterialibus ſuis, Caſtrenſibus, Burgenſibus & Sculteis de *Marburg* & de *Grunenberg* ſalutem & omne bonum.

Noveritis, quod nos veſtigiis bone mem. Patris noſtri, & fratris inherere volentes, Monaſteria & Perſonas *Ciſtercienſis Ordinis*, propter fervorem devotionis & religionis ipſorum, ſpeciali amplectimur dilectione. Vnde ſuſtinere non poſſumus, ut ab aliquo in iurisdictione noſtra contra iuſtitiam moleſtentur. Inde eſt, quod Monaſterium de *Arnsburg*, cum Per-

Digitized by Google

Perſonis & Grangiis, rebusque aliis tam mobilibus quam inmobilibus, in regimine noſtro ſitis, fidelitati veſtre committimus; Mandantes vobis, & precipientes diſtricte, quatenus tam perſonas quam res prenotati Monaſterii, ſicut propria bona noſtra defendatis; Et ſi aliquis eiusdem monaſterii Fratres, in Grangiis ſive aliis quibuscunque rebus ſuis ledere aut perturbare preſumpſerit, vos ſtatim, ſine omni diſſimulatione, tamquam nobis factum ſit, indicare non differatis. Actum Anno Domini MCCXXVIII, menſe Auguſto.

n.642. XLV.

„De *libertate Curie noſtre in* Wetflaria„

An. 1228.

SCVLTETVS, Advocatus, Scabini, & univerſi Burgenſes *Wetſlarienſes*. Innoteſcere cupimus omnibus hoc Scriptum inſpecturis, quod nos ad mandatum Excell^mi^ Domini noſtri, Heinrici Romanorum Regis ſemper Auguſti, & ob reverentiam Sanctiſſime Dei Genitricis ſemperque Virginis Marie, Domum Fratrum de *Arnsburg* intra noſtrum Opidum ſitam, quam propriis ſumptibus extruxerunt; & Nuncium eorum ipſam domum inhabitantem, cum ceteris rebus Monaſterii, quascunque in ea diſpoſuerint, communi conſenſu & conſilio ab omni exactione abſolvimus & Collecta; ut & nos orationum & omnium bonorum operum que apud eos fiunt, participes efficiamur.

Et ne ſuccedente temporis poſteritate huius noſtre conceſſionis ſuccreſcat oblivio; &, ne iam dictis Fratribus a ſucceſſoribus noſtris preiudicium ſuper hoc aliquod poſſit vel debeat ſuboriri; preſens ſcriptum noſtro Sigillo roboravimus.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXVIII. Teſtes:

Dns Gerlacvs de *Budingen.*
Lvdoldvs Burgravius de *Frideberg.*

Ebir-

EBIRWINVS Sculteus de *Frankinfurt.*
FRANKO de *Aſſcheburnen.* [Eſchborn]
CRAFTO. GODEFRIDVS *Engelmudis.*
WEZELO de *Pomberg.*
LVDEWICVS de *Oberndorff.*
CONRADVS *Reye.* HEINR. *Weydeman.*
HARPERNVS. ARNOLDVS *Monetarius.* *
RVDOLFVS de *Curia.*
WIGANDVS de *Gozilinhuſen.*
WIGANT de *Grunenberg,*
tunc temporis Scabini; & alii q. plures.

* *non ab Officio, ſed cognomine.* Muntzerer.

XLVI.

n.643.

DE *iure patronatus eccleſiar.* Marburgenſium.

An. 1231.

GREGORIVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Dilectis filiis, Fratribus Hoſpitalis Sci FRANCISCI de *Marburc* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, annuentes precibus dilecte in Xpo filie, nobilis Mulieris relicte † clare memorie . . Lancgravii *Turingie*, quam nobis reddunt laudabilis vite ſue merita plurimum commendatam; Ius patronatus quod in eccleſiis de *Marburch* HEINRICVS Lancravius & CONRADVS frater eius Hoſpitali veſtro, prout ſpectabat ad ipſos, de dioceſani Epiſcopi & Capituli ſui conſenſu pietatis intuitu contulerunt, ſicut illud dictum Hoſpitale iuſte obtinet & quiete, vobis, & per vos hoſpitali eidem auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio

ex Autogr.

† S. *Eliſab.*

cinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat — — — Datum *Laterani* V Idus Martii. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

n.644. XLVII.

De *iure patron. Eccleſiæ in* Herborn.

An. 1231.

Heinricvs Dei gratia Comes *de Naſſauvven.* Vniverſis Xpi fidelibus ſalutem in omnium Salutari. Notum eſſe volumus & apertum, quod eccleſiam *Herberen*, cuius ius patronatus habuimus rationabiliter a *Thuringenſi* Lantgravio, quam & idem Lantgravius cum iure . . patronatus a Dno Heinrico Illuſtri Romanorum Rege habuiſſe dinoſcitur in feodo, ipſi Lantgravio ea reſignavimus conditione, ut ipſa eccleſia, dicto Dno Regi ab eodem Lantgravio reſignata, Domui Theutonice Hoſpitalis glorioſe Virginis Marie *Ierlmit.* a Dno Rege in elemoſinam libere conferretur.

Quia igitur ad honorem Dei omnipotentis & ſue Genitricis glorioſe, tam per Dnm Regem quam per Lantgravium omnia, ſicut prelibata ſunt, pia liberalitate ſunt completa per ordinem; glorificando viventem in ſecula, proceſſus noſtri factis in hac parte, Cartule preſentis inſcriptione & Sigilli noſtri impreſſione teſtimonium perhibemus. Datum Anno incarn. Dominice MCCXXXI.

n.645. XLVIII.

De *patronatu eccleſiarum* Blesberg *&* Zutſchen.

An. 1231.

In nomine sancte et individve Trinitatis. Amen.

Heinricvs Dei gratia Comes, & Methildis eius Vxor, Comitiſſa, *Naſſovenſes*, preſentem inſpecturis

ris paginam in perpetuum. Quoniam crebra momentorum ac temporum revolutio, rerum ornate geſtarum Anteceſſorum ſucceſſionem immemorem facit frequenter, aut inſciam; tantum perpendimus, ac meritum, ut, quod gratia memorie perhennis favore benigno conceſſimus, titulo memorabili commendemus.

Noverint igitur preſentes ac poſteri, quod nos, iuxta Iura civilia collata manu, pari aſſenſu & iure libero, vero functi Patronatu, eccleſias *Bleſeberch* & *Zutzheim* Trevir. dioc. cum omnibus ſuis appendiciis, in noſtrarum ac Parentum noſtrorum animarum remedium contulimus Domui Hoſpitalis S. *Marie Theutonicorum Ieroſolimitani* in perpetuum. Receperunt itaque a nobis earumdem eccleſiarum donum Fratres Domus antedicte, HEINRICVS, in *Frankenfurt*, LVDEWICVS in *Confluentia*, & HEINRICVS in *Biſen* Preceptores, vices Domus memorate autentice in hac parte gerentes.

Ne igitur pie geſtorum commendabilis quomodolibet evaneſcat recordatio, aut Verſuti cuiuslibet verſatili ſubornetur aſtucia; ad induſtrem dictorum Fratrum inſtantiam Eccleſias prelibatas, ac earumdem donationes a nobis legitime celebratas & rite; antedicte Domus hoſpitali confirmamus animo collubenti. In ſignum firmitatis perpetue preſentem Paginam noſtri tituli ſignaculo munientes. Huius rei teſtes ſunt

SIFRIDVS, cognomine *Stabl.*
PETRVS de *Wilebache.*
CONRADVS *Rubeſame.* Milites.
GISELBERTVS Scolaſticus de *Wilbach.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. MCCXXXI.

Digitized by Google

n.646. XLIX.

„*Littera Dni* Vlrici *de* M. *ſuper bona Henrici Mi-*
„*litis* de Wickinſtad.

An. 1231.

In nomine sancte et individve Trinitatis.

Ego VLRICVS de Mynzinberg *Imperialis Aule Miniſterialis.* Quoniam dignum eſt & rationi conſentaneum, ut facta memorie digna firmis ſcripturarum teſtimoniis fulciantur; Innoteſcere cupio tam preſentibus quam futuris, quod, accedente conſenſu & bona voluntate, mea & liberorum meorum, Henricvs Miles de *Wickenſtad* & Vxor ſua Kvnegvndis, communicata manu & communi aſſenſu contulerunt Monaſterio de *Arnſburg* Cyſt. Ord. apud *Minzinberg*, a progenitoribus meis inchoato, & a me divina diſponente miſericordia feliciter conſummando, omnia Predia ſua, que apud *Wickenſtad* & *Sterrinbach* iure proprietatis ſive hereditario . . poſſident, libere & abſolute in perpetuum poſſidenda. Tali compromiſſione, ut prefata bona ab Abbate & Conventu iam dicti monaſterii, ſine cauſa rationabili & evidenti nullatenus debeant commutari, aut venundari.

Ceterum ut circa idem Monaſterium de *Arnſpurg* & Fratrum ibidem iugiter Deo famulantium mee ſinceritatis comprobetur affectus, communicata manu & aſſenſu Kvnonis & Vlrici, & ceterorum liberorum meorum indulſi eidem monaſterio proprietatem prediorum, quibus antedictus Miles Henricvs apud villam *Sterrinbach* a me iure feodali uſus eſt. In quorum Reſtaurum decem marcas michi contulit, ut ſepefatum monaſterium in iure ſibi collato, ab omni inpeticione, mea, filiorum & filiarum mearum, & omnium coheredum meorum, quieta & inconvulſa gaudeat libertate.

De diſcordia autem, que inter predictum *Henricum* Militem & Kvnegvndim uxorem ſuam, & Wigervm de *Mu-*

Muſchinheym hominem meum, & liberos eius vertebatur, talis deciſio facta eſt, ut ab *Henrico* Milite & *Kunegunda* uxore eius, *Wigero* & liberis eius, loco competentis annualis Cenſus *Talentum* currentis monete debeat aſſignari, in perpetuum libere poſſidendum.

Vt autem hec Donatio & diſcreta ordinatio, tam a me quam a meis ſucceſſoribus, nullatenus poſſit revocari, aut Monaſterio de *Arnſpurg* ſucceſſu temporum ulla poſſit ſuboriri calumpnia; preſens Scriptum, ſub robore Teſtium, meo Sigillo duxi muniendum.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXXI, II Nonas Maii. Teſtes:

De *Minzinberg:*

CONRADVS de *Beldirsheim*, Scultetus.
ORTWINVS de *Gunze.*
EBERWINVS de *Cruſtele.*
ANSHELMVS de *Hovewiſele.*
CONRADVS de *Treyſe.*
WERNHERVS de *Colinhuſen.*
HEZECHINVS. RVGGERVS.

De *Wizele*

HENRICVS Centgravius de *Wetter.*
HENRICVS & ALBERTVS fratres *de Beldirsheim.*
HENRICVS & WERNHERVS de *Birkelar.*

De *Aſſinheim:*

WERNHERVS de *Beldirsheim* Scultetus.
WIGANDVS iunior de *Heldenbergen.*
CVNRADVS *Canus.* CVNRADVS de *Acarben.*
ANSHELMVS de *Cochene.*

MARQVARDVS de *Colenhuſen.*
EBIRHARDVS *Hendelin.*
ALBERTVS de *Hergeren,*
& alii quam plures.

n.647. L.

„DE *Cimiterio in* Sterrenbach *iuxta Pontem*
„*in* Wickenſtat.

An. 1231.

ARNOLDVS Dei gratia Prepoſitus Sce MARIE *ad gradus* in *Maguntia.* Ne in oblivionem vel litem venire poſſint ea, que inter homines iuſte & rationabiliter, & coram Iudicio facta ſunt; ſcriptis & munimentis ſolet frequentius precaveri.

Itaque notum eſſe cupimus univerſis hanc Litteram viſuris, de *Sterrenbach* & *Wickenſtat* parrochiales coram nobis confeſſos fuiſſe & recognoviſſe, quod de communi conſilio & conſenſu contulerunt Monaſterio in *Arnſpurg* paſcua Communitatis, que vulgariter *Almeina* vocantur, iuxta pontem *Wickenſtat* ſita, ad omnes uſus libere habenda & poſſidenda pro eo, quod Abbas & Conventus eiusdem monaſterii facere debent de propriis expenſis Murum, circa Cimiterium parrochie memorate. Qui videlicet murus in quatuor annis debet perfici & conſummari, ita quod eius valentia poſſit muro cimiterii in *Flageſtat* per omnia comparari. Si autem murus idem poſt conſummationem eius, inpoſterum dilapſus ruinam fecerit, Parrochiales predicti debent eum de ſuis propriis ſumptibus reparare.

Ne igitur ſuper his inpoſterum predicto Monaſterio malitioſa moveri poſſit queſtio, preſentem Paginam conſcribi, & noſtri inpreſſione Sigilli fecimus communiri. Acta ſunt hec coram nobis. BERWOLFO Cantore noſtro. HERTWICO, de

Digitized by Google

de *Frideberg*: RVDOLFO, de *Sterrenbach*: CONRADO, de *Straſheim*: CVNRADO de *Nuheim*: FRIDERICO, de *Karben*: HENRICO de *Kebele*: Plebanis. HERMANNO Camerario *de Cranichesberg*, HENRICO Milite de *Witgeſtat*, HENRICO *Goltſteyno*; Villicis in *Wickenſtat* & aliis preſentibus. Anno Domini MCCXXXI, VIII Idus Octobris.

LI. n.648.

„DONATIO *proprietatis ville* Meldrich *ab* HEINRICO *Lantgravio* Thuringie.„

An. 1231.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *ex Orig.*

HEINRICVS *Dei gratia* Thuringie *Lantgravius*, & Saxonie *Comes Palatinus*. Et CVNRADVS frater ſuus. Omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus omnium. Quoniam hec, que aguntur a labili hominum memoria facile ſolent evaporare; & fragilis etas humana tenui herens filo minus indies conſuevit eſſe durabilis & annoſa; inde eſt, quod ea que pie geruntur, ſcriptorum cautione expedit communiri, & ſuo loco inpoſterum, ſi neceſſe fuerit, animis fidelium inculcari.

His igitur conſideratis, ad noticiam tam preſentis quam futuri Evi decrevimus pervenire; Quod nos, apoſtolici non immemores documenti, quo nos non manentem habere hic civitatem perdocemur, Hoſpitali Dei genitricis Marie, quod ex longa retroacti temporis vetuſtate quodam ſpeciali dilectionis amplectimur privilegio, quedam Bona noſtra, in ſpe remunerationis eterne contradidimus, que ſuis nominibus, & quibus in locis ſita ſint, evidenter iuſſimus ſubnotari. Sane proprietatem in *Meldrich*, cum univerſis ſuis pertinentiis, ſcilicet in agris, paſcuis, ſilvis, piſcationibus iam dicto Hoſpitali irrefragabiliter aſſignavimus.

Vt

Digitized by Google

Vt itaque, que prelibata ſunt, in omnes futurorum temporum devolutiones rata & indivulſa perſiſtant, preſentem Paginam fecimus conſcribi, & eandem Sigilli noſtri * inpreſſione inſigniri. Huic facto interfuerunt

Comes HEINRICVS de *Swarzburc.*
Comes THEODERICVS de *Berca.*
CVNRADVS de *Tannenrode.*
FRIDERICVS de *Tannenrode.*
VLRICVS de *Tulleſtete.*
RVDOLFVS pincerna *de Vargela.*
Treſure. FRIDERICVS de *Drivurte.*
CAMERARIVS de *Vanre* & frater ſuus.
ECKEHARDVS de *Sumeringen*,.
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. M° CC° XXXI° Indictione VI° Kalendas Novembris.

* a) HENRICVS DI GRA LANTG. THVR. PALAT. COM. SAX.
b) SIGILLVM CONRADI THVR. LANTGR.
Equitantes, conſpicuo in ſcutis leone.

n.649. LII.

„ DE *bonis* Sifridi & *Vxoris ſue* de Bucheſecke. „

An. 1233.

CONRADVS *Dei gratia* Thuringie *Lantgravius.* Vniverſis Xpi fidelibus preſentis Scripti inſinuatione cupimus innoteſcere, quod cum SIFRIDVS Miles, dictus *Scburge*, & Vxor ſua GERDRVDIS, & filius eorum RVDEGERVS Sci Spiritus gratia cooperante ad Religionis habitum ſuſcipiendum, bte MARIE Virgini in *Arnsburg* ſe pariter offer-

Digitized by Google

offerrent; communicata manu coheredum ſuorum omnia bona ſua, que *Buchesecke* in domibus, agris, ſeu quibuscumque poſſeſſionibus hereditario iure poſſidebant, eidem Eccleſie contulerunt. Ipſi vero *Fratres* de *Arnesburg* eadem bona e Creditorum laqueis, quibus pignori obligata fuerant, precio XLVI marcarum redimebant.

Ne igitur inpoſterum Conventus iam dicte Eccleſie, ulla inpeticione ſucceſſorum eorumdem poſſit aut debeat fatigari, huius facti formulam in hac Pagina notari, & Sigillo noſtro fecimus corroborari. Acta ſunt hec Anno incarnationis Domini MCCXXXIII. Teſtes:

SIGNANDVS & frater ſuus.
ADOLFVS *Flercho* & fratres ſui.
CONRADVS *Setzephant.*
ECKEHARDVS Plebanus in *Buchesecke.*
BERTHOLDVS *Comes.* FRIDEBRACHT. GVNBRACHT.
CONRADVS *Monachus* & fratres ſui.
DAMMO *Harloppo*, & ceteri Milites in *Buchesecke.*
EBIRHARDVS de *Mirlowe* Villicus de *Grunenberg.*
GVNTRAMVS de *Marpurg.* MEINGOTVS *Aureus.*
CONRADVS de *Vello*, Scabini de *Grunenberg.*
SIGEBERTVS. ENGELO. WOLFHVDO & omnes filii - - de *Nordeckin.* Milites: GERHARDVS.
WALTHERVS, & CONRADVS *Milcheling.*

LIII. n.650.

DE *vendita Cœnobio* Arnsburg. *villa* Geroldshagen.

An. 1234.

GODEFRIDVS & BERTHOLDVS Comites *de Cygenhagen.* Innoteſcere cupimus tam preſentibus quam

futuris, quod nos, communicata manu & communi aſſenſu fratris noſtri BVRCHARDI Clerici, * & patrui noſtri GOZMARI, & patruelis noſtri RVDOLFI, nec non & omnium coheredum noſtrorum, vendidimus Monaſterio de *Arnsburg* Ciſt. Ord. Villam noſtram *Geroldesbagen* cum omni iure ſuo, Decimis, ſilvis, *buſcbe*, campis, paſcuis & rivis, & omnibus ſuis pertinenciis, pro Viginti quinque marcis *Colon.* monete, libere & abſolute poſſidenda. Compromiſſione tali facta, quod Nos homines inibi habitantes, ſive noſtri ſint, ſive Dominorum aliorum, amicabili & ſincera compoſitione cedere faciamus; ita quod monaſterium de *Arnsburg* ab omni inpeticione eorundem . . ſive moleſtia ſit immune. Si vero Cognati noſtri *de Mintzenberg* aliquid iuris ſe habere dixerint in Predio memorato, a tali inpulſione Clauſtrum penitus eximemus. Et ſuper hoc fideiuſſores eis dedimus REYNHARDVM de *Aldinburg*, BERNHELMVM dictum *Vbelin*, LVDEWICVM de *Wetersbeim*, CVNONEM de *Bomersbuſen*.

* *Prepoſ. poſtea* Frizlar.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXXIIII, VI. Kal. Iulii, in Opido noſtro *Nytbebe.* Ne autem huius noſtre venditionis ſuccreſcat oblivio, aut Conventus in *Arnsburg* ſuper his a noſtris ſucceſſoribus aliquatenus poſſit aut debeat gravari; preſens Scriptum conſcribi, & Sigillis noſtris fecimus communiri. Ego Comes GOZMARVS, quia conſenſi, Sigillum appoſui. Ego Comes RVDOLFVS quia conſenſi, ſigillavi. Teſtes huius rei ſunt

ALBERTVS Abbas de *Arnsburg.*
CONRADVS Sacriſta ibidem.
Fr. HEINRICVS, *Fr.* CONRADVS,
& *Fr.* DYTMARVS; de *Gulle*,
de *Colenbuſen*, & de *Buren* Magiſtri.
IOHANNES Sacerdos, & Frater Hoſpitalis
S. *Iobannis* Ieroſolimitani.
REINHARDVS de *Aldenburg.*

BERN-

Digitized by Google

BERNHELMVS *Vbele.*
LVDEWICVS de *Wetersheim.*
CVNO de *Bomersbuſen.*
De *Grunenberg* ENGELO & VOLKNANDVS Scabini, & alii quam plures.

LIV. n.651.

„De *Decima in* Vechinheim.

An. 1236.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *Amen.*

Ego CONRADVS de DORNBVRG, *Imperialis Aule Miniſterialis.* Quoniam dignum & idoneum eſt, ut facta memorie digna ſcripturarum teſtimoniis fulciantur; Innoteſcere cupimus tam preſentibus quam futuris, quod de communi conſenſu, & communicata manu Vxoris mee IVTTE, & ſororis mee ADELHEIDIS vendidi Monaſterio de *Arnſpurg* Cyſt. Ord. Decimam meam in *Vechinheim*, maiorem & minutam, pro Centum marcis denariorum *Colonienſis* monete.

Hanc Decimam in Caſtro meo *Dornburg* coram Caſtellanis noſtris, EBERNANDO, IOHANNE, HENRICO *Cutben*, WALBERNO, COLBONE, NYBELVNGO, ALBERTO Abbati de *Arnsburg*, & ſuis Monachis HERTWICO & HERMANNO Cellerario, tam Ego quam uxor mea *Iutta*, & ſoror mea *Adelheidis* communicata manu reſignavimus, & perpetua libertate contradidimus. Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXXVI.

Ne igitur prelibato monaſterio in decima prefata a ſucceſſoribus meis ulla poſſit ſuboriri calumpnia, preſens Scriptum Sigillis Civitatis *Frankenfordenſis* & meo feci communiri. Teſtes huius rei ſunt

LVDOLFVS Sculteтus. RVPERTVS de *Saſſinbuſen.* MARQVARDVS. CONRADVS *Aleiſinbuch.* ALBERTVS de *Kunigſtein.* GODEFRIDVS de *Liderbach.* HERMANNVS *Halbir.* RICHWINVS. WIGANDVS de *Nuwebeym.*

Item Scabini:

IOHANNES *Goltſteyn.* HERMANNVS *Nyger.* VLRICVS *Longus.* BALDEMARVS. BERTOLDVS *Breſto.* WIGANDVS de *Aſchenburne.** GVNTRAMVS *Hunger.* SWIGERVS. RVDOLFVS *Mertin.* CONRADVS *Ruweſer.* HENRICVS *Clobelauch.* GVNTRAMVS Monetarius. HARTMVDVS de *Nitbe.* HERBORDVS de *O-venbach*, & ſui germani HARPERNVS & WIGERVS; & univerſitas Burgenſium in *Frankenford.*

* Eſchborn.

n.652. LV.

„DE *decima in Grangia* Gulle *&* *in* Muſchenheim „*a Dno* Vlrico *Dni* Cunonis *Fundatoris noſtri* „*filio* - - - *nobis obligata.*

An. 1237.

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Ego VLRICVS de MINZENBERC. Quoniam iuſtum & idoneum eſt, ut facta memorie digna ſcripturarum teſtimoniis roborentur; Innoteſcere cupio tam preſentibus quam futuris, quod de conſilio hominum meorum, ORTWINI de *Gunſſe*, CVNRADI de *Beldersheim*, HECECHINI de *Gridela*, & WERNERI de *Colenbuſen*, communicata manu & communi aſſenſu *filiorum meorum* CVNONIS & VLRICI, obligavi Decimam in grangia *Gulle* cum univerſis pertinenciis ſuis, tam in *Muſchenheim* quam in cunctis locis ſibi attinentibus, . . Abbati & Conventui de *Arnſpurg* pro centum marcis monete *Colonienſis.* Ita videlicet, quod Conventus antiquam penſionem CLXX octalium dure anno-

annone, quorum tertia pars eſt triticum; & carratam vini, quam felicis memorie Dns CVNO *pater meus* inde dari conſtituerat, annuatim perſolvant. Tali tamen conditione interpoſita, quod, iacturis grandinum & exercituum exceptis, prelibatus Conventus de anno in annum ſortem C. marcarum inde reſumat; quo pacto eandem Decimam Monaſterium & Fratres - -, omni iactura grandinum & exercituum ſubtracta, pro penſione predicta imperpetuum ſine omni revocatione poſſidebunt, & - - - in granarium meum *Minzenberc* cum integritate preſentabunt.

Ad maiorem igitur huius facti evidentiam, & ne Conventus - - a me & a filiis meis *Cunone* & *Vlrico*, aut ullo ſucceſſorum noſtrorum ſuper dicta penſione ullam ſuſtineat impetitionem aut moleſtiam ultra quam preordinatum eſt, preſentem Paginam conſcribi, & meo, & filii mei *Cunonis* Sigillis feci communiri.

Acta ſunt hec Anno dominice incarn. MCCXXXVII, menſe Auguſto. Teſtes huius rei ſunt preſcripti quatuor Milites O. de *Gunſſe*, C. — — — EBERWINVS & CVNRADVS fratres *de Cruſtele*. HERTWICVS de *Steinheim*. ANSHELMVS de *Hovewizele*. ALBERTVS de *Hergeren*. CVNO de . . . RVDEGERVS Notarius. EMIRCHO Sculteтus. SIFRIDVS filius HEIDOLFI. CVNRADVS *Schele*. WIGANDVS de *Hergeren*, & RVDOLFVS frater eius. Et alii quam plures.

LVI. n.653.

„DE *tertia parte Iuriſdictionis, & XX Iugerum* „*pratorum in* Wickenſtat & Sterrenbach.

An. 1237.

GERLACVS de *Budingen*. Omnibus intuentibus hoc Scriptum conſtare cupimus, proteſtando, quod

ad inſtantiam HENRICI Militis de *Wickenſtat*, apud Nepotes noſtros, GERLACVM videlicet & HENRICVM, fratres *de Yſenburg* optinuimus, quod idem H. de *Wickenſtat* bona quedam ſua, videl. tertiam partem Iurisdictionis, & XX Iugera pratorum in *Sterrenbach* & in *Wickenſtat*, que d' *Henricus* & ſui progenitores ab ipſis noſtris Nepotibus iure poſſederant feodali, Monaſterio de *Arnſpurg* . . iure proprietario contradidit, abſolute & libere perpetuo poſſidenda. Ita videlicet, quod prefatum monaſterium de *Arnſpurg* predium ſuum in *Benſtat*, memoratis nepotibus noſtris reſpectu feodi predicti tradidit in reſtaurum.

Et quia ſepedictum feodum ab Eccleſia *Fuldenſe* ad nepotes noſtros principalem ortum habuit & deſcenſum; ad inſtantem diligentiam ſupradicti *Henrici* Militis de *Wickenſtat* predicti Dni Abbatis licentiam de premiſſis optinuimus & conſenſum, quo magis Arnsburgenſis Eccleſia in hoc ſuo Contractu ſeu commutatione, integriori munimine firmaretur.

In cuius rei evidentiam, preſentem Cedulam, apud *Geylnhuſen*, ubi primitus cum Nepotibus noſtris de his Tractatum habuimus, Sigillo noſtro fecimus roborari. Actum Anno incarnationis Dominice MCCXXXVII.

n.654. LVII.

Notabilis deciſio cuiusdam inter EP. Wormat. & GERHARDVM militem Controverſiæ.

An. 1239.

ex Autogr. NOS HEINRICVS Scolaſticus & *Magiſter* FOLZO ſic diffinimus ſuper Controverſia que vertebatur inter Dominum noſtrum L. * venerabilem *Wormatienſem* Epiſcopum & GERHARDVM ſeniorem Militem *Worm.*. Imponimus quidem ſilentium ipſi G. ſuper officio *Camere*, cum conſtet nobis, quod ipſe Dns Epiſcopus noſter per ſentenciam Principum, ipſo

* *Landolfum.*

ipſo Dno Magnifico FRIDERICO Romanorum Imperatore eandem ſentenciam approbante & confirmante, evicerit idem officium; ita ut ipſe liberam habeat poteſtatem concedendi illud cui voluerit cum vacat.

Dicimus etiam diffiniendo, quod dictus GERARDVS, niſi per Vaſallos Wormatienſis Eccleſie, vel alios honeſtos Viros quos negotium non tangit, probaverit, reſignacionem *Owe* * que adiacet *Owe* Dni Epiſcopi, factam ab HEINRICO *Fridac*, & fratre eius SIGELONE in manus pie mem. HEINRICI deceſſoris noſtri Epiſcopi; & quod eandem *Owam* iure feodi conceſſerit prefato G. & fratri ſuo, libere redibit ipſa *Owa* ad ius & poteſtatem Dni . . Epiſcopi & eccleſie; ad hoc probandum dantes Partibus terminum legitimum. Statuimus etiam, ut dcs G. egrediatur terminos Epiſcopatus *Wormatienſis* quando Dns nr Epiſcopus ei iniunxerit, non rediturus niſi de Dni noſtri voluntate; hoc ad gratiam Dni nri moderantes; Et, ut quinquaginta Milites ducat Dno . . Epiſcopo, requiſitus ab ipſo, ad ſpacium *unius diei, & noctis.* Hec utique ſub iuramento nobis preſtito eidem G. indicimus obſervanda. Expenſas quas Dns nr ſe dicit feciſſe contra dictum G., dicimus non repetendas. Et ſi qua iuſta actio ſuper aliquibus bonis conpetit Dno nro contra ipſum G., ipſi Dno nro reſervamus.

* pratum.

Actum *Wormatie.* Anno Domini M.CC.XXXIX. *Gertrudis* Virginis.

LVIII. n.655.

„DE *libertate Domorum noſtrarum in* Grunenberg „*& in* Marburg.

An. 1244.

NOS HEINRICVS *Dei gratia Lantgravius Thuringie*, *Comes Palatinus Saxonie.* Tenore preſentium recognoſcimus & notum eſſe volumus univerſis, quod duas Curias

rias Monachorum de *Arnsburg*, unam ſitam in *Marburg*, aliam in *Grunenberg*, quas pro commoditatibus & negociis ipſorum intrare conſueverunt in dictis Civitatibus peragendis, ab omni exactione & inpetitione liberas dimiſimus & ſolutas.

Acta ſunt hec *Marburg*, Anno gratie MCCXL *Quarto*, pridie Kal. Febr. Coram his teſtibus. THEODERICO Comite *de Berka*. FRIDERICO Comite *de Bichelingen*. GVNTRAMO *Pincerna* de *Sweynsberg*.

n.656. LIX.

„DE *uno Manſo ſito in* Cruftele, *quem dedit nobis* Bertoldus.

An. 1244.

VLRICVS iunior *de Mynzenberg*. Notum eſſe cupio univerſis has litteras viſuris, quod BERTOLDVS Concivis in *Mynzinberg*, & GERTRVDIS uxor eius, Manſum integrum omnino proprium, ſitum in *Gruſtele*, cum Curia ſibi attinente, de mea licentia & bona voluntate Monaſterio in *Arnſpurg* pari manu in elemoſinam contulerunt ſollempniter, me preſente. Quatuor autem Iurnales eiusdem manſi pro anima CVNONIS, *felicis memorie fratris mei*, ſingulariter ipſi monaſterio legaverunt. Idem vero manſus a bonis coheredum ceterorum fuerat tunc diviſus, preſentibus HENRICO filio *Hartmudi*. ECKARDO filio Coloni. CONRADO filio *Wilhelmi*. ERNESTO. HENRICO filio *Simelarii*; GERHARDO *Granze*. HENRICO Colono, & HENRICO de *Dreyſen*.

Ego nichilominus ratum habeo & acceptum, quod, ſicut prefatus CVNO frater meus benivole promiſerat & liberaliter indulſerat; ſic *Bertoldus* idem & Vxor eius, tam in rebus quam in perſonis conferant Monaſterio ſepedicto; ita quod altero defuncto, alter contrahere * minime debeat, ſed de Abbatis pendeat conſilio; & vivat de reliquo communiter. Teſtes huius rei ſunt

* *renubere.*

D. LV-

D. LVDEWICVS de *Co..genheim.* WERNHERVS de *Colenhuſen.* WERNHERVS de *Beldersheim.* WERNHERVS Sculterus. ANSHELMVS de *Hovewizſele.* HEZECHINVS de *Gridele.* EBIRWINVS & CONRADVS fratres *de Cruſtele.* CONRADVS Advocatus *de Dreyſe.* HENRICVS & RVKERVS de *Birkelar.* ARNOLDVS de *Hergere.* HENRICVS de *Linden.* WASMVDVS de *Wederen.* CONRADVS *Wambolt.*

Dns WILHELMVS Abbas. HERMANNVS Portarius. WIKERVS, Monachi in *Arnſpurg.* GERLACVS Magiſter in *Holzheim.* & RODEGERVS Notarius meus, & alii quam plures.

In evidentiam geſte rei preſentem Paginam conſcribi, & Sigilli mei feci munimine roborari. Actum in Cimiterio *Minzinberg* IIII Kal. Ian. Anno Domini MCCXLIIII, die Dominica, coram plebis multitudine copioſa.

LX. n.657.

„Innocentius IV. *permittit Priori Ord. Teut. apud* „Marburg, *ut valeat Mitram portare.*

An. 1246.

INNOCENTIVS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* *ex Orig.* Dilecto filio Priori Ecclesie *Sce* ELISABETH in *Marburch* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad eccleſiaſtici decoris augmentum Inſignia ſunt dignitatum, que ſacroſancta Romana Eccleſia congrua in ſingulos liberalitate diſtribuit, & devocionis filiis prout dignum iudicat ſuſcipienda & obtinenda concedit. Hinc eſt, quod nos dilecti filii Nobilis viri Lantgravii *Thuringie* ſupplicacionibus inclinati, volentes perſonam tuam ſpecialis privilegio gratie honorare; Perſone tue, ut in ſollempnibus feſtivitatibus, cum in eis Miſſarum ſollempnia

Bbb bbb b cele-

Digitized by Google

celebraveris, uti Mitra valeas, auctoritate preſencium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum (*&c.*) Datum *Lugduni* XV Kl. Iunii. Pontificatus noſtri anno Tercio.

n.658.

LXI.

De fructibus Beneficiorum Eccleſiæ Bingenſis.

An. 1249.

ex Autogr. SIFRIDVS *Dei gracia ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Dilectis in Xpo . . Decano & Capitulo *Pinguenſis* eccleſie ſalutem in Xpo.

Quoniam in negocio ſancte Romane Eccleſie nobis in *Precaria* liberaliter ſubveniſtis, nos vice verſa vobis graciam a Sede Apoſtolica nobis factam, videlicet de recipiendis per biennium fructibus beneficiorum in ſingulis eccleſiis noſtre dyoceſis infra quinquennium vacancium, vobis duximus concedendam. Nichilominus tercium annum uſibus veſtre Fabrice, licet ex alia indulgencia duos habeat, perpetuo indulgentes. Verum ſi eccleſia veſtra ex his indempnis non poterit conſervari, fructus Prebende in eccleſia veſtra proxime vacature, vobis, quoad emptor Precarie vixerit, concedimus colligendos; ut de his ſibi, ſecundum quod vos obligaſtis eidem litteris veſtris, miniſtretis.

Datum in *Caſtris* apud *Ingelnheim.* Anno Domini M.CC.XLVIIII. VI° Kalendas Marcii.

Tam cum Loco, quo Sigefridus III. *has litteras dedit, quam tunc inſtanti eius fato, belle concordat notatiuncula Scriptoris coævi, inſerta* T. I. p. 607, *opportune huc repetenda.*

„ - - - Nam (*ait*) cum eſſet in expeditione cum Rege (*Wilhelmo*) ante Curtem *Ingelnheim*, cepit infirmari, venitque „*Pinguiam*, ubi VII. Idus Marcii (an. 1249) diem clauſit „extremum.

LXII.

LXII. n.659.

„De *uno Manſo in* Morla.„

An. 1250.

VLRICVS de *Minzinberg*. Tenore preſentium proteſtamur, quod ANSHELMVS de *Houewizela*, & Dna METHILDIS uxor ſua in noſtra preſentia conſtituti, communicata manu & pari conſenſu Monaſterio in *Arnſpurg* - - Manſum unum omnino proprium pro remedio ſuorum peccaminum contulerunt in hunc modum, ut altero eorum decedente, ſuperſtes ipſa bona poſſideat tantum ad ipſa tempora vite ſue; poſt cuius obitum eadem bona ad prefatum Monaſterium devolvantur, ab ipſo in perpetuum poſſidenda. Si vero liberos pariter procreaverint, illis ſupervenientibus Donatio irrita erit & inanis. In huius facti evidentiam prenominato monaſterio duos Solidos monete currentis pro Cenſu in feſto S. *Martini* ſolvent annuatim.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCL, menſe Maio. Teſtes huius rei ſunt

WERNHERVS de *Colenhuſen*.
WERNHERVS Sculte̦tus noſter.
CONRADVS Advocatus noſter de *Dreyſe*.
EBIRWINVS & CONRADVS fratres *de Kruſtele*.
WERNHERVS & CONRADVS fratres *de Beldirsheim*.
RVCKERVS de *Wyzela*.
ARNOLDVS de *Hergeren*.
HEINRICVS de *Linden*.
RVDIGERVS Notarius noſter,
& alii quam plures.

Ne igitur huius Donationis ſuccreſcat oblivio, preſentem Scedulam ad petitionem predictorum *Anſhelmi* & *Methildis* uxoris ſue noſtro Sigillo fecimus communiri.

n.660. LXIII.

„*Litteræ Indulgentiarum Epiſcopi* Colon.

An. 1250.

ex Autogr. CONRADVS *Dei gratia Sancte* Colonienſis *Eccleſie Archiepiſcopus. Sacri Imperii per Ytaliam Archicancellarius. & Apoſtolice ſedis Legatus.* Vniverſis Xpi fidelibus ſalutem eternam.

Quoniam Conventum Dominarum de *Aldenburg* Ordinis beati *Auguſtini* affectu amplectimur ſpeciali, modis omnibus ipſum promovere & honorare volentes; Notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod univerſis Xpi fidelibus, ad Locum dictarum Dominarum convenientibus, quinque vicibus in anno; videlicet quarta feria poſt Paſcha, quarta feria poſt Pentecoſten, in Feſto nativitatis beate Virginis Marie, in feſto bti Nycolai, & in feſto dedicacionis eccleſie eiusdem, *Karenam* de penitencia ſibi iniuncta & annum unum; peccata oblita, vota fracta ſi ad ea puro corde redierint, patrum & matrum offenſas ſine manuum iniectione violenta, miſericorditer relaxamus, & in predicacione Fratrum ordinis Predicatorum ibidem, Quadraginta dies concedimus. Volentes predictam indulgenciam inperpetuum in loco durare predicto.

Datum Anno Domini M. CC. *Quinquageſimo.*

n.661. LXIV.

„*Super Archipresbiteratu in* Pinguia„

An. 1251.

ex Autogr. CRISTIANVS *Dei gracia* ſancte Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Que ad honorem Dei & proficuum animarum provide diſponuntur, ne oblivione depereant & in irritum deducantur, ſcriptura debent vivaci memorie commendari.

No-

Notum igitur eſſe volumus univerſis fidelibus preſentibus & futuris, quod nos conſiderantes, ex hoc *Pinguenſi* parrochie periculum non modicum imminere, quod Prepoſiti loci ipſius curam animarum habentes, ſtatuere conſueverunt hactenus ibi Vicarios minus idoneos, per quos & in ſpiritualibus & temporalibus multe negligencie evenerunt, & in poſterum poterunt evenire; volentesque tanto malo ſalubriter occurrere ſine leſione qualibet, immo pocius cum profectu Capituli, parrochie, ac ipſius eciam dignitatis; de conſenſu noſtri Capituli, & IOHANNIS, loci ipſius Prepoſiti, Maguntinique Decani, & de Prudentum conſilio ita duximus ſtatuendum, quod Capitulum perſonam idoneam parrochie eligat in Rectorem converſationis honeſte, & ſcientem regere plebem tantam; eique Prepoſitus, ſibi a Capitulo preſentate, & Archipresbiteratum porrigat, & eam cura inveſtiat animarum. Capitulum autem de parrochia & archipresbiteratu recipiens omnia ea, que loci Archipresbiteri percipere hactenus conſueverunt; & rectam parrochie Prebendam ordinans competentem, Prepoſito ſex marcas de cetero ſingulis annis ſolvat, quas eidem dederunt annuatim Archipresbiteri usque modo. Ipſeque Prepoſitus nichilominus plene & ſine diminucione qualibet obtineat Prepoſiture reditus, & Sinodum celebret, dum viderit expedire. Iurisdictionem infra Oppidum & in villis ei pertinentibus plenarie & perpetuo obtenturus, nullumque in proventibus detrimentum predicta dignitas paciatur; & perſona, parrochie curam habens, Decano ſit obediens, Choroque ſervire tamquam Canonicus teneatur; ita ut hec noſtra ordinacio choro unam perſonam adiciat perpetuo ſerrituram.

Vt autem hec prehabita robur obtineant firmitatis, noſtro, Capituli noſtri, & IOHANNIS Prepoſiti ſupradicti, Sigillis Litteras has preſentes duximus roborandas. Datum *Maguncie* Anno M. CC. LI° IIII Non. Iunii. Pontificatus noſtri anno Secundo.

Eodem adhuc anno contigit, CHRISTIANVM *ab Archiepiſcopatu ſubmoveri: Per ipſiſſimum Cardinalem* HVGONEM *qui ſtat ante fores. Conf.* T. I. *p.* 618. *iuncto* T. II. p. 110.

n.662. LXV.

Litteræ Card. HVGONIS, *quibus hortatur Chriſticolas, ad ſubveniendum novæ Templi ſtructuræ in* Aldenburgenſi *Cœnobio.*

An. 1251.

ex Autogr. VNIVERSIS Xpi fidelibus per Alemanniam conſtitutis, ad quos preſentes Littere pervenerint, *Frater* HVGO *miſeratione divina tt. Sancte* Sabine *preſbiter Cardinalis, Apoſtolice ſedis Legatus.* Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, — — ——

Cum igitur, ſicut Dilecta in Xpo Magiſtra, & Conventus monialium eccleſie in *Aldenburch* Premonſtr. ordinis Trever. dyoc. nobis ſignificare curarunt, quod Eccleſiam cupiant edificare opere ſumptuoſo, nec ad id ſibi proprie ſuppetant facultates; Vniverſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis a Deo vobis collatis pias ad id elemoſinas & grata eis caritatis ſubſidia erogetis, ut per hoc, & alia bona que Domino inſpirante feceritis, ad eterne poſſitis felicitatis gaudia pervenire.

Nos autem de omnipotentis DEI miſericordia, & btor. Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, Quadraginta dies de iniunctis ſibi penitenciis miſericorditer relaxamus. Quas mitti per Queſtuarios firmiter inhibemus, eas ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes. Inſuper tribus vicibus in anno, ſcilicet IIII[a] feria poſt Paſcha, & IIII feria poſt Pentecoſten, & in nativitate beate Virginis, omnibus ad ſupradictam eccleſiam convenientibus indulgenciam unius *Karene* miſericorditer relaxamus.

Datum MOGVNTIE Nonas Iulii. Pontificatus Domini INNOCENCII Pape* anno octavo.

* electus 1243.

LXVI.

LXVI. n.663.

De *bonis in* Rodenburnen.,,

An. 1251.

Ego Ysengardis Magiſtra Sanctimonialium in *Meroldis*, totusque Conventus ibidem, Profitemur, & per hanc Cedulam inſpectoribus notum facimus univerſis, quod unanimi conſenſu, voce & manu, univerſa bona noſtre Eccleſie, in *Rodenburnen* ſita, *Fratribus* de *Arnſpurg* pro decem libris denariorum libere dedimus ad emendum. Vt autem huiusmodi venditio rata & firma omni evo permaneat, Sigillo noſtre Eccleſie fecimus confirmari. Teſtes:

Rvdigervs Prior. *Fr.* Conradvs,
Fr. Gerlacvs, de *Arnſpurg*.
Iordanvs civis de *Geylnhuſen*.
Wigandvs Villicus de *Heylers*.
Herbordvs Centurio de *Libelabes*,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Dominice incarnationis anno MCCLI.

LXVII. n.664.

Card. Hvgonis.

An. 1253.

Frater Hvgo *miſeratione divina tt. Sancte* Sabine *Preſbiter Cardinalis*, *Apoſtolice Sedis Legatus.* Dilectis in Xpo Magiſtre & Conventui in *Aldenburch* - - - ſalutem in Domino. *ex Autogr.*

Licet is, de cuius munere venit ut ſibi a fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue, que merita ſupplicum excedit & vota, benefacientibus multo maiora retribuat

buat quam valeant promereri, volentes tamen populum red-dere Domino acceptabilem, Xpi fideles ad complacendum ei, quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis ſcilicet & remiſſionibus invitamus, ut ex inde reddantur divine gracie aptiores.

Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra congruis honoribus frequentetur, omnibus Xpi fidelibus vere penitentibus & confeſſis, qui memoratam eccleſiam veſtram feria tercia poſt Paſcha, feria tercia in Pentecoſten, proxima Dominica ante nativitatem beate Dei genitricis & Virginis Marie, in ſollempnitate beate Elyzabeth, in die dedicacionis ipſius eccleſie, & per octavas ipſorum ſingulis annis venerabiliter viſitaverint, Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus.

Datum *Colonie* pridie Idus Novembris. Pontificatus Domini Pape INNOCENCII *Quarti* anno decimo.

S. FRIS HVG - - - SABINE: PBRI: CARD.

Huius membranæ dorſo inſcriptum: „Fr. BERNARDVS de or- „dine Predicatorum ſcripſit, & fecit ſigillari. Orate pro eo „ & pro anima Matris eius.

n.665. LXVIII.

„*De renuntiatione ſuper quibusdam bonis in* Herliſheim.„

An. 1254.

VLRICVS de *Mintzinberg*. Tenore preſentium conſtare facimus univerſis Litteras has viſuris, Quod litigantibus coram nobis, Abbate & Conventu de *Arnſburg* ex una parte, & HEZECHINO & RVDOLFO Militibus fratribus *de Gunſe* ex altera ſuper Bonis in *Herliſheim* ſitis, que GISILBERTVS Miles *de Eſcheburnen* & Dna CVNEGVNDIS uxor ſua, communicata manu & communi conſenſu, *preſente Glorioſo*

rioſo Rege Romanorum HEINRICO, predicte eccleſie *Arnsburg* *in ſolempni Curia* FRANKINFVRT contulerunt; tam Abbas & Conventus quam pred. duo Milites *H.* & *R.* conſilio & arbitrio prudentum Virorum ſe ſubmiſerunt, eorum deciſionem & ordinationem in tota Cauſa ratam habituri: quorum nomina ſunt hec: Ex parte Abbatis & Conventus Dns FRIDERICVS de *Marburg* & WERNHERVS de *Colnhuſen*. Ex parte vero *H.* & *R.* Dns EBERWINVS de *Draba* *, D. EBERWINVS de *Garbinheim*, & D. CVNO de *Solmeſſe*. Super quos, Mediatores fuerunt nos VLRICVS de *Mintzinberg*, & WERNHERVS Scultetus noſter. * Trohe

Hi, tamquam Viri prudentes & diſcreti, preſenti negotio finem inponere cupientes, ſepedictos Milites ad hoc induxerunt, quod omni iuri quod in predictis bonis habere videbantur, renuntiaverunt libere & abſolute; ita quod nec ipſi, nec aliqui ſui heredes eorum ſucceſſivi d. Eccleſiam *Arnsburg* in dictis bonis tenebuntur inpetere aut gravare, ſed eccleſia titulo proprietatis ipſa in perpetuum poſſidebit.

Actum in *Mintzinberg* Anno Domini MCCL *Quarto*. Teſtes huius rei ſunt preſcripti Milites. EBIRWINVS & CVNRADVS fratres *de Cruftele*. ANSHELMVS de *Houewizela*. HEZECHINVS de *Gridela*: WERNHERVS de *Beldersheim*. MARQVARDVS filius *Wernheri* de *Kolnhuſen*. . . de *Huſtirsheim*, & alii omnes Caſtrenſes noſtri; & Dns CVNRADVS Plebanus in *Mintzinberg*.

In huius rei evidens teſtimonium, ad petitionem Partium preſentem Cedulam noſtro Sigillo fecimus roborari.

LXIX. n.666.

„*De renuntiatione bonorum in* Dudilsheim.

An. 1255.

ROSEMANNVS de *Kempenich*. Vniverſis Xpi fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium

Digitized by Google

Salvatore. Tenore preſentium proteſtamur, quod nos Donationem quam GODEBOLDVS & HILDEBVRGIS uxor eius *de Dudelsheim* Monaſterio in *Arnſpurg* fecerunt in agris pratis & vineis, que iure proprietario poſſederant, prout in litteris Caſtrenſium de *Glouburg* plenius continetur, ratam habemus; & quidquid iuris in prediĉtis bonis monaſterio prefato concedimus, & preſenti Pagina confirmamus.

Aĉtum Anno Domini MCCLV menſe Aprili. Teſtes huius rei ſunt

CONRADVS de *Rucbingen.*
WORTWINVS *Spedel.*
GERNANDVS de *Sten.*
HEINRICVS de *Confluentia.*
OTTO *Knoſſe*, & alii q. plures.

In huius rei teſtimonium evidens, preſens Scriptum noſtro Sigillo fecimus communiri.

n.667. LXX.

Hugonis *Epiſcopi* Sabinenſ. & Warmienſis.

An. 1255.

ex Autogr. H. *Dei gratia* Sabinenſis *Epiſcopus.* Vniverſis Xpi fidelibus in vero ſalutari ſalutem. Quoniam ut ait Apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive fuerit bonum ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire.

Cum igitur Conventus Sanĉtimonialium Ord. premonſtr. edificare Eccleſiam ad honorem Dei & B. V. M. in loco qui *Aldinburch* nuncupatur proponat, nec ad hoc proprie ſuppetant facultates; Vniverſitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis a Deo vobis collatis pias eis elemoſinas ero-

getis,

getis, ut vos per hec, & alia bona que Domino inſpirante feceritis, ad eterna poſſitis gaudia pervenire. Nos vero omnibus vere confeſſis & contritis qui ad predictam eccleſie Structuram manum porrexerint adiutricem, Annum venialium, & XL dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus.

Datum apud *Marburch.* Anno Domini M CC L V.

Appendet Sigillum, a prioribus in ſcriptura longe diverſum. Nempe ſic:

✠ S. FRIS HVGONIS DI GRA EPI WARMIE.

Warmia *eſt unus ex quatuor Epiſcopatibus* Pruſſiæ, *quos an.* 124. . *inſtituit* PP. Innoc. IV.

LXXI. n.668.

Oſilienſis *in* Livonia *Epiſcopi.*

An. 1255.

Frater H. Dei gratia Epiſcopus *Oſilie* de partibus *Livonie*, Ordinis Predicatorum. Vniverſis Xi fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam ut ait Apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal Xpi — — — — *ex Autogr.*

Cum igitur Dilecte nobis in Xpo Sanctimoniales in *Aldenburg* Ord. premonſtr. edificare eccleſiam ad honorem Dei & bte Virginis proponant, nec ad hoc eis proprie ſuppetant facultates, Vniverſitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus de bonis a Deo vobis collatis pias elemoſinas & grata eis caritatis ſubſidia erogetis; ut per hoc, & alia bona que Domino inſpirante feceritis, ad eterna poſſitis gaudia pervenire. Nos vero omnibus qui eis manum porrexerint adiutricem, omnium venialium, & XL dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus.

Datum Anno Domini M. CC. LV.

Digitized by Google

Indicatum Epiſcopi nomen per ſiglam H. *prodit integrum in appenſo Sigillo, ubi quippe ſic:*

S. HENRICI D. (*de*) ORD. PDIC. EPC. OSILIEN.

Hunc Antiſtitem ſacro Ordini hactenus fuiſſe ignotum, inde conſequitur, quod QVETIF, *æque parum ac* Fridericus STEILL* *mentionem eius ullam faciat.*

* EPHEMERIDES DOMINICANO-SACRÆ. Dillingen 1691. duo ſpiſſa volumina.

n.669. LXXII.

„*De Iurisdictione in* Wickenſtad.

An. 1255.

GERLACVS de *Yſenburg* omnibus imperpetuum. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec ſcripto nec voce teſtium roborantur. Sciant igitur tam preſentes quam futuri hoc ſcriptum intuentes, quod nos Iurisdictionem noſtram in *Wickenſtad*, quam HENRICVS miles, dictus *Goltſtein*, & FRIDERICVS miles frater eiusdem, & eorumdem progenitores, a noſtris progenitoribus & nobis iure feodali poſſederant, Dno Abbati & Conventui de *Arnſpurg* contulimus, libere & abſolute imperpetuum poſſidendam.

Ne igitur de hac noſtra Donatione ex omni parte rite celebrata tam nobis quam predicto Conventui ulla poſſit ſuboriri calumpnia, aut a noſtris ſucceſſoribus aliquatenus poſſit revocari; preſens Scriptum cumrobore teſtium fecimus communiri.

Acta ſunt hec Anno Domini MCCLV, ante Caſtrum noſtrum *Staden*. Teſtes autem huius facti ſunt WOLFRAMVS Scultetus de *Frankenfort*. EBIRHARDVS *Primo*. WOLFRAMVS de *Gewerde*. FRIDERICVS de *Stambeym*. HARTMANNVS *Halber*. GERNODVS Scultetus in *Staden*. BVRCHARDVS Notarius noſter. *Fr.* HENRICVS Cellerarius in *Arnſpurg*. *Fr.* CONRADVS de *Cazenfurt*. *Fr.* HENRICVS de *Wileburg*, & alii quam plures.

LXXIII.

LXXIII. n.670.

Ius patronatus eccleſiæ Vdenmünſter *confertur a* W. *de* B. *&* P. *de* H. *Ordini Teutonico.*

An. 1256.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* WERNHERVS de *Bolandia* & PHILIPPVS de *Hohenfels* Vniverſis preſentium inſpectoribus notitiam ſubſcriptorum.

Cum de vite medio migrant homines, littera manet ſuperſtes, que ad poſteros priorum transvehat actiones. Ad notitiam igitur univerſorum cupimus pervenire, quod nos Ius patronatus Eccleſie parochialis S. *Marie*, dicte *Vdenmunſter*, in civitate *Moguntina* ſite, quod nobis competit, ſive in cuius poſſeſſione vel quaſi hactenus fuimus preſentandi, liberaliter & propter Deum, cum voluntate filiorum ac aliorum heredum noſtrorum, ut ceſſet calumpnia que poſſet in poſterum ſuboriri, conferimus *Fratribus* de Domo hoſpitalis S. MARIE *Theutonicorum Ieroſolymit.*, ut, cum ipſam vacare contigerit, pleno iure ad ipſos pertineat in ſubſidium *Terre ſancte*, cum fructibus & utilitate omnimoda que exinde poterunt provenire. Renuntiantes preſentibus collationi, preſentationi & iuri, quod nobis competebat in eadem.

Et ut noſtra collatio, quam pro noſtrarum ac progenitorum noſtrorum animarum remedio fecimus & ſalute, firma & rata permaneat in preſenti & futuro, preſens Scriptum Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum.

Actum Anno Domini MCCLVI. Idus Auguſti.

Digitized by Google

n.671. LXXIV.

„*Super quibuſdam bonis in* Mulnheim *per Dnos* de „Solmſſe *Eccleſie* W. *adiudicatis.*

An. 1258.

ex Autogr. NOS HEINRICVS ſenior, Comes, HEINRICVS & MARQVARDVS nati ſui, *de Solmiſſe.* Tenore preſentium proteſtantes notum eſſe cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris; quod Decano & Capitulo *Wetſlarienſis* eccleſie ex parte una, & ALBERONE colono ipſorum de *Mulnheim* ex altera ſuper quibuſdam Bonis ibidem ſitis coram nobis civiliter diſceptantibus, cum idem *Albero* ſe in dictis bonis ius hereditarium affirmaret habere, dicti Decanus & Cap. ius ſuum in poſſeſſione proprietatis bonorum eorumdem, coram Iudicibus & Scabinis ad noſtra Iudicia deputatis, ſecundum Sententiam, *tam per Milites quam plebeios latam*, pleniſſime convicerunt; probantes, prefatum A. bona memorata non niſi iure colonario poſſediſſe; Vnde nos eadem Bona ſub protectione noſtra, auctoritate iudiciaria ponentes, dictos Decanum & Cap. in poſſeſſionem mitti fecimus corporalem.

In cuius rei evidentiam deputati ſunt Teſtes, qui tunc preſentes aderant. RVDOLFVS, de *Clen*, & HERMANNVS *Wetſlarienſis*, Plebani. ERWINVS Advocatus. * ERWINVS. WETZELO. * CVNRADVS *Milcbeling*. GERLACVS *Leſcbe*. CRAFTO & GERLACVS de *Lune*. Milites. ARNOLDVS *Monetarius* † Wetflar. Et alii quam plures.

Ne autem huic facto valeat in poſterum quicquam contrarium ſuboriri, preſentem Paginam conſcribi, & Sigillorum noſtrorum ‡ fecimus munimine roborari. Datum & actum Anno M. CC. LVIII. menſe Septembri.

* * *Vterque prognatus Stirpe nobili* de Garbenheim.

† *Non eſt nomen Officii, ſed Familia*, Muntzerer, *veterum Patrit.* Wetzlarienſium.

‡ a)

‡ *a*) ✠ SIGIL. HENRICI COMITIS DE SOLMSSE.

In ſcuto chlatros geſtat.

b) *decidit.* *c*) ✠ S. MARQVARDI IVNIORIS DE SOLMSSE.

Leo erectus cum falculis.

LXXV. n.672.

„De Vogdesberg & *ſuos coheredes*„

An. 1260.

Nos GISBERTVS de *Vogdesberg*, EMERCHO de *Wolveskelen*, ceterique coheredes noſtri, omnibus inperpetuum. Cum Leges, omniaque Iura divinitus ad hoc ſunt inſtituta, ut humana coherceatur audacia, tutaque reſedeat innocentia; dignum eſt, ut, quod Iuris auctoritate intermedia deciſum eſt, nullius temeritate poſtmodum ſuſcitetur.

Innoteſcat igitur univerſis Littere preſentis inſpectoribus, Quod cum inter Nos & coheredes noſtros ex una parte, Dn. Abbatem & Conventum monaſterii de *Arnsburg* ex altera, pro quodam Manſo, ſito in *Langengunſe*, quem CONRADVS Miles, dictus *Meiſenbuch*, & GERDRVDIS uxor ſua in ſalutis ſue remedium prelibato Monaſterio communicata manu contulerant, Diſcordia verteretur; tandem poſt multas litigationes ac altercationes prehabitas fuit inter nos & memoratos Dn. Abbatem & Conventum amicabilis inita Compoſicio, lege tali, quod videlicet nos, pro nobis & omnibus coheredibus noſtris dominio predicti manſi pure & ſimpliciter renuntiavimus; ita quod ſepedicti . . Abbas & Conventus eundem iure proprietario ſine contradictione qualibet debent imperpetuum poſſidere.

His itaque rite ac rationabiliter peractis, nos & dicti D. Abbas & Conventus hinc inde, Querelis noſtris univerſis, & contentionibus que preceſſerant adinvicem, renuntiantes, remanſi-

manſimus, tranquillitate pacis interveniente, in vere dilectionis gratia confirmati. Huius rei Teſtes ſunt hi:

GISELBERTVS Decanus Eccleſie *Wetſtarienſis.*
ORTHO. ARNOLDVS de *Derenbach.*
IOHANNES de *Linden:* Canonici *Wetſt.*
IOHANNES Miles ſenior *de Derenbach.*
EBERWINVS Advocatus *Wetſtarienſis.*
WENZELO de *Garbenheim:*
WERNHERVS de *Hattenrode.*
ADOLFVS de *Hucbelnheim.*
PHILIPPVS de *Linden.*
CONRADVS de *Kleen.* Milites.
RICHOLFVS filius *Gerberti.*
LVDEWICVS quondam Sculterus.
RICHOLFVS de *Brath.* BERNO ſenior.
CONRADVS de *Dridorff.* ECKELO.
WIGANDVS ſub Tuguriis.
HEINRICVS de *Dridorf.*
BERNO iunior: Scabini *Wetſtarienſes.*

Vt autem iam ſopita diſcordie materia nequeat in poſterum ſuſcitari, Sigilla Eccleſie & Civitatis *Wetſt.* . ad petitionem noſtram, cum Sigillis noſtris preſenti Cedule ſunt appenſa. Actum & datum *Wetſtarie*, Anno Domini MCCLX, menſe Iunio.

n.673. LXXVI.

„*DE bonis in* Widradishuſen„

An. 1260.

ACTIONES quas Mundus ordinat, oblivionem effugere poſſunt, ſi litterarum munimine fulciantur. Clareat

reat igitur univerſis tam preſentibus quam futuris, quod ego THEODERICVS dictus *Scuzper*, Caſtrenſis in *Nordecken*, & uxor mea SOPHIA, communicata manu & pari conſilio, tam propter DEVM quam ſalutem animarum noſtrarum contulimus Eccleſie in *Arnsburg* - - Bona noſtra in *Wydradisheim* ſita, ſingulis annis duos ſolidos levis monete, & unum pullum ſolventia. Et ipſa bona prefate Eccleſie coram probis Viris & ydoneis reſignavimus, quorum nomina ſunt ſubſcripta.

CONRADVS in *Winden*. HEINRICVS Miles, dictus *de Queckburne*.
HELWICVS Cellerarius maior.
RICHOLFVS Notarius Dni Abbatis de *Arnsburg*,
& alii quam plures.

In huius facti robur & perhennem firmitatem preſentes Litteras, quia ſigillum proprium non habuimus, Sigilli Dni *Wideroldi* munimine fecimus roborari. Actum Anno Domini MCCLX, menſe Auguſto.

LXXVII. n.674.

CHARTA ALBERTI MAGNI.

An. 1264.

F*rater* ALBERTVS, quondam *Epiſcopus* Ratisponenſis, *per Theutoniam & Boemiam predicator Crucis a Dno Papa deſtinatus*, Vniverſis Xpi fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam Conventum Dominarum in *Aldenburch* ordinis bti *Auguſtini* affectu amplectimur ſpeciali, modis omnibus ipſum promovere & honorare volentes; omnibus qui ad ſtructuram predictarum Dominarum de ſuis facultatibus manum porrexerint adiutricem, *Karenam* unam & annum de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. *ex Autogr.*

Datum *Moguntie* Anno Domini M. CC. LXIIII. VIII. Kal. Septembris.

Ddd ddd d *Pre-*

Digitized by Google

Præſentem chartulam eo gratiorem legentibus fas eſt augurari, quod eius Author ſit famigeratus iſte, totique notiſſimus Orbi, ALBERTVS MAGNVS: *E cuius vita*, T. I. Script. Ord. Prædd. *fuſe complexa, hac pauca ad celerem notitiam Præſulatus Albertini habendam, tranſcribo.* *

* Quetif p. 162. b

„Cum anno MCCLX oblata eſt ei ab *Alexandro* IV infula „*Ratisponenſis*, hanc non ſolum ſuaſu Magiſtri Ordinis F. „HVMBERTI, ſed ex innata humilitate quantum in ipſo fuit „detrectabat; at quantumvis renitens iubente Pontifice in„duere coactus eſt. Quam tamen Eccleſiam ubi duobus circiter „annis integerrime ſanctiſſimeque rexiſſet, tumultuum belli„corum quibus Epiſcopi Germani involvuntur pertæſus, ſua„viſſimique ſui quondam muſei memor, pedum paſtorale in„ter manus *Vrbani* IV reſignavit, ſuamque *Colonienſem* in cel„lam ſeceſſit, Scholæ noſtræ regendæ, ſcribendisque libris „totus deinceps deditus.

Et p. 168. in Notis:

„*Tolomaus* de *Luca* indicat, anno MCCLXII vel LXIII ab„dicaſſe, cum ait poſtea XVIII annorum ſpatio Lectorem „*Coloniæ* egiſſe ad mortem usque, quæ accidit an. MCCLXXX. „Litteras citat *Ghilbertus* - - -, ab *Alberto* MCCLXIII da„tas, quibus ſe *quondam Epiſcopum* ſignat.

n.675. LXXVIII.

„*Conſenſus Dnor.* P. & W. *fratrum* de Falckenſtein „*ſuper venditione Manſi* in Gulſe.

An. 1265.

PHILIPPVS & WERNERVS fratres *de Valckenſtein.* Vniverſis Xpi fidelibus has viſuris ſalutem in omnium Salvatore. Tenore preſentium profitemur, quod IOHANNES Miles de *Gridela*, dictus *Borgenſchilt*, communicata manu Vxoris ſue IRMENGARDIS, de noſtra licentia & permiſſione vendidit ARNOLDO de *Dudenhoven* civi *Wetſlar.* manſum in villa *Gulle* ſitum pro XXII marcis monete *Colon.*, quem a no-

a nobis & a noſtris progenitoribus titulo feodali noſcitur poſſediſſe; In cuius reſtaurum alium manſum in *Birkelar*, omnino proprium, nobis demonſtravit, ut ad illum feodi noſtri reſpectum habeamus. In huius rei evidens teſtimonium preſens Scriptum conſcribi, & Sigillorum noſtrorum robore fecimus communiri.

Actum Anno Domini MCC. LX. *Quinto.* Menſe Ianuario. Teſtes huius rei ſunt

HENRICVS de *Godeloch.*
WERNERVS & CVNRADVS,
fratres *de Beldersheim.*
Item WERNERVS de *Beldersheim.*
HEZZECHINVS de *Gunſe.*
HEZZECHINVS de *Gridela.*
GERHARDVS de *Huftersheim,*
IOANNES frater ſuus *de Birkelar.*
MARQVARDVS de *Colnhuſen.* Milites.

Item Scabini

HENRICVS in *platea Curruum.*
WIGANDVS *ante Portam.*
SIFRIDVS *Dives.*
HARTRADVS de *Eberſtat.*

In Gruningen

CVNRADVS de *Palheim.* OTTO Zengravius,
WERNERVS frater ſuus. WERNERVS *Scburge.*
MENGOTVS de *Holtzheim*, & alii quam plures.

Conſimilis tenoris Litteras dederunt REINHARDVS de Hagenowe *&* ENGELHARDVS de Winſperg, *in dominio* Minzenb. *Coheredes & ſucceſſores.*

LXXIX.

n.676. LXXIX.

Indulgentiæ Capituli generalis.

An. 1265.

ex Autogr. VNIVERSIS in Xpo fidelibus IOHANNES Dei paciencia *Premonſtratenſis* Abbas, & Abbatum eiusdem Ordinis Capitulum Generale ſalutem in omnium Salvatore. Quia ut ait Apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, — — — — —

Cum igitur Domus Sororum de *Aldenburg* Premonſtr. ord. Trev. dyoc. Eccleſiam de novo ceperit edificare, nec ad ipſam edificandam ſine veſtro & aliorum auxilio proprie ſuppetant facultates; veſtris & aliorum Xpi fidelium expoſcit & expectat Elemoſinis miſericorditer adiuvari; Vniverſitatem veſtram monemus, & in Domino propenſius exhortamur, quatinus, vobis de bonis a Deo collatis pias elemoſinas & grata eidem Domui ſubſidia caritatis miſericorditer erogetis. Nos autem Devocioni veſtre viciſſitudinem quantum poſſumus reddere cupientes, omnibus qui ad edificacionem Domus predicte ſuas elemoſinas duxerint transmittendas, plenam participacionem oracionum, & omnium Spiritualium beneficiorum que fiunt & decetero fient in univerſo Ordine noſtro, benigna concedimus caritate in Ieiuniis, vigiliis, Miſſis, oracionibus, & in pſalmis. Optantes, ut eundem fructum conſequantur ex illis, quem nobis ipſis deſideramus retribui, qui in ipſo Ordine tranſegimus dies noſtros.

Datum *Premonſtrati* in Capitulo Generali, Anno Domini M. CC. *Sexageſimo quinto.* Menſe Octobri.

LXXX.

LXXX. n.677.

Tranſactio celebris inter bina Capitula, metrop. Moguntinum & Bingenſe, *obiecti Decimarum.*

An. 1267.

IN NOMINE DOMINI. Amen. Nos TH. Decanus & Capitulum Eccleſie *Pinguenſis.* Cum Honorabiles viri, Domini, LVDOVICVS Decanus & Capitulum *Maguntinum* ſuper Decimis vinearum, ſingulis Prebendis & officiis noſtris attinencium, ſitarum infra Oppidum & territorium *Pinguenſe*; Nec non ſuper decima minuta ibidem, Item ſuper decimis villarum *Wilre*, *Alginsheim*, *Holzhuſen*, & *Munzetal*, eo quod iſte ville ſite ſint infra terminos Parrochie Pinguenſis, querimoniam nobis moverent; aſſerentes, quod totalis Decima parrochie *Pinguenſis* proprie deſcenderit ab Eccleſia *Maguntina*; & recolende memorie Domini Patres Archiepiſcopi Maguntini, olim, ſicut Eccleſie noſtre Pinguenſi dimidietatem decime predicte donaverint in Dotem, ita progenitoribus Nobilium virorum, de BOLANDIA, VALKENSTEIN, & ISINBVRG reliquam dimidiam partem eiusdem decime Pinguenſis iure conceſſerint feodali; & propter hoc, quia Laici eſſent, actionem ſuper decimis non viderentur habere; nos de vineis, dictis Prebendis & officiis noſtris attinentibus decimas non dederimus in commune; Nunc autem, cum ipſi Decanus & Capitulum *Magunt.* apud prefatos Nobiles dictam dimidiam Decimam oppidi & territorii predicti de conſenſu Venerabilis Patris Domini noſtri WERNHERI Archiepiſcopi *Mag.* redemerint, & ex eo quaſi ad dominium redierint, & ius primum;

ex Autogr.

Tandem, habitô Iuriſperitorum conſilio, mediantibus Diſcretis viris Sci *Petri* & S. *Stephani* Decanis, & S. *Victoris* Scolaſtico - -, pro bono pacis & concordie, inter ipſos Decanum & Cap. *Magunt.* & nos Dec. & Cap. *Pinguenſe* actio huius-

iuſmodi totaliter eſt deciſa. Ita videlicet, quod totam Decimam, tam maiorem quam minorem, ſitam infra oppidum & territorium *Pinguenſe*, colligamus inantea paribus laboribus & expenſis, & uſucapiamus ſimiliter equo modo. Nos quoque Decanus & Cap. *Pinguenſe* de omnibus vineis, Prebendis & officiis noſtris ibidem attinentibus, titulo quocunque poſſeſſis, habitis & habendis, in commune decimas exolvamus.

Renunciamus igitur per preſentes omni iuri, quod nobis tam ex montis, dicti *Kamberg*, quam dictarum vinearum noſtrarum decima, quam ſingulariter hactenus percepimus, conpetere forte poſſet. Ipſi quoque Decanus & Capitulum *Magunt.* vice verſa de omnibus vineis ſuis, ſitis infra oppidum & territorium Pinguenſe, titulo quocunque poſſeſſis, habitis & habendis deciment in commune. Renuntiant & ipſi etiam Domini Maguntini per preſentes omni actioni ſeu iuri, quod eis ſuper villarum *Wilre Alginsheim Holzhuſen & Munzetal* decima noſtra ſpecialiter, ſicut ipſis in Privilegio noſtro ſuper hoc confecto, quod gratum & ratum habentes approbarunt, oſtendimus, conpetere forte poſſet.

Ceterum nos Decanus & Cap. *Ping.* nuntios, reſpicientes dictarum villarum decimas noſtras, tales habebimus, ut iuramento ſuo declarent, quod neque ipſis Dominis Maguntinis, neque nobis per eos iniuria ulla fiat; Et de communibus nunciis noſtris omnibus aliis idem fiet. Item Campanario Eccleſie Pinguenſis, quod *contra auram venientem compulſet*, de communi torculari noſtro dimidiam Amam vini *Franci*, & tantundem *Hunici* dabimus in Autumpno.

Preterea prefati Domini *Maguntini*, & nos *Pinguenſes* compromittimus invicem bona fide, ut, ſi vel ex beneficio iuris, vel redemptione, Decimas de vineis Dni Prepoſiti *Maguntini*, vel alias ubicunque, in feodo ſeu titulo quocunque alio detinentur, ſitis infra Oppidum & territorium *Pinguenſe*, evincere, redimere, vel recuperare quoquo modo poſſimus, contribuamus labores & expenſas, & uſucapiamus ſimiliter equo modo.

Et

Et ne in poſterum ſuper his in perpetuum obſervandis poſſit oriri ſcrupulus aliquis queſtionis, promittentes invicem premiſſa omnia fideliter & inviolabiliter obſervare; preſentes Litteras Sigillis amborum Capitulorum noſtrorum ſigillamus in perpetuum munimen & teſtimonium ſuper eo. Actum *Maguntie* Anno Domini MCC.LXVII. VI. Idus Marcii.

LXXXI. n.678.

„*Littera de Anniverſario* Mgri RVDOLFI *Scolaſtici* „Wetfl. *in monaſterio* Hegene; *Et, ſi Monachi* „*ibidem aliquo anno neglexerint anniverſa-* „*rium, Canonici huius ca-* „*pient bona.*

An. 1267.

Frater GERHARDVS dictus Abbas, * totusque *ex Autogr.* Conventus in *Hegene.* Vniverſis Xpi fidelibus innoteſcat, Virum honorabilem & in Xpo dilectum, *Mgrm* RVDOLPHVM † Scolaſticum Eccleſie *Wetflarienſis*, nobis & Eccleſie noſtre ob honorem IHV XPI, & reverenciam glorioſe Virginis MARIE, animeque ſuum remedium & ſalutem dediſſe Quadraginta marcas & unam, denar. *Colon.* Nos vero cum quatuordecim marcis dictorum den. comparavimus bona in *Mellrbach* erga Viros religioſos de Domo Sci *Iohannis* in *Nydebe*; alios vero denarios, videlicet viginti & ſeptem marcas, depoſuimus in *Bienheim* pro quibusdam bonis, erga Dnm HARTMANNVM de *Buches* & fratrem ſuum WIGANDVM comparatis.

* *Redigere hunc oportet in* Abbatum *nomenclaturam, extantem* p. 273.

† *Stirpe prognatus nobili*, de Garbenheim.

Cum autem nullus hominum humana carere valeat conſolatione, nos dabimus eidem Mgro *Rudolpho* tres marcas quam diu

diu vixerit, infra Octavam nativitatis Domini, *Colon.* denariorum. Poſtquam autem viam carnis agreſſus fuerit univerſe, anno quolibet in ſuo anniverſario, cum devotione ſolita, prout noſtris familiaribus Amicis fieri conſuevit, faciemus eidem.

Notandum etiam, quod de prefatis denariis, tribus ſcilicet marcis, comparabuntur piſces, vinum, panis melior quam habere conſueverimus, & alia prout expedire videbitur neceſſaria, quibus ipſe Conventus noſter eodem die, anniverſario videlicet, poſſit aliquo modo recreari. Si autem hoc ſervitium anno aliquo neglectum fuerit, quod abſit, prefate tres marce a nobis illo anno Canonicis *Wetſlarienſibus* miniſtrabuntur.

Datum Anno Domini M. CC. LXVII. Feria ſecunda proxima poſt Dominicam *Letare.*

n.679.

LXXXII.

Vironenſis *Ep.* Theoderici.

An. 1267.

ex Autogr. BONITATE divina THEODERICVS Epiſcopus *Vironenſis.* Xpi fidelibus univerſis preſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino, Dei filio IHV XPO. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis in ipſorum glorificatione congaudens, in veneratione beate Marie ſemper virginis eo iocundius delectatur, quo ipſa, utpote mater eius effecta, meruit altius Sanctis ceteris in celeſtibus collocari.

Hinc eſt, quod cum nos ad Monaſterium venerabilis Dne GERTRVDIS Magiſtre, *filie beate* ELYSABETH, ſuarumque dilectarum filiarum in *Aldinburg* - - - perſonaliter acceſſiſſemus; inſpecta earumdem neceſſitate, eo quod Monaſterium & alias officinas inchoaverint opere ſumptuoſo, nec ad perficiendum proprie ſuppetant facultates; Omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui cum cordis contricione & humilitate in Dominica *Letare*, in die Paraſceves, in quartis feriis ebdomadarum

darum Paſche & Pentekoſtes; Dominica ante aſſumptionem B. Virginis proxima, in nativitate eiusdem, dedicacionum ſuarum, Luce ewangeliſte, B. Elyſabeth, Nykolai Ep. & Conf. feſtivitatibus locum viſitaverint antedictum; Quique eisdem ſanctimonialibus ad ipſarum inopiam ſublevandam quocumque tempore manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis Dei miſericordia, & . . P. & P. —, ac ea, quam nobis licet indignis Deus contulit auctoritate confiſi, Annum venialium unamque *carenam*; peccata oblita, vota fracta ſi ad ea redierint, Offenſas patrum & matrum ſine violenta manuum iniectione, Iuramenta que fiunt absque tactu reliquiarum ſeu Ewangeliorum, & violationes dierum celebrium in nomine Domini miſericorditer relaxamus. Inſuper *quotienscunque a* Fratre Ordinis Predicatorum *in predicto loco verbum Dei populis predicatur*, XXX dies; omnibusque ad Hoſpitale beate *Elyſabeth* eidem loco vicinum * manum prebentibus adiutricem, XL dies in nomine Domini relaxamus.

* *hodie nullum.*

Datum *Wetſlarie* in die *Mauricii* ſociorumque eius. Anno . . M. CC. LX *Septimo.* Pontificatus noſtri anno XX°.

LXXXIII. n.680.

„*De manſo in* Beldersheim, *quem vendiderunt Nobiles Dni* P. & W. *de* Minzinberg.

An. 1268.

PHILIPPVS & WERNHERVS fratres *de Falkenſtein* omnibus imperpetuum. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec voce teſtium, nec ſerie litterarum fuerint commendata. Noverint igitur tam preſentis temporis quam futuri, ad quos preſens Scriptum pervenerit, univerſi; quod nos de conſenſu & voluntate unanimi GVDE, noſtre ſororis *de Bikenbach*, vendidimus Dno . . Abbati & Conventui - - de *Arnſpurg* Manſum noſtrum in villa *Beldersheim* ſitum, pro XXX

marcis *Colon.* denar. quas nobis ex integro fideliter perſolverunt; promittentes Eisdem & facientes iuſtam & veram warandiam, prout moris eſt, - - ſuper eo. Teſtes huius rei ſunt

MARKOLFVS de *Hulshoven.*
CVNRADVS dictus *Colbendenſel.*
IOHANNES de *Oſſenheim.*
MARQVARDVS de *Kebele*,
& IOHANNES de *Birkenlar*; Milites & Caſtrenſes noſtrarum in *Minzenberg* & in *Aſſenheim* munitionum.

VT autem hec noſtra venditio a noſtris heredibus ſucceſſivis inpoſterum non poſſit nec debeat revocari, preſentem Scedulam noſtris Sigillis duximus roborandam. Actum & datum Anno Domini MCCLXVIII, pridie Kal. Marcii.

n.681. LXXXIV.

DE *maldro tritici, in anniverſario* Vlrici *militis,* Wormatiæ *ad D.* Andream *diſtribuendo.*

An. 1270.

ex Autogr. WERNHERVS Decanus totumque Capitulum Eccleſie Sci *Andree* Wormatie. Noſſe volumus omnes preſencium inſpectores litterarum, maldrum tritici bone mem. VLRICVM Militem, filium GERHARDI *Magni* militis, nobis & Eccleſie noſtre ſuper Curia ſua, in vico Canum extra Muros *Worm.* . ſita, pro ipſius anime remedio ſingulis annis in Anniverſario ipſius diſtribuendum preſentibus, contuliſſe; Huiusmodi tamen condicione interiecta, quod quandocunque HEINRICVS *Camerarius* Miles vel ſui heredes in recompenſam maldri tritici predicti aliud maldrum nobis - - in loco certo comparent ſeu deſignarent, ex tunc predicta Curia, cuius poſſeſſor eſt dictus *Heinricus*, a maldro prehabito eſſe deberet penitus abſoluta.

Fate-

Fatemur itaque, dictum H. ***Camerarium*** erga nos & Eccleſiam noſtram maldrum tritici ſuis denariis, quibus pagati ſumus in integrum, comparaſſe in recompenſam maldri prioris; quod maldrum de Granario noſtro ſingulis annis preſentabimus piſtandum, & diſtribuendum in Vigilia Exaltacionis Sce Crucis; in qua vigilia anniverſarius dicti *Vlrici* occurrit, Fratribus tunc exiſtentibus preſentibus, quando dicti *Vlrici* habetur memoria ſalutaris. Dicentes d. *Camerarium* & ſuos heredes, nec non Curiam prehabitam, a maldro tritici pred° perpetuo abſolutos.

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram Sigillo Capituli noſtri dedimus communitam. Actum Anno . . M. CC. LXX. Feria ſecunda poſt Dominicam *Miſericordia Dni.*

LXXXV. n.682.

Solennis permutatio Bonorum, celebrata inter Coniuges Ill. Spanheimenſes *&* Ingebrandum *de* Monzingen.

An. 1270.

QVONIAM ea que geruntur in tempore, cum *ex Autogr.* lapſu temporis elabuntur, neceſſe eſt ipſa ſigillis & litteris perhennari. Nos igitur IOHANNES, Nobilis *de Spanheim*, & ADELHEIDIS uxor noſtra notum facimus univerſis preſens ſcriptum viſuris, quod nos univerſa Bona INGEBRANDI, dicti de *Munzichen*, Civis in *Crucenachen*, & GVDE uxoris ſue, videlicet domos, celaria, areas, edificia qualiacunque, agros & prata, intra & circa *Kyrperg* ſita, ad valorem centum marcarum minus V. marcis denariorum *Colon.* taxata; ut ipſis bonis utamur eo iure & conſwetudine quibus ipſi hec actenus poſſederunt, per Concambium nobis attraximus in hunc modum, quod eis renunciantibus his omnibus poſſeſſionibus ſupradictis coram Sculteto & Scabinis noſtris in *Kyrperg*, nos eisdem *Ingebrando* & *Gude*, eorumque heredibus in perpetuum, vice verſa pro illis ſuis bonis hec bona noſtra contulimus ſubnotata.

Scilicet agros noſtros, vulgariter dictos *Vrebte*, inferius apud Civitatem *Crucenacben*, inter Montem & fluvium dictum NA, *in der Ouwen* ſitos. ITEM agros noſtros dictos *Vrebte*, ſuperius apud civitatem *Crucenacben* ſecus Rivum *Elre* ſub *Lintbelden*, & agrum dictum *Eſyr* ibidem ſitum. ITEM vineam noſtram, que olim fuerat EMBRICHONIS de *Volkisbeim*, inferius apud pomerium ſitam ſecus viam. ITEM Piſtrinum noſtrum iuxta forum in *Crucenacben*, in quo mulier NETA reſidebat.

Que omnia Bona prefatis INGEBRANDO ſueque Vxori, eorundem quoque heredibus, tali perpetualiter poſſidenda libertate, quod vulgariter *Vri eigen* dicitur, reſignavimus coram Sculteto & Scabinis Civitatis noſtre *Crucenacben* antefate. Plenariam ſibi dantes facultatem dicta bona vendendi, conferendi, commutandi, & pro animabus ſuis legandi, ſive de his faciendi pro omni ſue beneplacito voluntatis.

Ceterum, ſi Caſtrum & civitatem *Crucenacben* per diviſionem cum noſtris fratribus & ſororibus faciendam, aut quocunque modo alio a nobis alienari contingeret; promiſimus fide bona, & ad hoc ſub preſentis ſcripti nos teſtimonio obligamus, quod memoratum Caſtrum & civitatem non prius reſignabimus, nec ipſorum alienationem aliquatenus admittemus, niſi prius Perſona talis ad quam hoc Caſtrum & Civitas taliter devoluta fuerint, hec preſcripta que prelibatis *Ingebrando* & *Gude* promiſimus, illeſa & inconvulſa conſervare promittat, quemadmodum & nos, ſuis datis ſigillis & litteris ſuper eo.

Acta ſunc hec, coram Comite MARQVARDO de *Solmiſſe*, Affine noſtro. WILLICHONE filio *Hadewigis*, ARNOLDO *Kindelini*, Caſtrenſibus noſtris in *Spanbeim*. Item PHILIPPO & ALBERTO fratribus, & HENRICO de *Sobernbeim*, Caſtrenſibus noſtris in *Bekkilnbeim*. Item SILMANNO *Scube*, RVZONE, HENRICO de *Suſersbeim*, & THEODERICO de *Brizzenbeim*, Caſtrenſibus noſtris in *Crucenacben*. Item IOHANNE dicto *Struppelbabern*, Caſtrenſe noſtro in *Dille*; & coram aliis quam pluribus fide dignis.

In

In cuius rei teſtimonium & debitam firmitatem, noſtris, & Dni EMECHONIS Soceri noſtri, ac FREDERICI Sororii noſtri, Comitum *de Liningen*; RVPERTI *Hirſuti*, & MARQVARDI de *Solmis*, Comitum; & WILLICHONIS militis predicti, nomine Militum memoratorum, Sigillis preſentem Cedulam duximus roborandam.

Ad maiorem quoque huius rei notificationem, de *Crucenachen* & de *Kyrperg* civitatum, coram quarum Iudicibus & Scabinis hec geſta ſunt, Sigilla preſentibus ſunt appenſa. Actum & datum Anno Domini M. CC. *Septuageſimo*. In Menſe Maii.

Quot intus memorantur ſigillantes, totidem appendent ſericei funiculi. Horum tres Ceris ſuis denudati ſunt. Deficit enim Ima: Ioannis *Com.* de Spanheim: 8, 9, Crucenac. *&* Kirchb. *Sex reliqua typos ac inſcriptiones gerunt ſequentes.*

a) S. ADELHEIDIS COMITISSE DE SPANHEIM. *Comparet plena ſtatura, inter frondes arborum, Vola portans aviculam.*

b) SIGILLVM EMICHONIS COMITIS DE LININGEN. *Et hic ex integro ſe præbet conſpiciendum. Toga veſtitus talari, capite inoperto. Clypeum a Solo ſtantem ſiniſtra manu ſuſtinet, erecto Leone ſignatum.*

c) SIGILLVM FRIDERICI COMITIS DE LININGEN. *Includitur hac epigraphe Scutum, ex tribus conſtans Avibus, Familiæ Illmæ genuinis; ita ut ſignum iſtud Leonis, quo Comes* Emicho *utitur, denotet cauſam aliquam peculiarem.*

Comparando nunc verba, quæ de ſigillis facit diplomatis Auctor, [IOANNES Spanhemius] *nimirum hæc:* Dni EMECHONIS Soceri noſtri, ac FREDERICI Sororii noſtri: *ſequi patet,* ADELHEIDIM, *ipſius Coniugem,* Emichonis *eſſe Filiam, &* Friderici *Sororem.*

d) SIGILLVM RVPERTI COMITIS HIRSVTI. *Leo cum teſſerulis, ad inſtar* Naſſovici.

e) S. Marcwardi Com. de Solmisse. *Rupertino prorſus eſt æquale.*

f) S. Willekonis Mil. de Spanheim. *Trabs diagonalis, teſſelata.*

n.683. LXXXVI.

„Privilegivm *ſuper* IIII *Iurnales vinearum, quos* „*Abbas in* Nuenſtat *&* Soror *ſua* „*nobis legaverunt.*

An. 1271.

Conradvs, dictus Abbas in *Nuenſtat* omnibus in perpetuum. Rei geſte ſeries eapropter Libris inſeritur, ne proceſſu temporis oblivio de facili ſuſcitetur. Hinc eſt, quod ad notitiam multorum tranſire volumus per preſentes, quod Nos, & Irmengardis ſoror noſtra, femina religioſa de *Geylnhuſen*, communicatis manibus & bona voluntate, ad honorem DEI & ſue Matris glorioſe, in remedium animarum noſtrarum & omnium Parentum noſtrorum, contulimus Eccleſie de *Arnsburg* Ord. Cyſt. quatuor Iurnales vinearum, ſitos in Monte apud *Geylnhuſen*, qui vulgariter *Guldenetor* appellantur; reſignatis eiſdem in manus Dni Abbatis & Conventus Eccleſie memorate. Ita dumtaxat, ut eosdem ſuis uſibus mancipent incontinenti, ad omne ius & commodum quo nos ipſos poſſedimus hucuſque multis annis iam elapſis, ut nobis annuatim quam diu vixerimus medietatem proventuum eorumdem, prout ipſis provenerint, annis ſingulis ante Torcular in *Geylnhuſen* autumpnali tempore fideliter aſſignare teneantur. Cum vero unus ex nobis obierit, quarta pars ipſorum proventuum cum ipſo penitus expirabit, & cedet Eccleſie prenotate. Ita ſane, ut in Anniverſario decedentis duo *Talenta denariorum* in recreationem Conventus, a Cellerario maiore - - - ſine ambiguitate qualibet amminiſtrentur. Poſt obitum autem utriusque Noſtrum IIII Talenta denar. in anniverſariis noſtris, ſicut ex-

expreſſum eſt ſuperius, irretractabiliter ab eodem Cellerario annis ſingulis dari debent ad *conſolationem* Conventus ſepedicti. Teſtes huius rei ſunt

Dns HERMANNVS Prepoſitus in *Selbolt.*
WIGANDVS Plebanus ibidem.
VLRICVS Plebanus in *Grunda.*
HENRICVS Portarius de *Arnsburg.*
BERTOLDVS Scultetus in *Geilnhuſen.*
RVDEGERVS & HERBORDVS fratres,
dicti *de Creienvelt.*
ANSHELMVS cognomento *Vngefuge*, *
ERNESTVS iunior, Cives in *Geylnhuſen.*
Et alii quam plures fide digni.

* *Iſthoc eſt nomen Familiæ, qua* CONR. Neoſtad. *Abbas, cum* IRMENG. *ſorore ſua, ortum in civitate* Gelnh. *trahebat.* [Ex aliis chartis.]

Vt autem hec noſtra collatio inviolabilis permaneat, preſens Scriptum noſtro Sigillo duximus roborandum. Actum Anno Domini MCCLXXI, menſe Aprili.

LXXXVII. n.684.

Caſtrenſes Dapiferorum de Alzeya *renuntiant Iuri patronatus* Albeckcenſi, *habito a Nobilibus viris* de Randeck.

An. 1272.

PHILIPPVS & GERHARDVS Dapiferi in *Alceya.* Tenore preſentium palam fieri volumus, proteſtando manifeſte; quod conſtituti in preſentia noſtra PETRVS & GOTZO, fratres, Filii LVFRIDI militis *bone mem.*, Caſtrenſes *ex Autogr.*

ſes noſtri, collacioni ſive iuri Patronatus quod habebant vel habere dinoſcebantur in eccleſia de *Albeka* a nobilibus viris, * ita autogr. GOTZONE & IOHANNE *de Randecke*, racione feodi . . * Patri ipſorum antedicto & ipſis conceſſo, renunciaverunt libere & preciſe, ſemota qualibet actione ac liti, ipſis & eorum heredibus impoſterum conpetenti.

In cuius rei memoriam evidentem, preſentem Litteram ad eorundem peticionem duximus roborandam. Actum Anno Domini M.CC.LXXII. XIIII Kal. Marcii.

n.685. LXXXVIII.

„*Super refectione in* Eberbach *in feſto Trinitatis*„

An. 1272.

ex Autogr. Nos *Frater* RICHOLFUS dictus Abbas, totusque Conventus monaſterii in *Eberbach*. Ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod cum olim *bone mem.* THEODERICUS Sculterus in *Okkenheim*, & ADELHEIDIS uxor ſua pari voto & manu unita, ſe & omnia bona ſua que habebant in villa *Okkenheim*, tam in agris quam in vineis, domibus, aliisque attinenciis univerſis, pro ſuarum - - - remedio animarum pred. Monaſterio noſtro - - contuliſſent; hac interpoſita pactione, quod Cellerarius coquine noſtre - - de proventibus bonorum eorundem, annuatim in feſto ſancte Trinitatis in quatuor Amis vini *franci*, albo pane & piſcibus, Conventui noſtro ſervire deberet liberaliter & honeſte; partem reliquam ipſorum proventuum in uſus noſtros convertendo, & prebendam noſtram ſicut melius poſſet in victualibus emendando; Et ſi forte talis ordinacio in poſterum anno aliquo minus obſervaretur, fructus proventuum bonorum erundem cedere deberent Eccleſie *Pinguenſi* in integrum, tantummodo illo anno.

Quia poſtmodum nos . . Abbas & Conv. in *Eberbach* bona eadem, de ſcitu & permiſſione - - Capituli . . *Ping.* neces-

neceſſitate urgente vendidimus, ea ad utilitatem noſtre eccleſie convertendo; quedam alia bona noſtra in *Budensheim* ſita, videlicet tria iugera vinearum apud murum, ITEM alia quatuor iugera ipſis tribus . . adiacencia, ITEM in vicino ibidem duo iugera iuxta fontem, vice & loco pred. bonorum venditorum, pro habundanti cautela declaramus & nominamus, ut ſubiaceant modis & condicionibus antedictis.

Hoc ſane adiecto, ut ſi aliquo anno - - - ordinacionem preſcriptam non curaverimus obſervare, nos illo anno *Pinguenſi* eccleſie ad ſolucionem duorum vaſorum *Franci* vini, vel XVI marcarum, quod eorum pocius elegerint, Pene nomine teneamur. Petentes has Litteras Sigillis venerabilium Dnor. Iudicum ſancte Maguntine ſedis, Dominorum, de *Clauſtro*, de *Otterburg*, de *Arnisburg*, & de loco *ſancte Marie* Abbatum, una cum noſtro Sigillo communiri in evidens teſtimonium & robur omnium premiſſorum.

Actum Anno Domini M. CC. LXXII. Menſe Maii.

LXXXIX. n.686.

„DE *bonis in* Superiori Hergeren, *que dedit nobis* Elizabeth, *mater* Fratris CONRADI *de* Dreyſe.

An. 1272.

NOS PHILIPPVS & WERNHERVS fratres *de Valkenſtein* omnibus in perpetuum. Ad evitandum omne ſcandalum, & cuiuslibet gravaminis incentivum quod a poſteris ſuboriri poſſet penitus enervandum; Conſtare volumus univerſis has litteras inſpecturis, quod Dna ELYZABETH, filia quondam Dni CVNRADI, Advocati *de Dreiſe*, accedente conſenſu Dni WERNHERI Militis fratris ſui, & Dni GERHARDI de *Huftersheim*, Mariti ſororis prefate *Elyſabedis*, nec non & omnium coheredum ſuorum, in remedium anime ſue, amo-

Digitized by Google

remque filii ſui *Fratris* CVNRADI Monachi de *Arnsburg*, omnia bona ſua in *ſuperiori Hergeren* ſita omnino propria, ſolvencia ſingulis annis novem octalia tam tritici quam ſiliginis menſure *Mynzenb* . . & Solidum levium denariorum, contulit Eccleſie *Arnsburgenſi* - - ſub hac forma, ut proventus ipſorum bonorum, quoad vixerit percipiat libere & quiete; & poſt mortem ſepedicte Matrone bona prenominata ſine omni contradictione omnium coheredum ſuorum cedent Eccleſie memorate, libere & abſolute in perpetuum poſſidenda. Huius rei Teſtes ſunt

WERNHERVS Advocatus *de Dreyſe*,
frater eiusdem *Elyſabedis*.
GERHARDVS Miles, dictus *de Huſtersheim*.
HETZEKINVS Miles *de Gridela*,
& alii quam plures fide digni.

Vt autem hec Donatio firma ſit & inviolata, preſentem Litteram appenſione Sigillorum noſtrorum decrevimus roborari. Datum & actum apud *Mynzenberg*, Anno Domini M. CC. LXX *ſecundo*. In die *Lucie* Virg. & Martiris.

n.687. XC.

DE *libertate ſecationis in* Bucheſecke,,

An. 1272.

HEINRICVS *Dei gratia* LANTGRAVIVS, Terre Haſſie *Dominus*. Tenore preſentium recognoſcimus & notum eſſe volumus univerſis; Quod nos, de innata nobis pietate Eccleſiam in *Arnsburg* eo dilectionis & favoris amplectimur affectu, quod Curiam in *Bucheſecke* ſitam, eidem Eccleſie attinentem in tali conſtituimus privilegio libertatis, quod ſemper in poſterum qualibet ſeptimana, ſecundum *antiquum ius. Militum*, quod *Ritterſgewer* vulgariter appellatur, cum uno Curru ſecare debet in nemore noſtro, quod *Wiſchervvalt* nuncu-

cupatur. * Vnde volumus & diſtrictius inhibemus, ne aliquis Officiatus noſter, vel Sculteтus ſive quelibet alia perſona, predictam Eccleſiam in hac noſtra conceſſione & libertate audeat perturbare.

* *Ex hac locutione diſcimus. ſylvam,* (Wiſeckerwald) *in qua Monaſterium* Schiffenb. *olim fundabatur, tranſiiſſe a* Cleypergiis *&* Tubingenſibus *ad Domum* HASSIACAM.

Datum & actum *Grunenberg*, Anno Domini MCCLXXII, in die *Thome* Apli. Teſtes huius rei ſunt

IOHANNES dictus *Aureus.* EMBRICHO, cognomento *Strebekoz.* KNIBO iunior, Milites, Caſtrenſes noſtri in *Grunenberg.*

VOLCNANDVS de *Buchbeſecke.* HEINRICVS & VOLPERTVS fratres, dicti *de Saſſen.*

THEODERICVS & SIBOLDVS fratres, filii Dni *Petri* de *Saſſen*, Cives in *Grunenberg.*

Et alii quam plures fide digni.

Ne igitur aliquis ſucceſſorum noſtrorum, vel aliquis hominum hanc noſtram conceſſionem & libertatem predicte Eccleſie factam infringere preſumat, preſentes Litteras noſtro Sigillo fecimus roborari.

XCI. n.688.

A *Commiſſario Apoſtolico citatus* H. miles *de* Boſenheim, *ad reſpondendum libello* G. de Randeck, *mittit Procuratorem.*

An. 1273.

HONORABILI viro, Dno Cuſtodi Eccleſie Sancti *Martini* in *Wormatia*, Iudici ut aſſerit a Dno Cuſtode Sci *Pauli* ibidem, Iudice a Sede Apoſtolica delegato, Subdele- *ex Autogr.*

gato,

gato, HERTWICVS Miles de *Boſenheim* ſalutem, & quicquid poteſt obſequii & honoris.

Ad reſpondendum libello GOTFRIDI Militis *de Randecken*, michi Diem, videlicet Octavam bte *Agnetis* virginis, prefixiſtis coram vobis; Cui diei, (*quia*) pre metu rerum & corporis intereſſe non potero, GERLACVM Plebanum in *Rockenhuſen* familiarem meum, Procuratorem meum conſtituo. Dans eidem poteſtatem liberam, pro me & nomine meo locum tutum petendi ad reſpondendum ipſi libello ſi ex Iure debeo, ſive eciam appellandi ſi neceſſe fuerit, & faciendi omnia, que debet vel poteſt facere Procurator legaliter inſtitutus, vel que ipſe facerem ſi perſonaliter intereſſem; Sive eciam alium ſubſtituendi, ſi ſibi viſum fuerit expediens & conſultum, quousque ad me, ipſam eam duxero revocandam. Promittens nichilominus pro predicto G. plebano ſub ypotheca rerum mearum, iudicatum ſolvi. Ratum & gratum habiturus, quicquid idem racionabiliter egerit in premiſſis. Et hoc vobis & parti adverſe ſignifico per preſentes. Sigillum proprium non habeo, uſus ſum ſigillo Honorabilis viri Dni Prepoſiti de *Flanheim.*

Datum Anno Dni *M. CC. LXX tertio.* Feria quinta infra Octavam bte *Agnetis* virginis.

n.689. XCII.

„*De Bonis in* Gulle, *cum Iure patronatus ibidem, a nobis emptis.*

An. 1275.

GERDRVDIS relicta GVMPERTI de *Curia* in *Ameneburg*, WIDEROLDVS, VOLPERTVS, GVMPERTVS, ADOLFVS, HARTMVDVS, WIDEROLDVS, GVMPERTVS, ALHEIDIS, HILDEGARDIS, ALBRADIS, GERDRVDIS. Vniverſis Xpi fidelibus - - in perpetuum.

Nove-

Noverint univerſi tam preſentes quam futuri, quod ego GERTRVDIS relicta predicti *Gumperti* Militis, coniunctis manibus preſcriptorum *Puerorum meorum*, omnia Bona mea, ſita in villa que dicitur *Gulle*, que proprietatis titulo hactenus poſſedi, vendidi Venerabilibus & in Xpo dilectis, HELWICO Abbati & Conventui in *Arnſpurg*, pro XXVI marcis *Colon.* denar. cum univerſis attinenciis ſuis; Iure patronatus Capelle ibidem, areis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, proprietatis forma perpetuo poſſidenda.

Et quia quidam de predictis pueris, *Hartmudus* videlicet, *Wideroldus* * *Gumpertus* * *Gerdrudis* * nondum ad annos diſcretionis pervenerunt, ideo dignum duxi pro eis fideiuſſores ponere; ut, dum ad annos diſcret. pervenerint, ſuper prefatis bonis abrenuntiationem plenam faciant & condignam. Fideiuſſores vero ſunt EMBRICO de *Wolveskelen*, CONRADVS de *Erfrideshuſen*, CONRADVS de *Mardorf*, ADOLFVS filius WIDEROLDI militis *de Nordecken*, ECKEHARDVS de *Hohenfels*,

Fff fff f 3

* * * „Nos WIDEROLDVS Rector Eccleſie in *Hadebradishuſen*, & GVMPERTVS Rector eccl. in *Aldenkirchen*, fratres, Filii quondam GVMPERTI Militis, dicti de *Curia*, & GERDRVDIS Coniugum, recognoſcimus — — — (1316) Dominica *Reminiſcere*.

„Ego GVMPERTVS Sacerdos, Rector eccl. in *Aldenkirchen*; & Vicarius Eccleſie *Wetflarienſis* - - - -, Quod cum dilectam ſororem meam, GERDRVDIM, Vxorem ZABELONIS de *Verſe* † cum inſtancia - - interrogarem, utrum renunciaverit, & conſenſum adhibuerit vendicioni Curie . . in *Dorfgulle*, Monaſterio de *Arnsburch* per quondam . . Matrem meam, . . fratres, & . . ſorores meas facte; Ipſa michi ſana mente & corpore reſpondit, & publice confeſſa fuit, quod certa ſit, ſe ſuum conſenſum expreſſum - - - adhibuiſſe. — — — —— (1316) feria 2 poſt Dnic. *Reminiſcere*.

† Ruſe von Ferſe, Richter des Heilgen Richs zu Wetzflar, ecc. an. 1456.

ſels, Milites; CRAFTO de *Suenisburg*, WIDEROLDVS, VOLPERTVS, GVMPERTVS fratres. Iſti, ore ad os, manu ad manum fide data promiſerunt pro pred. pueris ſtare modo fideiuſſorio, donec impleant annos legitime diſcretionis. Additur etiam, quod ſi aliquis fideiuſſorum medio tempore Domino vocante deceſſerit, *Wideroldus*, *Volpertus* & *Gumpertus* fratres alium fideiuſſorem infra menſem pro eo ſtatuent, alioquin ex tunc commoniti - - - *Ameneburg* intrabunt, nunquam exituri, donec promiſſum fuerit adimpletum. Si vero ultra menſem hoc implere neglexerint, ceteri fideiuſſores commoniti ibidem intrabunt, ſub ea forma que iam dicta eſt; quod ſi negligentes extiterint, ex tunc violatores fidei iudicantur.

Teſtes huius rei ſunt predicti Fideiuſſores. Dns BERTRAMVS Rector Eccl. in *Ameneburg*. LODEWICVS & GERHARDVS fratres, dicti *de Selheim*, Cives ibidem. Item in *Vodesberg*, HENRICVS *Zukſwert*. WERNHERVS filius CONRADI *Mosbunt* de *Buchesecke*. Item in *Elenboch*, HEINRICVS de *Derſe*. MEINGOTVS *Knibo*. CRAFTO de *Hatsfeld*, Milites. ARNOLDVS de *Hohenvels*. Item in villa *Echzile*, WICKNANDVS Viceplebanus, EBERHARDVS Miles. BERTOLDVS Centurio. - - - & alii quam plures.

Vt autem huius rei veritas firma permaneat, preſentem Litteram Sigillis - - - - fecimus roborari. Actum in pred. Opido *Ameneburg*, Anno Domini MCCLXXV, in die beati *Thome* Apoſtoli.

n.690. XCIII.

Hohenfelſius, *rancorem inter Suos & illum* de Randeck *coortum, vult curare deponi.*

An. 127..

ex Autogr. NOS IOHANNES de HOHENVELS *Imperialis Aule Camerarius.* Conſtare cupimus preſencium inſpectoribus

bus univerſis, quod ſuper diſcordia ſive rancore, qui vertebatur inter GOTFRIDVM de *Randecke* militem & noſtros, ſecundum omnem ordinacionem EMBRICHONIS & IOHANNIS de *Randecke*, militum & Caſtrenſium noſtrorum, promiſimus & promittimus bona fide, quod quoſcunque de noſtris idem *Gotfridus* ſuper amiſſione pecorum ſicut aſſerit incauſare voluerit, ad debitam ſolucionem tenebimus, vel ad iuſticie conplementum. Hoc adiecto, quod ſi aliquis in hac cauſa de noſtris forte, quod non credimus, ſolucionem vel iuris conplementum non fecerit, de hoc faciendo nos ipſum fideiuſſorem preſentibus obligamus; excluſo eciam omni dolo & fraude quod nobis utrobique poſſet eſſe nocumenti.

Datum apud *Hobenvels*, Dominica poſt Omnium Sanctorum.

XCIV. n.691.

Comes EMICHO *de* Leiningen *notum facit*, *Caſtrenſem* ſuum FRIDERICVM de Lautersheim *ceſſiſſe ius Patronatus Eccleſiæ in* Bibelheim, (*ab* Emichone *feudalem*) GODELMANNO *Baroni* de Libenberg, *Vxorique* MECHTILDI Schwarzenbergiæ. *&c.*

An. 1276.

Wir Greve EMICHO von Liningin dun allin den cunt die diſin brif geſehint obir (oder) gehorint leſin, Daz Friderich von Lutersheim unſir Borchman zu Liningin vor unſ ſich veriehent hat, daz er den Kirchſaz zu Bibilnheim, der von uns rurit, ſol wider of lazin Godelmanne deme Vrien * von Lybenberc, unſerme Borcmanne zu Liningin, unde - - Methilde ſiner Wirtten, die da heizet von Swarzinberc; ſo wanne Friderich der Paffe, des vor genantin Friderichs ſun offe die Kirche wirt geſezit unde gewerit. Wir iehen awch an dieſeme brive, abe Friderîche

ex Autogr.

* Frey, Liber Baro.

che diſe vor genanthe Kirche wirde angewinnin, bit rethe (Reche) ober bit gewelde, daz er deheine anſprache ſol han gegin Godelmanne deme vrien unde ſiner Vrowen . . Mehtilde umbe die ſelbin chirche; unde ſol aber ir reht von deme Kirchſathze an ſie wider vallen. Wir iehen ouch - -, daz dirre circhſathz unde ander Gut, daz Godelman hat von uns zu Lene unde daz von uns rurit, daz daz iſt ein pant vor Mehtilde von Swarzinberc vor vunf hundert marc eines rehtin Wiedemen.

Diz ſint Gezouch. Her Ebirhart von Erenberc, unde Her Petir unſer Cappellan, unde Her Petir von Scarfinberc, und Her Friderich von Yſenberc. Daz diz ſtede verliebe, ſo henchin wir unſir Ingeſilgilde * unde Her Ebirhart von Erenberc † an diſen brif.

12. Len. Diz geſach an me Zwelftin dage, da iz warin Duſint und Zwehundert u. Sybenzhic u. ſeoh Jar von Criſt geborde.

* *Exemplar idem, quod apud* n. LXXXV.

† S. EBERHARDI DE ERENBERC. *Non niſi galeam præſentat, cum ſuffixa cauda Pavonis, orbiculatim ſuperbe extenſa.*

Ceteroquin ob ſtylum germanicum, magnæ raritatis eſt hæcce Charta. Siquidem linguæ huius prima, omnium quas trivi hactenus, fert annum 1285. ‡ *Nunc autem provocare licet ad unam, toto antiquiorem decennio.*

‡ T. II. *p.* 970.

n.692. XCV.

Determinatio Cenſus, dandi ex Bonis iure hæreditario acquiſitis.

An. 1276.

RVDOLFVS Abbas, Prior, totusque Conventus S. *Albani* . . Preſenti ſcripto notum facimus - - -, quod

quod Soror IRMENGARDIS, dicta de *Geylenhuſen*, & Dns CVNRADVS Abbas *Nuenſtadenſis* eius frater, * de uno manſo ſito in villa *Rotenberge*, quem ipſi nobis faventibus emerunt ab ALBERTO *Fabro* cive *Geylenh.* iure hereditario poſſidendum, pro omni cenſuali iure Eccleſie noſtre ſolvent ſingulis annis die beati *Martini* quatuor uncias - - -, & quatuor pullos gallinaceos die bte *Walpurgis*; nec ad ſolutionem optimi Capitis, vel amplioris Cenſus ſeu alterius ſervicii tenebuntur. **conf. n. 86. Not.*

Ad huius rei memoriam has Litteras noſtris Sigillis duximus muniendas. Datum Anno Domini MCCLXVI. X. Kal. Februarii.

XCVI. n.693.

„DE *bonis in* Aldenſtat, *que dedit* Conradus *Miles*, „*dictus* Colbendenſel.

An. 1276.

VNIVERSIS Xpi fidelibus CONRADVS Miles, dictus *Colbindenſel* de *Beldirsheim*, preſentes litteras in perpetuum.

Noverint tam preſentes quam poſteri, quod ego iam dictus *Conradus*, communicata manu parique conſenſu uxoris mee BERTHE, Manſum unum, ſitum in villa que dicitur *Aldinſtat*, cum univerſis attinenciis ſuis, Areis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, contuli Dno Abbati & Conventui in *Arnsburg* in remedium anime mee, & Vxoris mee, proprietatis forma perpetuo poſſidendum.

Deinde vero poſt mortem predicte uxoris mee *Berthe*, ego CONRADVS recogitans, breves dies eſſe hominis vite preſentis, longitudinem autem vite future; alterum manſum, ſitum in eadem villa, accedente conſenſu filii mei WERNHERI, & uxoris eius IVTTE, generique mei EMERCHONIS Militis dicti *Strebekoz*, & uxoris eius filie mee GERDRVDIS, contuli pre-

dictis Fratribus in eodem Monaſterio iugiter poſſidendum ſub forma per omnia prenotata. Tertium vero manſum quem in pred. villa *Aldindorf* poſſedi, contuli Genero meo *Emercboni* Militi antedicto. Qui idem Miles, conſentiente ſibi uxore ſua *Gerdrude*, pariterque renuntiante, de meo etiam favore & aſſenſu, nec non filii mei *Wernberi* & uxoris eius *Iutte* vendidit prenotatis Fratribus in *Arnsburg* pro XVI marcis denar. *Colon.*, cum omnibus iuribus ad eundem manſum pertinentibus libere & abſolute perpetualiter poſſidendum. Dicti autem Fratres pretaxatam pecuniam ſibi ex integro perſolverunt. Teſtes huius rei ſunt

Dns RICHOLFVS Abbas in *Ebirbacb.*
Fr. EBIRHARDVS & *Fr.* REYNOLDVS Capellani & Notarii eiusdem Dni *Ebirbacenſis.*
WERNHERVS ſenior *de Beldirsbeim.*
HEZECHINVS de *Gridele.*
WERNHERVS d. *Muſcbenbeim.* Milites.
WIGANDVS ante Portam,
& alii quam plures.

Actum in *Mynzinberg* Anno Dni MCCLXXVI, in craſtino bti *Albani Ep.* Et confectum ante Curiam meam in antiqua civitate. In huius rei evidentiam preſentem paginam Sigillo Civium de *Mynzinberg* ſepedictis Fratribus tradidi roboratam.

XCVII.

n.694. „DE *bonis in* Hindernahe, *que dedit nobis* IOHAN-„NES Aureus.

An. 1279.

VNIVERSIS Xpi fidelibus, IOHANNES Miles, dictus *Aureus* de *Grunenberg*, preſentem Litteram inſpecturis. Tenore preſentium recognoſco, quod ego *Iohannes* iam

Digitized by Google

iam dictus, communicata manu & pari conſenſu filiorum & filiarum, nec non aliorum coheredum meorum, videlicet WIGANDI Plebani in *Grunenberg*, IOHANNIS, & SOPHIE uxoris eius, FRIDERICI de *Langesdorf*, & ELISABETH uxoris ipſius, ECKEHARDI de *Eychene* & ALHEIDIS uxoris eiusdem: IOHANNIS & MENGOTI, filiorum CONRADI dicti *Aurei*, filii mei, Bona mea ſita in villa *Nydern Hindernahe*, videlicet Curiam unam cum omnibus pertinenciis ſuis, areis agris pratis paſcuis ſilvis aquis, in remedium anime proprie, & Vxoris mee ALHEIDIS *beate mem.* contuli Venerabilibus & in Xpo dilectis, . . Abbati & Conventui in *Arnsburg* - - titulo proprietatis perpetuo poſſidenda. Tali tamen appoſita conditione, quod ſi preſcripta bona ſine quorumlibet impedimento Annum & diem poſt mortem meam poſſederint libere & quiete, ex tunc X. marcas denar. *Fratri* SIFRIDO de *Grunenberg* Ordinis *Frm Minorum*, & Dno ERNESTO Plebano - - de *Beldersheim*, ad ſolutionem quorundam debitorum meorum teneantur fideliter aſſignare. Teſtes huius rei ſunt

Fr. SIFRIDVS & Dn. ERNESTVS predicti.
EMBRICHO *Strebekoz.* IOHANNES d' *Beheim.*
MENGOTVS *Gimbo.* CONRADVS *Kolbendenſel* de *Beldersheim.* Milites.
HVGO dictus *Heſſe.* HERMANNVS *Kalp*, & WIGANDVS frater ſuus.
WERNHERVS de *Linden.* VOLKNANDVS de *Buchesecke.* GERWINVS.
HENR. & VOLPERTVS fratres dicti *de Saſſen* Scabini in *Grunenberg*, & alii q. plures.

Vt autem hec rata & inconvulſa permaneant, preſentem Litteram Sigillo meo, Vniverſitatis in *Grunenberg*, Embrichonis *Strebekoz* & Mengoti *Gimbonis* Militum predictorum, ſigillis tradidi roboratam. Actum & datum Anno Domini MCCLXXIX, in die bti *Iacobi* Apoſtoli.

n.695. XCVIII.

„De *bonis in* Birkelar, *que dedit nobis Dna* de Godela.„

An. 1279.

ex Autogr. QVONIAM privilegiorum atteſtationes ideo fiunt, ut veritas in medio poſita ad noticiam hominum deducatur, & malignandi poſſibilitas amputetur; Hinc eſt, quod Ego METHILDIS de *Minzenberg*, relicta HEINRICI Militis *de Godela* ad cunctorum cupio noticiam pervenire, quod Bona mea in villa *Birkenlar* ſita, videlicet Curiam unam & XXIIII iugera - - agrorum - - -, que apud WINTHERVM, filium RVKERI dicti *Hanebudo de Hain* pro quadam Summa pecunie comparavi, contuli Venerabilibus & in Xpo dilectis . . Abbati & Conventui - - in *Arnſpurg* proprietatis forma perpetuo poſſidenda; Tali tamen appoſita conditione, quod de ipſis bonis IIII octalia tritici, & IX oct. ſiliginis, preter unam menſuram que dicitur *Sumeren*, - - - circa feſtum B. *Michahelis*: IIII anſeres & IIII pullos ad tempora vite mee in eodem Opido preſentanda, michi conferant annuatim.

Preterea III ſolidos levium denar. qui de iam dictis bonis annue proveniunt, domui Infirmorum in *Arnſpurg* tam in vita mea quam poſt obitum meum fideliter aſſignavi. Cum autem Deo volente ab hac vita deceſſero, dicta penſio cum pullis & anſeribus, ratione elemoſine ad dictum Monaſterium devolvetur. Hoc excepto quod ſi HEINEMANNVS Scolaris, filius fratris mei BVRCHARDI beate mem. poſt me vixerit, eandem penſionem ſingulis annis recipiet ad vite ſue terminum, Loco & termino ſupradicto. Et ſi d'. *Heinemannus* viam univerſe carnis, aut Religionem aliquam ſpe mercedis eterne fuerit ingreſſus, ſeped. Monaſterium a penſione huiusmodi preciſe ac penitus abſolvetur; ita quod nulli quippiam tenebitur de bonis memoratis, ſed ea iure proprietario quiete & libere inantea poſſidebit.

Sub-

Subiungitur eciam, quod ſi ſterilitas, grando, ignis, aut hoſtilitas ſupervenerit; tunc, iuxta piam conſuetudinem, tam ego *Methildis* quam *Heinemannus* anted. eidem monaſterio in preſcripta penſione condeſcendere promiſimus, ſecundum quod alii vicini, Nobiles & Ignobiles, ſuis colonis ſeu manſionariis condeſcendunt. Teſtes huius rei ſunt

GODEFRIDVS de *Wilberg*. HEZECHINVS de *Gridela*. GERHARDVS de *Huſtersheim*. IOHANNES de *Birkenlar*. ERWINVS de *Colnhuſen*. WERNHERVS filius CONRADI Militis, dicti *Colbendenſel*. RVPERTVS de *Cruſtela*. Milites. HEINRICVS de *Pingſten*. RVKERVS de *Cruſtela*. WERNHERVS, filius HELWICI Militis *de Berſtat*. CONRADVS filius GERHARDI de *Huſtersheim* Militis prelibati, & alii quam plures.

In cuius facti evidens teſtimonium preſentem Litteram Sigillo Nobilis viri Dni WERNHERI de *Minzenberg* tradidi roboratam. Acta ſunt hec Anno Domini M.CC.LXXIX. In octava Sanctorum Innocentum.

XCIX. n.696.

„*Super refectione in* Eberbach *in die bti Bartholomei*„

An. 1280.

VNIVERSIS Xpi fidelibus, preſentibus & futuris ad quos preſentium tenor pervenerit, nos KVNEGVNDIS Magiſtra totusque Conventus Eccleſie Sancti *Ruperti* aput *Pinguiam*, notum eſſe volumus; Quod CVNRADVS, quondam Cellerarius Nobilis Dne Comitiſſe *de Evirſtein* pie record., nunc aput nos exiſtens, accedente communi conſenſu noſtro & unanimi voluntate, Capellam unam in latere Eccleſie noſtre ad honorem D. N. I. Xpi & eius ſancte Genitricis & *ex Autogr.*

Virginis Marie, S. Iohannis Ap. & Ewangeliſte, - - - omniumque Sanctorum, ſuis bonis edificavit & conſtruxit; quam capellam idem *Cunradus* hoc modo dotare curavit.

Contulit enim & legavit eidem Capelle de bonis ſuis, videlicet poſt mortem ſuam, penſionem XX maldrorum ſiliginis Pinguenſis menſure, quam penſionem erga nos & Eccleſiam noſtram ſua pecunia perpetualiter comparavit. ITEM deputavit - - d^e^ Capelle & altari *ſce Crucis* quod eſt in medio ecclefie noſtre, vineas ſuas, quas emit & coluit ſuis laboribus & expenſis. Que vinee taliter ſunt ſite. *In der Mugenen* due vinee. *An Geiddenberge* una vinea; que vinee cum predicta annona attinebunt prebende Sacerdotis in - - - eodem altari celebrantis. ITEM Officio Cuſtodie dimid. iugerum vinee *An dem Horne*, ut Cuſtodiſſa procuret candelas cereas infra Miſſas, tam in Capella quam in altari Sce Crucis comburendas. ITEM eidem Cuſtodiſſe dimid. marcam ad procurandum Oleum ad lumen nocturnale perpetuum in eadem Capella. Que dim. marca annuatim in feſto Nativitatis Domini, de domo DITHMARI Carnificis *bi deme Vritbove* requiretur.

Poſt obitum autem memorati *Cunradi*, nos Magiſtra & Conventus infra XXX dies proximos providebimus pred. Capelle & altari - - in bone vite Sacerdote, qui in eadem - - ſingulis & alternis diebus celebret, de Patronis, & unde viderit expedire. Quem ſacerdotem Magiſtra . . de ſupradictis, annona videlicet & vineis, exceptis totaliter aliis officiis, in neceſſariis vite omnibus, ſicut melius poterit, procurabit.

Volentes autem, ut predicta omnia a nobis & a noſtris ſucceſſoribus inviolabiliter obſerventur; nos & eccleſiam noſtram ad ea preſentibus obligamus. Eligentes ſpontanee, ut, ſi ea - - facere & exequi neglexerimus, Dns Decanus & Capitulum Eccl. *Pinguenſis*, non obſtante contradictione quorumlibet, ſeped. Capellam & altare S. Crucis cum prefatis reditibus, in penam noſtre negligencie, Sacerdoti ydoneo conferant & committant; & hoc faciant, quociens in premiſſis exequendis fuerimus negligentes.

In

In quorum teſtimonium & munimen perpetuum, dedimus ſub Sigillo noſtri Conventus Litteras preſentes, quas eciam Sigillo predictor. Dnor. *Pinguenſium* petivimus ſigillari. Datum VI° Idus Iulii, Anno Domini M, CC, LXXX.

C. n.697.

„De *manſo in* Lindehe, *quem nobis contulit* Hein-
„ricus *Lantgr.*

An. 1280.

Nos Heinricus *Dei gratia Lantgravius*, *Terre* Haſſie *Dominus* preſentis Littere inſpectoribus imperpetuum. Notum facimus univerſis, quod Gotfridus Miles, dictus *de Linden*, unum Manſum in Minori villa, dicta *Lindes*, quem a nobis habuit ſub titulo feodali, ad manus noſtras libere reſignavit; Nos autem eundem dimiſimus & contulimus favorabiliter Conventui ſeu Eccleſie in *Arnsburg*, deliberatione matura & ſpeciali Noſtrorum habito conſilio, titulo proprietatis poſſidendum. Dictus vero *Gotfridus* Miles volens nobis facere reſtaurum ſeu recompenſationem condignam de manſo predicto, reſignavit nobis Prata ſua in villa dicta *Steynberg*, que iure feodali a nobis recepit. Preterea Gernandus Miles dictus *de Sualbach* ad plenam refuſionem eiusdem reſignavit nobis dimidiam marcam denariorum legalium annis ſingulis de ſua Curia in *Croppach*, recipiens eandem a nobis ſimiliter titulo feodali.

Ad huius evidentiam, obſervationem ampliorem, & roboris perpetui firmitatem preſens Scriptum dedimus, Sigilli noſtri munimine roboratum. Teſtes ſunt

Iohannes dictus *de Merlowe*. Knibo.
Eckehardus de *Buchſecke*. Waltherus dictus *Slune*. Richolfus de *Kintzinbach*.
Iohannes de *Buchſecke*: Milites.

Bern-

BERNHELMVS, filius *Adolfi* de *Huchilnheim*.
Item GERWICVS, HEINRICVS d.' *de Saſſen*, Scabini *Grunenb* . ., & quam plures alii fide digni.

Datum Anno Domini MCCLXXX, in die bti *Iacobi* Ap.

n.698.

CI.

„DE *domo iuxta valvam* Lindowe„

An. 1281.

Ego GERTRVDIS, filia quondam WIDEROLDI Militis de *Nordeckin*, preſentium tenore profiteor, quod Venerabiles viri, Dns Abbas & Conventus - - de *Arnsburg*, Domum ſuam in *Ameneburg* ſitam, eorum ſumptibus & laboribus factam, in qua nichil iuris habui, ad peticionem Sororis mee, *b. m.* Dne ALHEIDIS, pro Cenſu annuo, videlicet uno talento cere in feſto Aſſumpt. B. Virg. annis ſingulis perſolvendo, liberaliter conceſſerunt ad tempora vite mee. Tali tamen adiecta conditione, quod ſi motu proprio ad manendum me alibi recepero, domus ipſa ad eos libere revertatur. Nec, quam diu in eadem domo manebo, familiam aliquam obſervabo unde ſcandalum eis vel periculum valeat ſuboriri; nec etiam Amicos meos, ſive hoſpites quoscunque recipiam, eorum, cum ad me venerint, commodum perturbantes. Inſuper ſi, quod abſit, Domus ipſa deſtructa fuerit incendio, area ipſa ad eos redibit libere, nec ad edificationem aliquam in eadem area michi de cetero ſint aſtricti.

Preterea quam diu in domo eadem manſero; domui & curie in edificiis, tecturis, ac aliis emendationibus neceſſariis quibuscunque, in expenſis propriis teneor providere. Me autem, ſive in vita ſive in morte de eadem recedente, nullus heredum meorum in curia vel in domo quicquid aliquatenus obtinebit, ſed ad Eccleſiam *Arnsburg*, ſicut predictum eſt, redibit libere, ſimpliciter & preciſe. Huius rei teſtes ſunt

BER-

BERTRAMVS Viceplebanus in *Ameneburg*.
CVNRADVS de *Mardorff*, & REHARDVS de *Hobinfels* Milites.
GERHARDVS & THETMARVS fratres de *Selheim*.
IOHANNES *Schonhildis*, BRVNO de *Literſtede*. Scabini in *Ameneburg*. GVNTHERVS de *Selheim*, & alii quam plures.

Ne autem aliquis heredum ſive ſucceſſorum meorum, Eccleſiam ſepedictam - - in premiſſis inpedire vel moleſtare valeat in futuro; preſentem Litteram in teſtimonium predictorum dedi, Sigillo Vniverſitatis in *Ameneb.* firmiter communitam.

Nos Scabini & Vniverſitas - - rogati a *Gerthrude* prefata, ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum & actum Anno Dni MCCLXXXI. IIIº Nonas Maii.

CII. n.699.

„*De Nemore*, *dicto* Hart.„

An. 1282.

NOS PHILIPPVS de *Minzinberg*, & GISELA collateralis noſtra omnibus tam preſentibus quam futuris preſentem Litteram inſpecturis. Que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, ſolet prudentum Virorum diſcretio, litterarum teſtimonio nec non voce teſtium perhennare.

Noverint eapropter tam preſentes quam poſteri, quod unanimi voluntate, pari conſenſu ac manibus coniunctis, vendidimus Dilectis in Xpo - - Abbati & Conventui in *Arnſpurg* partem Nemoris noſtri, dicti *Hart* cum ipſo fundo, que ad nos iure hereditario dinoſcitur devoluta, pro quadam Summa pecunie *Aquenſium* denariorum, quam nos iam recepiſſe . . . profitemur, titulo proprietatis perpetuo poſſidendam; accedente nichilominus conſenſu fratris noſtri WERNHERI in ven-

ditione memorata. Promittentes, tam pro nobis quam pro omnibus heredibus noſtris, plenam warandiam dictis Fratribus nos, omni contradictione vel ſubterfugio poſtpoſito, non ſolum ad Annum vel ad tempus, ſed in perpetuum preſtituros.

Adicimus etiam huic conditioni, quod, ſi aliquis coheredum noſtrorum, *de Bappenheim*, vel *de Sconenberg*, ſive aliunde, quocunque nomine cenſeatur, ipſos de predicta emptione impetierit, nos partes noſtras interponemus, & Eccleſiam prelibatam ab omni perturbatione ſeu dampno reddemus liberam & indempnem. Teſtes huius rei, nec non fideiuſſores warandie annualis ſunt, WERNHERVS dictus *Groppe* de *Beldersheim*. GISO de *Gridele*. HEINRICVS de *Pingſten* Sculteтus, Milites. GODEFRIDVS de *Wiginheim*, & quam plures alii fide digni.

Actum & datum Anno Domini MCCLXXXII, XV Kal. Auguſti. Preſentibus, Sigillorum noſtrorum & predicti fratris noſtri *Wernheri* ſigilli munimine roboratis.

CIII.

n.700. *Notitia quoad nexum* Palatinorum *de* Tübingen *cum regione* Gieſena.

An. 1285.

NOS Prepoſitus Canonicorum Regularium in *Schiffinberg*, * & Conventus Sanctimonialium ibidem. † Recognoſcimus, & conſtare volumus univerſis, preſentibus & futuris, quod nos beneficio & tenori privilegii, Illuſtris viri Comitis de *Gieſſen* Palatini *de Tuwingen*, indulti & conceſſi nobis ſuper iure petitorio & poſſeſſorio, & quinque manſorum ſitorum in campis ville *Holtzhuſen*, quorum medietas ex ordinatione quondam inter nos & Religioſos viros Dnm Abbatem & Conventum de *Arnsburg* eſt legitime devoluta, quoad dictam medietatem renunciamus, ſimpliciter & preciſe. Virtute & vigore

re dicti privilegii in omni ſua ſubſtancia & conditionibus nobis ſalva, quibus renuntiare non intendimus, ſed eis uti & frui volumus, ut debemus.

In cuius rei teſtificationis teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum Anno Domini MCCLXXXV, in die bte *Scolaſtice* virginis.

* *v.* p. 1015. *In litt. anni* 1478. *obviam venit* „GERLACVS „Keyſer de Wetflaria, Prepoſitus Ecclesie bte *Marie* in *Schif-* „*finberg*, Ordinis *Teutonicorum.*

† Zell *vocabatur*: *Situs ad Montis radicem, in cuius apice prominebat* Fratrum *ex* D. Auguſtini *Regula Monaſterium. His anno* 1323. *eliminatis aliquandiu adhuc ſubſiſtens, fati iniuriam tulit. Qualem vero, quandove, nobis haud conſtat. Temporis tractu mutationem ſubiit tam grandem, ut loco ruderum, Fundus virgultis arbuſtisque obſitus appareat; Fonte vivo per ſaxa defluente, quem in Parthenonis culina olim extitiſſe, communis accolarum eſt traditio.*

CIV. n.701.

PROCESSVS *fulminationis contra* Naſſovios, OTTONEM P. & HENRICVM F. *ceu Spoliatores bonorum Ordinis Teutonici.*

An. 1285.

. : D. G. Abbas Monaſterii S. *Pantaleonis* in *Colonia* Ord. S. *Benedicti*, Conſervator privilegiorum Religioſorum virorum, *Preceptoris* & *Fratrum* Domus Theutonice B. MARIE *Iberoſol.* per Alemaniam a Sede Apoſtolica deputatus. Dilectis in Xpo, univerſis Decanis, Plebanis, Eccleſiarum Rectoribus, Capellanis, Vicariis, Presbiteris & Clericis - - ad quos preſentes Littere pervenerint, ſalutem in Domino.

Cum ex parte Religioſorum . ., Commendatoris & Fratrum. Domus S. *Marie* - - in *Maguntia* gravi conqueſtione propoſitum fuit coram nobis, quod Nobiles Viri Comes OTTO

TO de *Naſſauwe* & HEINRICVS eius filius, aſſociatis ſibi quibusdam iniquitatis filiis, ſuis Complicibus in hac parte, Commendatorem & Fratres Domus predicte - -, Decimis eorum, & fructibus decimarum in Villis & parochiis *Bleſeberg* & *Zuſchen* ad ipſos pertinentibus, & in quarum - - poſſeſſione - - fuerunt, conſiſtentibus in blado ad valorem ſeu eſtimacionem CCC & X maldrorum ſiliginis, & CC . . avene, menſure *Limpurgenſis*, & duobus Equis ſex marcas & amplius valentibus, auſu ſacrilego ſpoliaverunt, & ſpoliari mandaverunt, voluerunt, & procuraverunt; & ſpolium ſic commiſſum ratum habuerunt, contra Indulta privilegiorum ipſis & Ordini ſuo a Sede Apoſtolica conceſſorum; nec non contra privilegia tocius Religionis, & eccleſiaſtice libertatis; Quos exceſſus prefati Commendator & Fratres conſtanter affirmaverunt eſſe veros, & adeo - - - notorios & manifeſtos per facti & rei evidentiam in Locis ubi - - - perpetrati ſunt, & vicinis, quod inficiationi non eſt locus, nec aliquo tergiverſationis pretextu poterant occultari; Et ideo ex parte - - - nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis contra prefatos violentos, notorios & manifeſtos Iniuriatores, auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte, defenſionis preſidio ſuccurrere dignaremur;

Hinc eſt, quod vobis ſingulis & univerſis in virtute ſancte obedientie - - -, & ſub pena ſuſpenſionis ab officio - - - -, ſi mandatum noſtrum huiusmodi, immo verius Sedis Apoſtolice, diligenter & . . ſine aliqua protractione, excuſatione - - - - non fueritis executi, firmiter precipiendo mandamus, - - - -, quatenus dictos, Comitem, eius filium, & eorum Complices publice & ſollempniter in Eccleſiis veſtris moneatis, ut predicta ablata ipſis Commendatori - - cum integritate reſtituant, & reſtitui faciant & procurent; Ipſos quoque pacifice & quiete de cetero percipere & colligere dictas Decimas permittant; & Deo precipue, ac Commendatori & - - - paſſis iniuriam, & Ordini Emendam honorabilem & decentem exhibeant, & alias ſatisfaciant ut tenentur. Alioquin ipſos Dnm OTTONEM Comitem, HEINRICVM eius filium, HEINRICVM

CVM de *Werdorf*, ERCKENBOLDVM, HEINRICVM de *Huchelheim*, ERNESTVM *Kolre*, CONRADVM *Wizilinbechere*, LVDEWICVM de *Waltmanniſhuſen*, CONRADVM de *Wedinchoben*, HEINRICVM de *Horreo*, GODEBEREM de *Vbach*; RORICVM *Mickil*, ARNOLDVM Sculthetum de *Dridorff*, HEINRICVM de *Schelde*, & alios eorum complices - - ſi qui fuerint, quos propter hoc, immo pro Exceſſibus huiusmodi, — — — — ex tunc in his ſcriptis excommunicavimus, excommunicatos nominatim publice in veſtris eccleſiis & capellis — — — — publice & ſollempniter, aſtante populo nuncietis; & precipiatis, eosdem usque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus *artius* evitari.

Quam excommis ſententiam, ſi predicti violenti notorii & manifeſti Iniuriatores poſtmodum per Quindenam animo ſuſtinuerunt indurato, nulla ſatisfactione vel Emenda honorabili & decenti preſtita; ex tunc Eccleſias, parochias, & Loca, in quibus Comes, eius filius & moleſtatores predicti - - - domicilium habent, & in quibus locis ipſos, vel aliquem eorum moram facere prandendo, bibendo, vel pernoctando contigerit, & quamdiu ibi ſteterint; ac per triduum poſt eorum ab inde receſſum, quas & que, ex nunc ut ex tunc - - - eccleſiaſtico ſupponimus Interdicto, interdictas & interdicta publice & ſollempniter nuncietis; & precipiatis ipſum interdictum — — — — ab omnibus inviolabiliter obſervari; ita quod absque mandato noſtro ſpeciali Divina ibidem nullatenus reſumantur. Reddite Litteras cum appenſione Sigillorum veſtrorum in ſignum executionis facte, quod vobis - - - ſub penis predictis precipimus & mandamus.

Datum Anno Domini MCCLXXXV, in vigilia B. *Mathei* Apoſtoli.

n.702. ## CV.

„*Vt Fratres, Archiepiſcopi Moguntini Legationes ſuſcipere teneantur.*„

An. 1287.

Ego Bvrchardvs de Swanden *Magiſter Hoſpitalis Sce Marie Theotonicorum Ieroſolimit.*, Vniverſis Commendatoribus provincialibus, ac Domorum, ceteriſque Fratribus per univerſam Alamaniam conſtitutis, fraternam in Domino Karitatem.

Exigentibus preclaris meritorum beneficiis Venerabilis Patris, ac Domini noſtri, Sce *Maguntine* Sedis Archiepiſcopi, quibus nos & Ordinem noſtrum ſpecialis dilectionis privilegio, pio favore ac paterno affectu inceſſanter proſequitur; Vniverſos & ſingulos vos rogamus, & rogando volumus, quatinus pro ipſius beneplacito & mandato, quibus parere vos volumus, quociescunque a quocunque Veſtrum exegerit Legationes ſuas deferendas, eas reverenter aſſumatis, & pro honoris ſui titulis fideliter peragatis. Tantum in eo facientes, ut ex promptitudine veſtre obedientie vobis ad gratiarum merita teneamur.

Datum *Marpurch*, Anno . . MCCLXXXVII. IIII Idus Maii.

n.703. ## CVI.

Inter Ottonem Naſſoviæ *Comitem &* Ord. Teutonici *FF. diu vigens Controverſia ſuper Decimis & Iure patronatus, demum Arbitrorum ſubiecta Iudicio, æqua lance deciditur.*

An. 1287.

Vniversis, tam preſentis quam futuri evi preſentium inſpectoribus, Otto Comes *de Naſſauwe* & Ag-

AGNES ſua collateralis; *Frater* CONRADVS de *Vutdewangen*, PRECEPTOR, & *Fratres* Ordinis S. MARIE *Theutbonicorum* per Alemaniam, Salutem, & ſubſcripte rei geſte cognoſcere veritatem. Feuchtwangen.

Noveritis, quod nos, ſuper omni Lite, queſtione ſeu controverſia, quam vel quas habemus ad invicem occaſione Decimarum ſubſcriptarum, videlicet Decima totali ville *Vridekobe*, & ville *Auenrode*, ville *Mulebach* & ville *Huchelheim;* ITEM decima totali ville ſuperioris *Zutzheym*, & medietate decime ville *Dalheim*, ac parte decime in villa ſuperiore *Hademare*; quas Decimas nos PRECEPTOR & *Fratres* ad Parochiam Ordinis noſtri in *Bleſeberg*, nos vero OTTO Comes *de Naſſauwe* & AGNES ſua collateralis predicti ad nos aſſeruimus pertinere: ITEM ſuper Decima totali villarum ſuperioris & infer. *Herbach*, quam nos Preceptor & Fratres ad Parochiam noſtram in opido *Herberen*, nos vero OTTO Comes & AGNES - - ad THEODERICVM Militem & RVCHERVM fratres, dictos *Scitzen*, * ac eorundem coheredes, noſtros Miniſteriales & Vaſallos ex noſtra infeodacione pertinere dicimus; ITEM ſuper Iure patronatus, ſeu preſentandi quatuor Capellarum, videl. capelle in *Dridorff*, *Emerichenhagene*, *Nova eccleſia*, & *Monte S. Marie*; quod ius nos PRECEPTOR & *Fratres* nobis ratione iuris patron. Parochie noſtre prefate in *Herberen*, cuius eedem capelle cenſentur Filie, de iure competere dicimus; nobis vero OTTONE - - & AGNETE - - -, quod ad nos idem patronatus pertineat, in contrarium aſſerentibus; * Schütz.

Poſt altercationes & Lites diutinas compromiſimus & compromittimus, nos OTTO Comes - - & AGNES - - - pro nobis, noſtris Pueris & heredibus; & ſingulariter & expreſſe nomine Miniſterialium noſtrorum, ſcilicet THEODERICI Militis, & RVCHERI fratris ſui, dictorum *Scitzen*, - - & coheredum ſuorum & pro ipſis, conſenſu & voluntate eorundem ad hoc accedentibus, in Nobilem virum HARTRADVM de *Merenberg*, PHILIPPVM de *Calsmunt*, Militem, & GERBERTVM dictum *Advocatum*, civem *Wetſlarienſem*; Nos vero

ro PRECEPTOR & *Fratres* - - pro nobis & Ordine noſtro in Diſcretum virum, WALTHERVM Canonicum *Wetſl.* quondam Plebanum ibidem; ANSHELMVM, & LVDERVM * Commendatorem Domus in *Franckenfurt*, fratres noſtri Ordinis, tamquam in Arbitros, arbitratores ſive amicabiles compoſitores; Sub pena transgreſſionis fidei, quam corporaliter pro obſervando prediĉtorum arbitrio ſive pronunciatione preſtitimus hinc & inde, promittentes, quod quidquid diĉti Arbitri - - dixerint, ordinaverint, ſtatuerint, ſive pronuntiaverint, in ſcriptis vel ſine ſcriptis, die feriato vel non feriato, ſtando vel ſedendo, partibus preſentibus vel abſentibus, Iuris ordine ſervato vel non ſervato, hoc per omnia inviolabiliter obſervabimus bona fide.

* fam. de Pirmont.

Et nos HARTRADVS de *Merenberg*, PHILIPPVS de *Calſmunt* .. & GERBERTVS Advocatus - - prediĉti pro Dno OTTONE, . . AGNETE - -, & eorum pueris & heredibus; & nominatim pro TH. & R. fratribus - - Arbitri - - - electi - -; Nos vero WALTHERVS Can. *Wetſl.* ANSHELMVS & LVDERVS - - - - pro PRECEPTORE - - - Arbitri - - - ſimiliter electi & conſtituti, recepto in nos huiusmodi arbitrio ſive compromiſſo - - -, pronunciamus, ſtatuimus & ordinamus - - -, perpetuo ſub Pena transgreſſionis fidei inviolabiliter obſervandum, quod D. Comes *de Naſſauwe* & ſua Collateralis - - -, THEODERICVS . . & RVCHERVS - - & eorum coheredes aut poſteri, nichil iuris de cetero habere debent in Decimis ſuperius nominatis; Sed Decime villarum *Vridekobe*, *Auenrode*, *Mulebach*, *Huchelheim* & ſuperioris *Zutzheim*; Item medietas Decime ville *Dalheim* & pars decime ville ſuperioris *Hademare* ad parochiam *Bleſeberg* & *Zutzheim* decernimus, arbitramur, & pronunciamus de cetero in perpetuum pertinere. Decimam vero totalem in ſup. & infer. *Herbach* ad parochiam *Herberen* decernimus - - - de cetero in perpetuum pertinere. Sepediĉtis . . OTTONI Comiti— — — — perpetuum ſuper prefatis Decimis ſilentium imponentes.

Ad cautelam quoque & ex habundanti - - pronuntiamus, quod prediĉti THEODERICVS & RVTGERVS - - pro ſe,

ſe, & coheredum ſuorum nomine reſignabunt in manus Dni OTTONIS Comitis - -, a quo ſe infeodatos eſſe dicebant de Decima in ſuper. & inf. *Herbach*, quidquid iuris ſe in eadem decima habere credebant, vel in eadem eis competiit, vel competere potuit. Et idem Dns Comes illud ius pure & ſimpliciter dabit, aſſignabit & conferet Parochie in *Herberen*, libere & quiete perpetuo poſſidendum.

ITEM - - pronuntiamus & ſtatuimus, quod ſuper iure Patronatus Capellarum - - - ſuperius expreſſarum PRECEPTOR & *Fratres* - - - Dno Comiti - - vel ſuis heredibus nullam unquam movebunt de cetero queſtionem. Quidquid etiam in hoc Compromiſſo hinc inde a partibus non eſt expresſum, quod tamen poſſet diſſentiendi materiam miniſtrare, ſuper eo ipſis Partibus ſilencium imponimus, nec umquam illud volumus - - ſuſcitari.

Nos OTTO Comes *de Naſſauwe*, & AGNES ſua Collateralis, - - - THEODERICVS Miles & RVCHERVS fratres dicti *Scitzen* - -, pro nobis & noſtris coheredibus Compromiſſo ſive Arbitrio expreſſo ſuperius, nec non Compoſitioni, ordinationi ſive pronuntiationi ſupradictorum Arbitrorum - - - conſentimus, & bona fide promittimus, nos omnia & ſingula ſupradicta perpetuo inviolabiliter ſervaturos. Et renunciamus in his ſcriptis - - - omni iuri & exceptioni - -, quod vel que nobis - - - in prefatis Decimis, vel contra preſentis arbitrii - - - tenorem competebat, potuit, vel poterit competere undecunque. Dantes *Fratri* CONRADO Preceptori - - preſentem Litteram; Sigillis, noſtri ſcilicet OTTONIS - - & AGNETIS - -, Dni HENRICI Lantgravii *Haſſie*, HARTRADI de *Merenberg*, & Civitatis *Wetſlarienſis*, ad robur perpetuum conſignatam.

Actum *Herberen* Anno Dni MCCLXXXVII, quarto Non. Iunii. Preſentibus teſtibus ſubſcriptis:

Fratre GERLACO Commendatore de *Marpurg*. Fre WALTHERO de *Nordecke*, Ordinis Theuthonicorum.

Digitized by Google

IOHANNE & CONRADO de *Derenbach* Militibus.
REINBOLDO de *Dalheim* Milite.
IOHANNE & HEINRICO de *Derenbach.*
RAGEVE de *Muntzebach*, Plebano de *Velpach.*
CONRADO Milite *de Hagen.*
EINOLFO filio CHRISTIANI,
& EINOLFO de *Naſſauwe.*
FRENCKWINO cive in *Herberen*, & RICHERO Advocato.

Et aliis pluribus fide dignis.

n.704. CVII.

„DE *Hoſpitali pauperum VI libras cere ad Torticias. An.* 1289.

NOS WERNHERUS Dominus *de Minzinberg.* Ad univerſorum notitiam tenore preſentium cupimus pervenire, quod communicatis manibus, unanimi conſenſu & aſſenſu PHILIPPI & CUNONIS filiorum noſtrorum, & YSENGARDIS filie noſtre, redditus VI librarum Cere, de Hoſpitali pauperum apud *Frankenford*, ratione quorundam pratorum in *Redelnheim* ſitorum nobis annue circa Purificationem bte Virginis provenientes, ob honorem DNI N. IHU XPI & Glorioſe Matris eius, nec non in remedium animarum noſtrarum, ac METHILDIS * *beate mem.* quondam Collateralis noſtre, damus & offerimus Monaſterio in *Arnſpurg* - - titulo proprietatis perpetuo poſſidendos. Tali appoſita condicione, quod de ipſis, redditus, videl. VI librarum Cere per manum Cuſtodis qui p. t. fuerit, annuatim abſque retardatione fiant *Torticia* ſeu candele, que ſingulis diebus ibidem ante ſummum Altare, quociensunque in eo Miſſa decantatur, ardeant in elevationem Hoſtie ſalutaris.

* nata Com. *de Diez.*

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram eidem Monaſterio Sigillo noſtro dedimus roboratam. Nos vero PHI-

LIP-

LIPPVS & CVNO, quia ſigilla propria non habemus, Sigillo dilecti Domini ac Patris noſtri *Wernheri* ſumus contenti. Datum & actum Anno Dni MCCLXXXIX, in die bte *Margarete* virg. & martiris.

CVIII. n.705.

„*De bonis que dedit nobis* Iacobus *de* Selheim *in* „Ameneburg, Anzewar *&c.*

An. 1291.

QVE geruntur a Viris prudentibus, poni ſolent in lingua teſtium, & ſcripti memoria perhennari.

Ego igitur IACOBVS de *Selheym*, Civis in *Ameneburg*, Natus quondam *Ludewici* de *Selheym*, recognoſco & publice profiteor, quod mutuo conſilio & animo deliberato contuli & dedi Monaſterio bte Virginis in *Arnsburg* & Fratribus ibidem Domino famulantibus, pure propter DEVM, in remiſſionem meorum peccaminum & propter anime remedium omnia Bona mea, a fratribus & ſororibus meis actualiter dimiſſa, in *Anzevar* & in *Boppenhuſen* ſita: in *Brucke* & in monte *Ameneburg*, & in pede eiusdem montis iacencia; cum agris, pratis - - - - perpetuo poſſidenda. Domo mea, cum orto *Brucke* apud pontem ſita duntaxat excepta; Quam legavi ecclesie in *Ameneburg* & Plebano, ad uſus ſuos poſſidendam perpetuo, pro ſalute anime mee, poſtquam viam carnis ingreſſus fuero univerſe.

Hoc ſiquidem adiecto, quod habebo vendendi Domum meam ſitam apud Forum, in qua non habito, cum edificiis ſuis, Curiam meam que olim fuit Dni *Hartmudi* de *Drahe*, & Cubiculum meum ſive granarium, apud horreum Dne *Incluſe* ſitum, ad ſolvendum Debita quibus teneor, & ad ſublevandum inopiam meam, & ſupportandam, ſi neceſſarius fuero, quod Dominus avertere dignetur, pleniſſimam facultatem. Que inquam Bona omnia recognoſco me recepiſſe a Monaſte-

rio prenotato & de manu Fratrum eorundem, ut tempore vite colam pro annua penſione duarum librarum Cere, in feſto Purif. bte Virginis, eisdem, quousque vixero perſolvendam. Huius rei Teſtes ſunt

D. GVMPERTVS Plebanus de *Fronbuſen.* ALBERTVS Viceplebanus de *Schoneſtat.* HEINRICVS, Socius Plebani in *Ameneburg*; & THEODERICVS Rector Scolarum ibidem. BRVNO de *Literſtefe.* HEINRICVS Magiſter civium. RVDOLFVS *Oſperti.* WIGANDVS ſub Tilia; Scabini.

Ad ampliorem etiam huius collationis evidentiam & cautelam, hanc ipſi Monaſterio dedi Litteram, ad rogatum meum Sigillis Dni Decani & Plebani de *Ameneburg* firmiter communitam. Datum & actum *Ameneburg* VII Ydus Aprilis. Anno Dni MCCXCI.

n.706. CIX.

Archipresbyter Eccleſiæ Bingenſis *ratione* Confeſſionum & Teſtamentorum *ſe ſubmittit Capitulo.*

An. 1291.

ex Autogr. NOVERINT univerſi preſencium inſpectores vel auditores, quod Ego WOLFRAMVS, Archipresbiter Eccleſie *Pinguenſis*, ad removendum univerſum dubium, & ſuſpicionem que inter Venerabiles viros Dnos . . Decanum & Capitulum Eccleſie Pinguenſis antedicte ex una, & me *Wolframum* . . ex parte altera caſu fortuito creſcere valeret, & oriri; preſentibus recognoſco, & per iuramentum meum preſtitum corporale absque fraude promitto, fidelis eſſe & manere Eccleſie antedicte, & - - Dominis meis exhibere debitam reverenciam & honorem. Ipſam quoque eccleſiam in confeſſionibus meorum parrochialium, & in Teſtamentis, occulte vel manifeſte promovere pro meis viribus ſive poſſe . . De teſtamen-

mentis vero michi oblatis, ſive fuerint magna ſive parva, recipiam XXX denarios *Magunt.* Quicquid eciam ſuperfuerit, dictis Dominis meis fideliter ac integraliter aſſignabo.

Preterea meus ſocius Sacerdos, meas pro tempore gerens vices, pred. Dnis Decano & Capitulo Eccleſie ſupradicte iurabit, fidelitatem ipſi Eccleſie obſervare ad promovendum eandem in confeſſionibus & teſtamentis & aliis quibuscunque actis legitimis, eam que ego. Et quicquid eidem meo Socio legatum fuerit, ſex denar. *Colon.* recipiens, aliamque partem reſervabo eccleſie memorate. Sed ſi meus ſocius hoc noluerit iurare, dicti Domini - - - eundem ad hoc conpellent, quod non in meum cederet preiudicium vel gravamen.

Ad omnia vero premiſſa fideliter obſervanda me obligo ſub pena mei beneficii Archipresbiteratus, Preſenciis Chori ipſius eccleſie michi tantum ſalvis.

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram prefatis Dnis Decano & Capitulo mei Sigilli munimine tradidi roboratam. Datum Anno . . *Mill. CC. Nonag° primo.* XII Kl. Iunii.

CX. n.707.

Parthenon Vallis S. Catharinæ [*cuius notitia penitus intercidit*] *obligat ſe, ad recolendum diem anniverſarium* Friderici *Cuſtodis.*

An. 1291.

Noverint univerſi preſentium inſpectores, quod nos Odilia Soror divina providencia Abbatiſſa & Conventus Monialium in *Valle ſancte Katherine* Ordinis *Cyſtercienſis* dyoc. *Maguntine*, felicis recordacionis Godefridi, quondam Cuſtodis Eccleſie *Pinguenſis* diem anniverſarium ſingulis annis in vigilia S. *Nicolai* in perpetuum celebrare, & eodem die duas Amas vini, quas dictus *Godefridus* per annos ſingulos *ex Autogr.*

Iii iiii 3 in

* Heimbach.

in *Heienbach* * nobis dandas pro anime ſue remedio deputavit in communem noſtre refectionis conſolacionem, inter nos diſtribuere promittimus in his ſcriptis. Eligentes ſpontaneo noſtro motu, quod, in quocunque anno in predictis fuerimus negligentes, ex tunc dicti vini reditus ad Honorabiles viros Decanum & Capitulum Eccleſie *Pinguenſis* libere devolvantur.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M.CC. *Nonageſimo primo.* Feria quarta poſt feſtum Sci *Nicolai.*

n.708.

CXI.

„*Super refectione in* Eberbach *in die bti* Bartholomei„

An. 1292.

ex Autogr.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Cum humana voluntas valde ſit mutabilis, tutum eſt, ut, quod ab hominibus promittitur, litterarum teſtimonio fulciatur. Hinc eſt quod ego GYSILBERTVS, & ELIZABET mea collateralis, de *Rudinsheim*, notum eſſe cupimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod nos, compotes & ſane mentis, pari manu & unanimi voluntate, Donacione inter vivos facta, pro remedio animarum noſtrarum, Parentum noſtrorum, ſcilicet DYDONIS & ELIZABET de *Scharpinſtein*, GYSILBERTI & HAZZECHE de *Rudinsheim*, ac aliorum progenitorum noſtrorum, omnia Bona noſtra, ſita in *Gauwilsheim*, cum omnibus ſuis pertinenciis Dno SIFRIDO Abbati & Conventui . . in *Ebirbach* irrevocabiliter legavimus & donavimus, inperpetuum poſſidenda, cum condicionibus ſubnotatis; videlicet quod de proventibus dictorum bonorum, deductis expenſis, & de duabus Amis *Franchonici* vini, creſcentis in vinea noſtra ſita in *Haidenheim*, dicta *Wiſtelburnen*, a Cellerario coquine dicti Monaſterii - - -, in amminiſtracione albi panis, piſcium, & vini

ni prediƈti, pro *pitancia* in die bti *Bartholomei Ap.* diƈto Conventui facienda, annis ſingulis miniſtretur. Et ſi, quod abſit, prefatus Cellerarius coquine in amminiſtracione pred. negligens inventus fuerit & remiſſus termino prenotato, ex tunc V. marce *Colon.* pagamenti currentis, & due Ame prediƈte, a diƈtis Abbate & Conventu, Magiſtre - - de *Vlenbuſen* ſine contradiƈtione qualibet perſolventur. Quarum V. marcarum d. Magiſtra - - duas marcas, & duas Amas vini iam diƈtas pro pena reſervabunt, reliquas vero tres marcas pro conſolacione, Priori & Conventui in *Ebirbach* preſentabunt.

Non licebit eciam Abbati & Conventui memoratis ipſa bona vendere, alienare, ſeu eciam ſecularibus perſonis locare, niſi talibus, qui ea velint colere propriis manibus & expenſis. Quod ſi ſecus faƈtum fuerit a quocunque, quod abſit, ex tunc volumus, quod omnia bona prelibata & ſingula, . . Decano & Capitulo *Pinguenſi* libere cedant & abſolute, ad ordinandum & diſponendum de ipſis, quod eis viſum fuerit expedire.

Et ut noſtra tam ſalubris ordinacio firma permaneat & illeſa, preſentes litteras Sigillis Dni Abbatis & Conv. de *Ebirbach*, . . Decani & Cap. *Pinguenſis*, & . . Magiſtre - - de *Vlenbuſen* . . petivimus roborari. Nos vero Abbas - - - - ad inſtanciam & peticionem GYSILBERTI & ELIZABET prediƈtorum, Sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda.

Aƈtum Anno Domini M. CC. XCII. In Craſtino beati *Bartholomei* Apoſtoli.

CXII.

n. 709.

Fundatio Miſſarum & officii divini in Capella S. *Nicolai* in *Geiſenheim.*

An. 1292.

ORDINATVM feliciter & maturo conſilio Teſtamentum inviolabiliter perſeverat, ſi litterarum teſtimonio *ex Autogr.*

nio fuerit confirmatum. Hinc eſt quod nos GISILBERTVS Miles, & ELIZABET mea coniugata, *de Rudensheim*, conſtare cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris, preſens ſcriptum viſuris, quod nos unanimi conſilio omnia bona SIFRIDI de *Hatdenheim*, ſita in *Gyſenheim*, ſubnotata;

Videlicet Curiam dictam *Capelhovin*, cum Capella S. *Nicolai*, & duobus iugeribus adiacentibus vinearum; ITEM quatuor iugera in Monte qui dicitur *Vosberg* * ITEM in eodem monte iugerum & dimid. ITEM unum iugerum qui dicitur *Capilmorgen*. IT. in *Schornechin* dim. iug. ITEM in *Blickerſtein* I. iug. ITEM *in der Lachen* I. iug. agri. IT. iuxta *Aldenniedin* dim. iug. agri. IT. in *Mercenrode* I. iug. agri. ITEM ante ſilvam ſuper HEINRICVM Militem *de Kacenellenbogen* VIII. iugera agrorum. ITEM ſuper *Lachen* ſuperiorem quartale agri. ITEM in *Luterbrucken* dim. iug. agri. ITEM in *Wizen Setcelinge* I. iugerum, dans terciam partem; ITEM in Arena I. iug. vinee apud EMERCHONEM *de Spara*. ITEM ibidem dim. iug. ſolvens ſolidum *Colon.* & duos cappones. IT. in via *Cluſen* dimid. iugerum dans terciam partem. IT. in *Schornichin* dim. iug. ſolvens ſolidum *Col.* & unum pullum; IT. MARQVARDVS duas vineas, de quibus mediam partem dabit. IT. CVNRADVS *Bruholz* ſolvit IX. quartalia vini. IT. REINFRIDVS *Piſcator* ſolvit V. quartalia vini. IT. H. dictus *Capelhover* VII quartalia vini, que eo moriente nobis commiſit ſalubriter ordinanda;

* Fuchsberg.

Contulimus Eccleſie in *Ebirbach*, perpetuo poſſidenda; tali condicione, quod Abbas & Capitulum eiusdem Loci, ſine defectu cottidiano in Capella S. *Nicolai* in *Gyſenheim* divina officia eternis temporibus ordinare teneantur pro ſalutifero remedio GISILBERTI militis, ELIZABET, SIFRIDI, EIGELMANNI, GVDE, DIDONIS, & ELIZABET; tribus diebus in ebdomada pro Defunctis divina celebrent officia, vel

per

per ſuos faciant celebrari, & pro omnibus, qui merito debeant eſſe participes apud Deum.

Si vero eadem Capella ad quindenam in Divinis probabiliter ac continue per prediƈtorum *Ebirbacenſium* notabilem ſeu malicioſam incuriam, quod tamen indiget probatione iuridica & ſollempni, ſalvo nichilominus legitimo quod in huiusmodi intervenire aſſolet impedimento, fuerit negleƈta, Decanus & Capitulum eccleſie *Pinguenſis*, illius anni ipſorum bonorum fruƈtus recipient univerſos. Proviſuri quoque, ac canonicam ut pretaƈtum eſt ſuperius, amminiſtracionem eodem anno quo huiusmodi negligencia intercid[e]rit, per omnia prediƈte Capelle, diebus & certis temporibus in Divinorum ſollempnibus, obieƈtionibus quibuslibet ceſſantibus, effeƈturi.

Hoc eciam adieƈto, ut, ſi bona prediƈta *Ebirbacenſes* memorati vendere aut alienare a ſua Eccleſia attemptaverint quoquomodo; omnia & ſingula bona ſuperius annotata Decano & Cap. eccl. *Pinguenſis* prediƈtis libere cedent, *absque argento & auro*, ac in Divinis, Capelle ſeped. ut diſtinƈtum eſt, indempniter ac eternaliter providebunt.

Vt autem hec Ordinacio utrique Eccleſie, videlicet *Ebirbacenſi* & *Pinguenſi*, firma permaneat & inconvulſa, preſentem Litteram Sigillis Dni . . Abbatis *Ebirbacenſis*, . . Decani & Capituli Eccl. *Ping*. petivimus roborari. Nos vero Abbas - - - ad inſtantiam & petitionem GISILBERTI militis ſuprad. & ELIZABET ſue coniugate Sigilla noſtra duximus preſentibus apponenda.

Aƈtum & datum Anno Domini *M. CC. XC. ſecundo*. In die beati *Nicolai* Epiſcopi.

n.710. CXIII.

„*Proteſtatio* ADOLFI R. *ſuper una navicula in* Lona,
„*de gratia* RVDOLPHI R. *habenda. Item quod*
„*Rom. Rex eſt eccleſie noſtre Advocatus.*

An. 1293.

ex Autogr. ADOLFVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Regalis excellencia tunc ſui nominis titulos ampliat & extollit, cum Loca divino cultui dedicata, & Perſonas ibidem Domino famulantes benigno favore proſequitur, ac eorum iuſtis peticionibus favorabiliter ſe inclinat.

Noverit igitur preſens etas & futura poſteritas, quod accedentes ad noſtre Maieſtatis preſenciam *Fratres* Monaſterii de *Altenburc*, * nobis humiliter ſupplicarunt, ut Privilegia, ab inclite record. HENRICO Rom. Imperatore predeceſſore noſtro, & RVDOLFO Rom. Rege anteceſſore noſtro eis indulta vellemus de benignitate regia confirmare. Quorum privilegiorum huiusmodi ſunt tenores.

* *Subindigitando* Fratres *ex* Romerſtorf; *Qui* Altenburgi *reſidentes, adminiſtrant Spiritualia & rem œconomicam.*

n.375. HENRICVS *Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.* Imperatorie maieſtatis convenit equitati, pauperibus Xpi ad iuſticiam preeſſe & pacem; ut, qui ad ſinum protectionis noſtre confugiunt, ne pravorum hominum agitentur moleſtiis, Imperiali benignitate protegantur.

Quapropter notum ſit omnibus fidelibus noſtris, quod nos divine remuneracionis intuitu, Monaſterium in *Altenburc*, cum omnibus Perſonis ibidem Deo ſervientibus in ſpecialem noſtre Sublimitatis protectionem ſuſcepimus, cum omnibus Bonis que nunc poſſident, aut inpoſterum iuſto acquiſicionis titulo poterunt adipiſci. Recognoſcimus autem eidem Eccleſie, quod Advocatum habere non debet, preter nos, & noſtros ſucceſſores Romani Solii Rectores. Et hoc, ex pia Sereniſſimi Patris noſtri FRIDERICI quondam Romani Imperatoris Auguſti donacione & no-

noſtra ad ipſius Eccleſie commodum & profectum Imperatoria conceſſit largitio.

Statuimus igitur, & Imperiali edicto ſancimus, ut nullus, eorum in rebus aut perſonis moleſtare preſumat. Mandantes & precipientes univerſis ſacri Imperii fidelibus circa partes illas conſtitutis, ut eis conſilio, ſimul & auxilio fideliter aſſiſtant, & a turbatoribus ſuis tueantur. Datum *Geilenhuſen* VII. Kal. Auguſti.

ITEM:

[CXIV.] n.711.

RVDOLFVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*. Vniverſis ſacri Imperii Romani fidelibus preſentes Litteras inſpecturis Graciam ſuam & omne bonum. Virtutum candor eximius, & mire fragrancia ſanctitatis, quibus Honorabiles & Religioſe Perſone, Magiſtra & Conventus de *Altenburc*, Dilecte noſtre devote, ſe Deo reddunt placidas, & hominibus gracioſas, ſic nos reficit in intimis, quod ad omnia que noverimus conſona votis ſuis, ſemper volumus benivoli inveniri. Et ideo ipſis hanc graciam duximus faciendam, quod in fluvio qui *Lona* dicitur, unam Naviculam pro piſcacionibus ſuis, & aliis uſibus quibuscumque, perpetuo habere valeant libere & quiete.

In cuius rei teſtimonium preſens Scriptum exinde conſcribi, & maieſtatis noſtre Sigillo fecimus communiri. Datum *Spire* IIII° Kal. Auguſti. Indict. XII^a Anno Domini M. CC. *LXXX Quarto*. Regni vero noſtri anno Vndecimo.

Nos igitur predictorum Fratrum devotis ſupplicationibus inclinati, omnes gracias & libertates in ſupraſcriptis privilegiis poſitas & expreſſas, dicto Monaſterio concedimus, innovamus, & auctoritate preſencium confirmamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat — — — — Quod qui facere preſumpſerit, gravem noſtre maieſtatis indignacionem ſe noverit incurſurum. In cuius rei robur & perhennem memoriam preſens Scriptum exinde conſcribi, & noſtre maieſtatis Sigillo iuſſimus communiri. Datum *Frideberg* VIII° Kal. Iulii indict. VI^ta Anno Domini M° CC° *Nonageſimo tercio*, Regni vero noſtri Anno Secundo.

Digitized by Google

n. 712.

CXV.

„*De Refectione in* Vlnhuſen„

[Alhauſen, *in* Rhingavia.]

An. 1294.

ex Autogr. NOS . . MAGISTRA totuſque Conventus ſanctimonialium in *Vlenhuſen* Ord. *Ciſtere*. Notum facimus univerſis preſencium inſpectoribus, per has litteras publice profitentes, quod bona voluntate & conſenſu tocius noſtri Conventus unam carratam *franci* vini melioris crementi, de Curia noſtra ac de bonis univerſis ſitis in *Lorche*, ſingulis annis . . Burſarie, ſive perſone ab eccleſia noſtra ad hoc deputate dare promiſimus per preſentes, & tenemur aſſignare. Cum qua carrata vini ipſa noſtra Burſaria - - - refectiones ſeu conſolaciones in Conventu noſtro communes, piſcibus, ovis, ſeu caſeis, vel potando dictum vinum, tempore opportuno procurabit.

Si vero in eccleſia noſtra ad communem utilitatem Domino volente nos contingeret aliquid edificare, reſtaurare ſeu inſtaurare; dicta carrata vini, illo duntaxat anno, & tempore reſtauracionis — — cedere debet ad ſtructuram. Si vero quod abſit Eccleſia noſtra honeribus debitorum fuerit aggravata, ita quod Prebende tam Dominabus quam Fratribus noſtris ſubtrahuntur, nec porriguntur; illo quidem anno, ſive annis, dicta carrata ad communem cedet utilitatem.

Eligimus ſpontaneo noſtro motu tocius Conventus, & aſtringimus nos per preſentes, quod ſi aliquo anno inpoſterum, in aſſignacione dicte carrate vini ut prehabitum eſt, negligentes fuerimus ſeu remiſſe; ex tunc enim Honorabiles viri . . Decanus & Capitulum eccl. *Ping.* dictam carratam . . anno neglecto de curia ac de bonis noſtris ſupradictis recipiant & requirant; & cum ea Preſencias in octava Corporis Ieſu Xpi diſtribuendas comparabunt.

In

Digitized by Google

In huius rei teſtimonium & robur valiturum, Sigillum noſtri Conventus preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M.CC. *Nonageſimo quarto*. Dominica qua cantatur *Iubilate*.

CXVI. n.713.

QVITANCIA, *de Debito ſibi ſoluto, fueritne contractum in ſcriptis, aut verbis.*

An. 1294.

VNIVERSIS preſentes Litteras inſpecturis. SYMON Miles dictus *de Bachoben*, & BEATRIX eius uxor legitima, relicta quondam Dni STEPHANI de *Morſperch* militis, Salutem in Domino. Notum vobis facimus, quod de omni Debito, in quo nobis obligatus fuit ſeu tenebatur, tam litteratorie quam ſine litteris, Dns WALTERVS miles *de Brucken* racione quacunque a temporibus retroactis usque ad hodiernum diem, nobis ſatisfecit conpetenter. Proteſtantes per preſentes, quod ſi aliqua acta vel inſtrumenta invenirentur contra ipſum Dnm *Walterum*, nos ea nulla dicimus eſſe, ſed pocius decernimus ea non valere. In cuius rei teſtimonium Sigilla Diſcretorum virorum, videlicet Dni MATHEI Decani B. *Nicholai* de *Alunſtere*, & Dni HAVRICI Canonici eccleſie eiusdem, ad peticionem noſtram preſentibus Litteris ſunt appenſa. Et nos M. - - - *ex Autogr.*

Datum & actum Anno . . M.CC. *Nonageſimo quarto*. Feria quarta poſt Feſtum B. *Martini* hyemalis.

CXVII. n.714.

DE *præſtito conſenſu in Dotalitium ex bonis feudalibus.*

An. 1295.

NOS IOHANNES ac THEDERICVS, dicti *de Randeckin*, Milites. Notum eſſe volumus preſentium inſpe- *ex Autogr.*

 ctori-

ctoribus & auditoribus univerſis; quod ſuper huiusmodi feodo, per quod SYMON de *Richenbach* Armiger a nobis & noſtris Participibus iure feodali iam dudum fore dinoſcitur infeodatus apud villam *Richenbach*, & huic attinentibus, KATHERINAM dicti *Symonis* Legitimam in Quadraginta libris *Hallenſium* de noſtro conſenſu & noſtrorum Participum voluntate, ob dilectionem & fidelitatem ipſius *Symonis* Legitime, condotamus. In cuius teſtimonium evidens & munimen noſtra Sigilla tam pro nobis quam ad peticionem dictorum Participum noſtrorum preſentibus duximus apponenda.

Et nos memoratorum *Iohannis* & *Theoderici* Militum *de Randeckin* participes, quocunque nomine nominemur, rata eſſe volumus ſupradicta. Sub teſtimonio Sigillorum dictorum IO. & TH. militum, que ad noſtras preces appenſa eſſe, preſentibus profitemur. Datum Anno Domini *MCC Nonageſimo quinto.* VII. Kl. Octobris.

n.715. CXVIII.

De V. *marcis a fratribus* de Falckenſtein *in pictantiam* Arnsb. *Cœnobio deputatis.*

An. 1296.

VLRICVS & PHILIPPVS fratres, Domini *de Minzenberg.* Tenore preſentium conſtare volumus univerſis, quod *pie mem.* dilectus Pater noſter PHILIPPVS, dum adviveret, una cum dilecta Matre noſtra GISLA adhuc ſuperſtite, pro remedio animarum ſuarum - - - contulerunt, Donacione facta inter vivos, Monaſterio de *Arnsburg* unum Molendinum, ſitum inter *Hobegulle* & *Dorfgulle*, quod nunc in aream eſt redactum; quod quidem molendinum in unam marcam denariorum annalium reddituum fuit eſtimatum. ITEM duas Amas vini, que contingebant ipſos de decima vinearum dicti Monaſterii, que etiam in unam marcam annualium reddituum ſunt taxate. ITEM XLII marcas numerate pecunie in poſſeſſio-

ſiones convertendas, de quibus poſſeſſionibus tres marce ann. redd. provenirent; predicta omnia poſſidenda perpetuo ſub forma proprietatis, & cum conditionibus ſubnotatis; videlicet quod Cellerarius .. monaſterii - - - predictas V. marcas ſine omni diminucione annis ſingulis in perpetuum tempore paſchali Conventui adminiſtret, convertendas in *pitantias* ovorum, vel aliarum rerum, cum quibus cena Conventus deinceps in annum, quanto longius fieri poteſt, melioretur de gratia ſpeciali; ut pred. Parentum noſtrorum - - - Anniverſaria, cum advenerint, ex parte . . Conventus devotius & ferventius recolantur. Si vero predicte V. marce quacunque ex cauſa .. Conventui - - fuerint ſubtracte, nos, atque Heredes noſtri in perpetuum ſucceſſivi, ipſas V. marcas repetendi atque accipiendi, anno tantum neglecto ita quod ſucceſſivis annis non preiudicet, habebimus facultatem.

Nos vero Abbas & Conventus - - - Eorum devote voluntati concurrentes, ipſos omnium bonorum, que fiunt apud nos pro vivis & defunctis, participes facimus, & anniverſarios dies ipſorum, in perpetuum omni devotione qua poſſumus, peragemus. Teſtes huius rei ſunt HEINRICVS de *Pingſten* & FRIDERICVS de *Beldirsheim*, Milites. Item ERWINVS de *Cruſtele*, - - GISELBERTVS *Niger*, & quam plures alii fide digni.

In cuius donationis ac conditionum ſuarum evidentiam nos - - VLRICVS, & prefata Mater noſtra GYSLA Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Ego autem PHILIPPVS . ., qui nondum Sigillo proprio uti conſuevi, predictorum ſigillorum robore ſum contentus.

Actum ante portam dicti Monaſterii, & datum Anno . . MCCXCVI. In vigilia Epiphanie Domini.

CXIX. n.716.

An. 1296.

NOTVM ſit omnibus preſentes litteras inſpecturis, quod ego SINANDVS, Miles de *Gieſſin* * indulgeo, con-

concedo & libere permitto, quod Cysa & Methildis de *Buchesecke*, † ſorores, que michi in *Obmagio* attinent, conparent duo maldra ſiliginis ad vite ipſarum tempora apud Monaſterium de *Arnsburg*, de facultatibus rerum ipſarum. Succeſſorum meorum contradictione qualibet non obſtante. In cuius rei teſtimonium (*&c.*) Datum Anno .. MCCXCVI, menſe Novembri.

* *natu* Buſekus. *De* Gieſſen *vero ſe vocat*, *eo quod illic ageret Caſtrenſem. v.* T. II. *p.* 138. III. *p.* 775.

† *Subintellecta eiusdem nominis villa, non progenie.*

n.717.

CXX.

Quomodo LXV *libræ Hall. quas Monaſterio* Otterburg *legavit* Godefr. *de* Randeck *pro comparandis redditibus* ad Solatia, *applicatæ fuerint.*

An. 1297.

ex Autogr. Nos *Frater* G. dictus Abbas, & Conventus in *Otterburg* Ord. *Cyſt.* Magunt. dyoc. Notum eſſe volumus preſencium inſpectoribus univerſis; Quod, cum bone mem. Godefridvs Miles, filius Dni *Iohannis* militis *de Randeke*, nobis in Xpo Kariſſimi, in extrema voluntate conſtitutus divina ſibi ſuadente clemencia in remedium atque ſalutem anime ſue nobis & noſtro Monaſterio legaverit elemoſinas ad eſtimacionem LX & V librarum *Hallenſ.* ad emendum ſive conparandum Bona ſeu redditus, de quibus poſſent Conventui noſtro in perpetuam ſui memoriam, tempore quo maior incumberet neceſſitas, *Solacia* * miniſtrari; Nos ſuis piis deſideriis unanimiter liberum ac cum graciarum actione benivolum prebentes aſſenſum, XII maldra ſiliginis *Worm.* menſure cum dimidio annue penſionis in villa *Ruſſingen* apud Godelmannvm Dapiferum conparavimus pro L. lib. *Hall.* per nos perpetuo percipienda, & in uſus Conventus convertenda tempore ſubnotato; Videlicet ante feſtum Bti *Ioh. Bapt.* vel paulo poſt,

* refectiones.

poſt, quando XX maldra ſilig. que miniſtrantur Conventui ex parte matris WILHELMI de *Bunna* quondam Civis *Worm.* fuerint penitus erogata, ſtatim inmediate de dictis XII maldris . . ipſi Conventui refectiones, de Ovis ſive caſeis prout neceſſitas exquiſierit, quanto diucius poterimus, tenebimur aſſignare. Si autem nos ſeu noſtri ſucceſſores in adminiſtracione eiusmodi, quod abſit, negligentes inventi fuerimus aut remiſſi, Heredes dicti *Godefridi*, quocienscunque neglicencia talis commiſſa fuerit, pred. penſionem recipient, & in utilitates Conventus expendent, ſecundum quod eisdem videbitur expedire.

Vt autem hec firma & rata perdurent, preſentem Litteram conſcribi fecimus, & noſtri Sigilli munimine roborari. Datum Anno Domini M.CC.XCVII. In feſto Aſſumpt. bte Virg. Marie.

CXXI. n.718.

VT *annuus reditus* Hegenſi *prope* Wormatiam *Cœnobio collatus ab* Erenburgiis *in annona, redimi valeat in taxato pretio a* Randekis, *conceditur.*

An. 1297.

NOS THEODERICVS Prepoſitus totumque Capitulum *Hegenſis* Eccleſie tenore preſentium recognoſcimus, publice profitentes, Quod nos VIII maltra ſiliginis in *Lamersheim*, & VII maltra tritici in *Orto Ceraſorum* apud *Wormatiam* nobis annuatim cedentia, que nobis Dns EBERHARDVS de *Erenburg* pie record. ac ſui Heredes, ob animarum ſuarum ſalutare remedium ad anniverſarium eorundem peragendum, pure propter Deum contulerunt, promittimus per preſentes, & debemus Dno IOHANNI de *Randecken* ac ſuis heredibus dare reemenda. Promittimus inquam dare quodlibet maltrum ſiliginis, pro quatuor libris, maltrum vero tritici pro quinque libris *Hallenſium*, annonam vel triticum aut ſimul, aut diviſim, quocunque anno queſierint, ante feſtum bti *Georgii* *ex Autogr.*

gii

Digitized by Google

gii pro pecunia prompta & parata reemendum; de qua pecunia alia bona emere promittimus & tenemur, de quibus anniverſarius (dict.) Dni *Eberbardi* & ſuorum heredum prediĉtorum, more fidelium ut antea peragatur. In perceptione tamen diĉte annone interea abſque contradiĉtione qualibet pacifice debemus permanere, quouſque, ut in prehabitis eſt expreſſum, rationabiliter a Dno *Ioannne* & ſuis heredibus redimatur.

In cuius rei teſtimonium eidem Dno Io. & ſuis ſuccceſſoribus preſentem cedulam Sigillo noſtri Capituli tradimus communitam. Datum Annno Domini *M. CC. Nonageſimo ſeptimo*, Feria quinta ante Nativ. bte Marie Virginis.

n.719. CXXII.

„De *bonis in* Liche, *emptis apud* Dapiferum *de* „Sweinsberg.

An. 1298.

Ego Gvntramvs Miles, ſenior, diĉtus *Pincerna* de *Sweinsberg*. Preſentes litteras inſpeĉturis conſtare cupio univerſis, quod communicata manu Gerdrvdis collateralis mee, omnia bona mea, ſita in terminis ville *Licben*, ſive exiſtant in Villis, campis, pratis, paſcuis atque ſilvis, vendidi Viris Religioſis, Dno . . Abbati & Conventui in monaſterio de *Arnſpurg*, proprietatis titulo poſſidenda perpetuo, pro XXXVIII marcis legalium denariorum numerate pecunie, quas per preſentes recognoſco me integraliter recepiſſe. Teſtes huius rei ſunt

Lodewicvs Plebanus de *Ecbſile*. Item Ebirhardvs & Gvntramvs Milites fratres mei *de Sweinsberg*, & alii quam plures.

In quarum rerum evidentiam ampliorem, preſentem Litteram prediĉtis Viris Sigillo meo tradidi inſignitam. Aĉtum & datum Anno Domini MCCXCVIII, infra oĉtavas Purificationis Virginis Glorioſe.

CXXIII.

Digitized by Google

CXXIII.

n.720.

„ *Dotatio Capellæ* S. Georgii *apud* Pinguiam. „

An. 1299.

GERHARDVS *Dei gracia ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniverſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Salutem in Domino. Piis ac devotis Strenui Militis SIBODONIS *de Smideberg* nobis oblatis ſupplicationibus inclinati, favorabiliter indulgemus iidem in his litteris, ut Capellam Sancti *Georgii*, ſitam apud Eccleſiam *Pinguenſem*, dotare de facultatibus ſuis poſſit; & ad eam Presbiterum, qui inde congruam ſuſtentacionem habeat, preſentare Decano loci, inſtituendum ibidem ſicut Iuris & moris fuerit, per eundem; ſic, ut prefate Capelle collacio, poſt deceſſum Militis ſupradicti ad prefatum Decanum qui pro tempore fuerit devolvatur; cuius negligencia ſi reperta fuerit in hac parte, per nos vel Succeſſores noſtros - - -, iuxta morem Eccleſiaſticum eſt ſupplenda. ex Autogr.

Datum *Pinguie* Anno Domini *MCCXC nono.* XI. Kal. Marcii.

CXXIV.

n.721.

„ *Emptio bonorum in* Wiſenbach „

An. 1300.

EGo LVDOVICVS Miles, dictus *de Capelle*, nec non HEDWIGIS mea Vxor legitima, una cum noſtris filiis, videlicet BVRCHARDO & WIGANDO, ac quibuscunque noſtris heredibus, univerſis Xpi fidelibus - - - volumus eſſe notum; Quod, bona voluntate & conſenſu unanimi omnium coheredum noſtrorum predictorum accedente, rite ac rationabiliter vendidimus *Fratri* DYTMARO de *Furbach*, Commendatori in *Richenbach* Ordinis Theuton. Allodium ſive bona noſtra ſita in *Wiſenbach*, cum omnibus uſufructibus & proven-

tibus, videlicet campis, agris pratis paſcuis & in ſylvis, perpetualiter poſſidenda. Renuntiantes nichilominus unanimiter - - coram Dno OTTONE milite de *Falckenberg* ac aliis ſubſcriptis omni noſtro iuri quod in predictis bonis habuimus iure qualicunque. Teſtes vero qui venditioni & renuntiationi ſolenniter facte aderant, ſunt

D. OTTO miles *de Falckenberg*.
D. OTTO Miles, dictus *Hunt*.
D. HERMANN' Plebanus in *Martorf*.
IOHANNES de *Falckenberg*.
ORTWINVS de *Limbach*.
HENRICVS de *Rockenhuſen*,
& alii quam plures fide digni.

Vt autem hoc factum noſtrum - - - a noſtris ſucceſſoribus inviolabiliter permaneat, preſens ſcriptum Sigillo Dni *Ottonis* Mil. *de Falckenberg* duximus confirmandum. Actum & datum Anno . . MCCC in vigilia Palmarum. Kal. Aprilis.

† *v. Spicilegii præfatio p. 1010 ſin. & p. 1014, ibi e* prelo *non* indigena.

NB. *Cum his litteris initialibus*: L. A. *ceu Siglis* Librum Aureum † *indigitantibus, adhuc ſequentia debuiſſent ſignari diplomata:*
n. II. III. IV. XIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XL. XLI. XLIII.

*Inter eas vero (non niſi 4) Chartas, quas typis iamdum editas eſſe ibidem diximus, ſoreque notandas tribus * * *, referenda inprimis eſt* Dagobertina, [*de ſeculo VII*] p. 1018.

Huic

Huic Tomo III, *æque ac II°, quia non pauca ſparſim intermixta ſunt Diplomata, Illuſtre Cœnobium* Aldenburgenſe *ſpectantia; ſic ad pleniorem eius habendam notitiam exhibetur*

ELENCHVS ANTISTITARVM.

Quum initialis huius Loci ſocietas ex tenuitate ſua, tam circa numerum Deo devotarum Virginum, quam neceſſaria vitæ ſubſidia paulatim emergeret ad ſtatum iuſtæ conſiſtentiæ; in primam Aſceterii formati Magiſtram electa fuit

LAODOMIA: Anno 1180, ſub FRIDERICO Imp. Hoc ipſum, uti &, quod regimen protraxerit ad an. 1223, refert Schediaſma, cui titulus:

> Urſprung des Adlichen Cloſters Altenberg * Præmonſtratenſer Ordens bey Wetzlar / unter Protection deren Ertz-Biſchoffen zu Trier, und Landgraffen zu Heſſen; Und zwahr aus Commiſſion derer Römiſchen Kayſeren und Königen. Auß einer alten Beſchreibung ins Teutſch überſetzt, und in Druck gegeben. Im Jahr 1729.

* l. Aldenburg.

Defunctam excepit

CHRISTINA, Equeſtri orta ſtirpe illorum, quibus a vico *Bibl*, † parthenoni proximo, adhæſit cognomen. Moritur 31 d. Iulii 1248.

† *Frequenter occurrunt ſeculo XIII. v.* T. II. *add. b.* III.

Beata GERTRVDIS, 1248 ——— 1297. Ex vetuſta Legenda, quantum inſtituto noſtro ſervit, reddimus ſequentia (*a*)

CATHA-

(*a*) „GERTRVDIS: Patrem habuit LVDOVICVM *Probum*, „Thuringiæ Landgravium, Matrem ELISABETHAM, ANDREÆ Hungarorum Regis filiam; a qua, iuxta votum, ab „ipſa ipſiusque coniuge *Ludovico*, dum adhuc in utero geſtaretur, emiſſum bimula divinis fuit obſequiis mancipata „*Aldenburgi*, quod eſt Monaſterium Ordinis *Pramonſtr.* prope *Wetzlariam* in diœceſi *Trevirenſi*. — — — Porro, „velut ætate crevit & virtutibus, in tantum, ut primæ † „Aldenb. Magiſtræ *Chriſtina* a *Biel* — — — merito fuerit „ſubſtituta, anno ætatis XXI.

† l. ſecunda

„Virtutum Magiſtram agentis ſplendore irradiatæ complures Virgines, *Naſſovio*, *Solmenſi*, alioque æque illuſtri ſtemmate oriundæ, religioni nomen dantes, eiusdem directioni ſe ſubdiderunt, Contulerunt etiam ipſi fortunas ſuas non „pauci, quibus, cœlo opitulante auguſtum Templum, quod „Virgini Matri, in quam ſummo ferebatur affectu, & S. *Michaeli* Ar., *cuius Feſto in mundum venerat*, * ſacrum eſſe „voluit, cum ſpectabili Cœnobio, quæ etiamnum extant, „conſtruxit. Sanctæ matris præterea exemplo excitavit Xenodochium, cuius ſingularem curam ipſamet geſſit; — „— — — Acceperat etiam donum peculiare, perſonas „inter ſe diſſidentes conciliandi; & ſemel, non absque miraculo, dum earum aliquas, hac in re ſibi inobſequentes, Leonis, qui in nomine IESV vocatus, & ad ſe accurrerat & „humi procubuerat, obedientia confuſas, firmiſſimo pacis & „amoris vinculo colligavit. ** Corpuſculum ſuum cruciabat „flagris ac ieiuniis, — — —

* an. 1227.

** *In propria vita deſcriptione hoc ita traditur:* „Habebat B. GERTRVDIS peculiare a Deo munus, ut, ſi Religioſæ - - diſcordia laborarent, eas - - conciliaret. - - - - Contigit quadam vice duas „Moniales turbata charitate eſſe diſcordes; Hoc G. videns, eas maxime hortabatur ad mutuam pacem. Cernens vero animos earum obſtinatos, Leo, [uti refertur Patris ſui LVDOVICI Landgravii] quem „catenis conſtrictum ante cubiculum habebat, - - - caſu quodam . . „disruptis vinculis liber evaſit. Hunc in campo libere currentem conſpicata, in nomine IESV ad ſe vocat; & Leo hac voce audita, curſu veloci

CATHARINA de *Naſſau*, ſoror Comitis OTTONIS, Magiſtra in ſerie quarta. Exſpiravit 29 Apr. 1324.

GER-

„loci ad Servam Dei ſe tendit, — — — Hæc cauſa eſt, cur „Leo in lapide ſepulchrali, & imaginibus, - - - exciſus cernatur „cicuratus, eiusque pedibus ſe advolvens.

„*Vrbano* IV. Pontifice M., ad movenda fidei hoſtibus arma „incitante Chriſtianos, cum Virginum cœtu, Matroniſque „quam plurimis, ſumpta eiusdem Pontificis privilegio ſa„cra cruce, ſacræ ipſa militiæ, cuius illis in partibus Ante„ſignana erat, inſcripta eſt. — — — Tandem la„borum habitura mercedem, lethali corripitur morbo, per„ceptiſque Eccleſiæ ſacramentis, læta contendit ad Sponſum „XIII Auguſti, anno 1297, ætatis LXX, regiminis 49: „Quam coruſcantem miraculis, a Monialibus *Aldenb.* an„nuo Feſto celebrari voluit *Clemens* Papa *VI* * - - —

* *Sub dato* Avinioni *XV. Kal. Ian. Anno pontificatus ſui VII.* [1350.]

„Carnis expedita vinculis ad cœleſtem patriam vix evolarat „*Gertrudis*, ecce plurimis in terra ipſam Deus dignatus eſt „illuſtrare miraculis. Quapropter ſacrum eius corpus anno „1348. d. 16 Febr. in præſentia duorum Epiſcoporum, trium „Abbatum, triginta Sacerdotum, maximo populi concurſu, „& ſolemnitate a terra levatum fuit, locoque eminentiori „conditum in mauſolæo ex marmore affabre elaborato, alti„tudinis trium pedum & dimidii, latitudinis 4, cum hac in„ſcriptione: ANNO DNI MCCXCVII. IN DIE BTI YPO„LITI BTA GERDRVDIS FELIX MATER HVIVS „CONVENTVS, FILIA SCE ELYZABET LANDGRAVIE „THVRINGIE.

„Superiori inciſa lapidi eius effigies longitudinem, craſſi„tiem, faciem, habitumque eiusdem refert. Capiti duo „Angeli coronam imponunt; ad pedes procumbit leo, - - „miraculoſe ipſi olim obſecutus. In ſupradicta porro eleva„tione, a reliquo corpore quod in mauſolæo illo . . recon„ditum eſt, Beatæ *Gertrudis* cranium cum ſacris quibusdam „minoribus reliquiis fuit ſeparatum, ſericoque pretioſo invo„lutum; & hactenus in magnis feſtivitatibus fidelium cultui

„expo-

GERTRVDIS II, prælibati Comitis filia: Comparet in litteris annorum 1329 ——— 1333.

Ad ambas vid. T. II. *p.* 192.

MENA, ex Dynaſtis *Limburgenſibus.* In medium prodit 1343 ——— 49.

CATHARINA Comitiſſa *de Solms.* an. 1350. 51.

HELICA Com. *de Zigenbain.* 1356 —— 61.

ANNA *Solmenſis.* ☊ 1389. X. Martii.

WILEBVRGIS, ſtemmate Comitum incerto. Obviat 1390 & 92.

Vsque ad Agnetem, *diſtantia quum intercedat nimis longa, huc ponendas duxi ex Necrologio Eas, quæ non ſe manifeſtarunt in chartis epocha ſignatis. Etenim quoad necrologia, utpote in formam Kalendarii redacta, conſtat, Veteres plerumque tam inertes fuiſſe, ut acquieverint nudæ annotationi Mortuorum ad Dies, de ſimul adſcribendis pro notitia poſterorum emortualibus Annis minime ſolliciti. Sunt autem hæ:*

ad 8. Iunii:	ELIZABET.	Magiſtræ.
8. Octob.	HEDWIG.	
21. Ianuar.	IVTTA.	
26. Sept.	IMAGINA.	

AGNES Com. *de Solmis,* occ. 1451 —— 54. „*In veſtitione* „*ſua dedit Monaſterio* 300 *fl. auri. Atque ipſi ex* Braunfel„ſenſi *Celleraria quotannis* 25 *fl. pro recreatione reſervati* „*ſunt.*„ MS.

CATHARINA: Eadem Illma Domo genita. [ſoror Comitis OTTO-

„expoſitum; alias - - - in altari quod in Virginum cho„ro eſt, religioſe adſervatum.

Dum antiquam hanc Legendam ſcriptor tranſumpſit, uſus eſt orthographia nova.

OTTONIS.] Actu Magiſtram edicunt Litteræ, an. 1458. exaratæ.

AGNES, Dominæ *Catharinæ* germana. Occ. 1463 - - - Religioſo fine quievit 1491 * in Octava aſcenſ. Chriſti.

* *Sanctimoniales h. a. ſimul adducuntur* SOPHIA de Wertheim & Solmenſis ANNA.

CATHARINA: Pariter & hanc natales ſuos ducere a *Solmenſibus*, comprobat chartula ſuper ceſſo [1499] Parthenoni iure patron. eccleſiæ in *Dalheim.* (*b*) Solmenſem chorum tandem claudit.

AGNES, BERNARDI Comitis in *Braunfels* ſoror: Cui tanta rerum bene geſtarum tribuuntur encomia, ut huc referre anguſtia chartæ haud ſinat. Anno 1531. Kal. Apr. demortuæ, Vitam per modum Diarii complexus eſt loci

Mmm mmm m Prior,

(*b*) Ich Eberhart Stummel, Canonick zu ſancte Stephan zu Menze. Ich Gotfrid Stummel Scheffen zu Friedberg. Ich Engel, Ich Herman, und ich Engel Holtzheimer, dry gebrudere, Bekennen offenlich an dieſem Brieffe - - -, Als die collacien u. Recht der lyunge der Kirchen, zu Dalheym genant, by Wetzflar gelegen - - -, unſ - - - bisher zugeſtanden hat, - - - Und nu dieſelbe Kirche verfallen, verwiſet u. ſere vergangen iſt, - - - Und darumb - - -, uff daſ [*Eccleſia prædicta*] widder uffgericht u. gebuwet; und dardurch GOtes lob gemeret werde, - - -, So han wir - - - ſolich unſer Recht, collacien u. ius patronatus, wie unſer Eldere u. wir das herbracht beſeſſen han, - - - gegeben u. uffgelaiſſen der Etteln Geiſtlichen Frauwen, Katharinen von Solmß Meiſtern, u. dem Convent zu Aldenburg - -, alſo daſ ſie - - - ſoliche Kirche vorbas zu ewigen zyden - - - verlyhen u. beſtellen mogen u. ſollen. - - - Geben am Donrſtage nach Lucie. [1499.]

Hodiedum hæc Eccleſia, olim S. Marco *dicata, triſtem ſuam faciem (ſicut & ipſa* Dalheimenſis *villula) in ruderibus contemplandam, Viatori præſentat.*

Prior, IOANNES *Maul.* Atque hæc AGNES, Magiſtra de ſanguine Comitum fuit ultima.

Veſtalis ſub Agnete *occ.* ELISABETHA (*mortua* 1515) IOANNIS Naſſoviæ *Comitis filia.*

1531 ANNA de *Düdelsheim:* Electa in feriis Paſchalibus. Regimen glorioſe traductum a ſe abdicat an. 1553.

1553 MARIA de *Rolshauſen.* Quam intrepide reſtiterit attentatæ a Comite PHILIPPO (*Bernardi* filio) reformationi Sacrorum, & vanos huiuſcemodi conatus redegerit ad nihilum; faciens Priorem, cum ſocio primitus interceptum, auctoritate Cæſarea reſtitui, intruſosque Præcones alienos eiici, pluribus exequitur Schediaſma typis editum. Obiit D. *Maria*, regiminis anno ſexto, Chriſti 1559.

1559 MARIA *Schenckin* de *Schweinsburg.* Præeuntibus laude ac zelo non inferior, mortalia liquit an. 1580, d. 26 Octobris.

1580 DOROTHEA de *Düdelsheim.* Commendatur ab exacta peritia linguæ latinæ, tum Cœnobii Iurium ſæpius arroſorum, & in Religionis veteris cultu manutenendo ſtrenua defenſione. Non modicum inde fatigata, ceſſit an. 1600.

1600 ELISABETHA de *Scheid,* condicta *Weſchpfenning.* Præcipuis dicitur effulſiſſe virtutibus. „*Muneris ſui admini-*„*ſtrationem annis aliquot ante mortem reſignavit. Obiit* „*XI. Maii* 1626. *Et nota, cum anno* 1644 *ſequens Ma-*„*giſtra* - -, *ordinis iuxta modum in huius prædictæ ſepulcro* „*tumularetur, quamvis totum cadaver cum veſte corru-*„*ptum, Velum nihilominus incorruptum permanſit.*„ ex MS.

1622 ANNA ELISABETHA *Riedeſelin* de *Bellersheim.* „*XVIII* „*annos laudabiliter bellicoſo iſto tempore gubernavit; nemo* „*magis miſericors quam ipſa extitit.* ☉ *lue peſtifera* „1635. *XX Maii, non ſine magna patientia & devotione.*„ MS.

CHRI-

CHRISTINA *Beyerin*, IOANNIS *Beyer* I. V. D. E^mi Prin- 1635
cipis Trevirenſis Conſiliarii Intimi filia. Vnica fuit hæc,
quæ nobilitatis avitæ titulis caruit ac inſignibus. Remis
admota, Marte Sueco patriam hactenus depopulante, ubi
mala malis ſuccedebant, inauſpicato contigit, ſacrum
hunc Locum ab heterodoxo milite atrociter invadi, ex-
ſpoliarique. Non ſemel, ſed pluries; quin etiam Alden-
burgenſem domum, *Wezlariæ* habitam, d. 24 Sept. 1643.
ſubiecto igne accendi, atque una cum rebus pretioſiori-
bus illuc deportatis, hacce proviſione in tuto creditis, vo-
raci flamma conſumi. Ex fluctuoſo mundi pelago brevi
poſt feliciter erepta, ad portum quietis æternæ applicuit
22 Apr. 1644.

IVLIANA CATHARINA de *Ders.* * Θ anno 1655. In 1644
tam nefauſta Belli tricennalis necdum pacati conditione,
ultimis miſeriis immerſam ſe vidit Noſtra cum ſacro Vir-
ginum cœtu. „*Sub huius* (MS ait) - - *regimine Mona-*
„*ſterium tertio a Suecis obrutum, tandemque 8. Iunii* 1646,
„*Exercitu apud Wetzlariam poſito, a coborte numeroſiſſima*
„*deprædatum fuit; adeo, ut nec cocblear, ſcutella vel orbi-*
„*culus, abena, lectus, menſa aut lectica, ſedes aut ſcamnum*
„*ullum, ſeu etiam aliquid de veſtimentis ſervaverit. Ve-*
„*rum omnia devaſtari cernebamus; Ædificia deſtrui, anno-*
„*nam & fruges deperdi, pecora abigi* (&c.)

MARTHA MAGDALENA de *Hoppen*, nobilis *Sileſia.* Vo- 1655
ti religione ſe obſtrinxit an. 1638. Decennio poſt evoca-
tur in *Angelicam Portam* ad inſtruendas iſtius Cœnobii vir-

* Patre RABANO a Ders, *Hæreditario* in *Saſſenberg*, Regis Franciæ ac Confœderatorum ſupremo Vigiliarum præfecto: Is, an. 1646 menſe Febr. degens *Francofurti*, eo fine ut conſcriberet milites, valetudine adverſa dum tentaretur, aeris mutandi, indeque virium recuperandarum deſiderio translatus eſt *Wetzlariam* 22 dicti menſis, at eventu ſiniſtro prorſus. Quippe continuo in peius ruens, 15 Martii diem ibi clauſit extremum. Cuius porro Funus Dna IVLIANA *Aldenbergam* avehi, & ſepulcro ante Aram D. *Ioannis Bapt.* recondi curavit. Filium Rabanus poſt ſe reliquit *Ottonem Fridericum*, Colonelli Vicarium legionis Archiducalis.

gines. Poſtmodum Dnæ *Iulianæ* ſuffecta. E vivis abiit an. 1684.

1684 ANNA MARGARETHA *Forſtmeiſterin* de *Gelbauſen*. Diuturni regiminis finem fecit an. 1721, d. 26 Iulii, ætatis 83, inclyta nominis fama ad poſteros transmiſſa.

1721 *el. 1. Sept.* MARGARETHA CATHARINA de *Calenberg*. Illuſtris hæc Domina, elegantia morum haud minus ac formæ nulli ſecunda, immortalem ſibi memoriam peperit, non modo novam Cœnobii fabricam, qua nunc patet egregia facie, ad culmen perducendo; ſed & Eccleſiam Tecto valde ſpecioſo, eximia Turri, feneſtrisque dilucidis, vice offuſcantium veterum, † magnis impenſis decorando. Vita longiore digniſſima fati legem adimplevit citius, ac par erat credere, 30 Sept. 1732.

† *Hæ adumbrantes mihi præplacuerunt. Eo quod iis etiam conſiſtentibus, ſatis luminoſam ſe præbuerit eccleſia. Viridis paſſim erant obducta coloribus; quarum aſpectu nunquam non oculos meos pavi. Cumprimis arridebant plura in iis conſpicua Magnatum ſcuta gentilitia. Vni adſcriptum legebatur:* ADOLFVS REX. IMAGINA REGINA.

1732 *26. Oct.* FRANCISCA de *Ketſchau*: Et ipſa Monaſterio per diverſimodas reconcinnationes laudabiliter proſpexit; Domicilio peculiari ad uſum Magiſtræ: porticu, ambulacris, nec non amœno viridario illud auxit; de Ara principe, qua decorata cernitur Eccleſia, ne dicam. Pios defunctæ manes grata mente proſequor, ob exhibitam nobis congeriem diplomatum, intuitu quorum Volumina noſtra eo magis ſe commendant. Vivere autem deſiit, indolis mitiſſimæ Rectrix, & bonis operibus cœlo matura beatam æternitatem adiit an. 1749, menſe Novembri, d. XV.

1749 CATHARINA de *Schleifras*. Vt plurimum Reverendæ ac perilluſtri huic Dominæ Magiſtræ regimen, 30 Nov. felici ſydere exorſum, bene cedat, eoque per multas annorum decades fruatur ſalva & incolumis, obnixe vovemus.

AD-

ADDENDA.

p. 630. lin. 5.

Poſt verbum voluntate *ponatur aſteriſcus. Itidem ad ſubiunctam Notam, quæ incipit:* Ordo ſucceſſivus.

p. 996.

Decanis S. Gangolfi *poſt* Burchardum *inſerendus venit* GERHARDVS; *quem tres uno eodemque anno* [1264] *conſcriptæ chartæ adducunt. Vi quarum impigre peregit commiſſionem examinis Teſtium, ſibi demandatam a Iudicibus* Moguntinæ *Sedis, in Cauſa* Ordinis Teutonici *contra* IOANNEM de Ertal & MENGOTVM Aureum *de* Grunenberg, *Milites.*

p. 1192.

Prope finem paginæ apud Agnetem Com. de Solmis *ponatur:* occ. 1451 — 1457. 29. Mart.

Ad

SPICILEGIVM DIPLOMATVM

ex omni ævo

ſerius acceſſerunt quædam Schiffenbergenſia, *præcipuis merito adnumeranda.*

Digitized by Google

n.722. CXXV.

„*Approbatio & confirmatio prædictæ Inſtitutionis* * „Dnæ Clementiæ, *per* W. & O. „*Comites* de Gliberg.

An. 1141.

* *Ea ſe refert ad n.* XVIII, *ſuperius* p. 1050.

Nos Wilhelmvs & Otto Comites *de Gliberg* Conſanguinei omnibus preſens ſcriptum intuentibus in perpetuum, Noverint univerſi tam preſentes quam futuri, qualiter Dna Clementia, in *Gliberg* Comitiſſa, Conſanguinea noſtra dilecta divino inſtinctu premonita, in Allodio ſuo, in monte *Schiffenberg* ſcilicet, Eccleſiam conſtitui, & Fratres ibi de Regula B. *Auguſtini* locari poſtulavit; & de eodem allodio circa XXX manſos, de aſſenſu & permiſſione Dne Gertrvdis *Palatine Comitiſſe*, ad quam quarta pars eiusdem allodii pertinebat, annuente etiam & conſentiente Dna Adela filia eiusdem Dne *Palatine*, que ſimiliter heres erat, libere eidem eccleſie & Fratribus predictis cum omni integritate contulit, & donavit cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis in hunc modum, ut ipſi Fratres [*&c. iuxta Litterarum Dnæ* Clementiæ *tenorem* p. 1050, *usque ad:* premium conſequatur.] *Pergendo:*

Et cum hec taliter ordinata multo ſtetiſſent tempore in quiete, tandem Syfridvs, nobilis filius predicte Adele, reclamans, & illatam ſibi in eodem allodio iniuriam conquerens, ac predictos Fratres de prefata donatione fatigare volens, multis precibus, multoque labore ad ultimum mitigatus, aſſenſum prebuit ſuum; & manu propria, quidquid ad eum iuris pertinere videbatur, eisdem Fratribus & Eccleſie ſue dedit, atque hoc noſtro confirmari privilegio poſtulavit.

Nos itaque Donationem predictam, ſicut rite ac rationabiliter ad honorem Dei facta eſt, ratam habere volentes in omnibus

nibus & gratam, ac ipſius Nobilis factum ſive Donum tenore preſentium approbantes, auctoritate quanta poſſumus, confirmamus. Dantes has Litteras, ſub Sigillis noſtris in robur & teſtimonium ſuper eo. Teſtes ſunt

GERLACVS & REGENBALDVS de *Iſenburg.*
HARTRADVS pater, & HARTRADVS
filius ſuus, *de Alerenberg.*

Item de Miniſterialibus noſtris:

GVNZECHINVS. WILHERE. MACHARIVS.
REGEMARVS. ADELBERTVS. ARNOLDVS.
Et quam plures alii fide digni.

Datum apud *Gliberg* Anno - - - MCXLI.

CXXVI. n.723.

Aſſignatio trium Manſorum in Wiſecke, *per Dnm W. de* C. *confirmata.*

An. 1152.

I. N. S. & I. T. Ego WILHELMVS Dei gratia Comes *de Cliperg* notum facio tam preſentibus quam poſteris, quod quidam homo meus, HENRICVS *Gotel*, cum legitima ſua volens abrenuntiare ſeculo, quedam bona ſua in *Wiſecke*, unam videlicet Hubam, *Schiffenburg* beate Marie propriavit, ibique diem obitus ſui cum uxore ſua expectavit. Quod factum ut eo firmius eſſet, aſſenſum meum diligentiſſime exoravit. Ego vero pio nolens contradicere propoſito, iuſtis petitionibus illius, animum meum acclinavi, & ne aliquis hoc factum irritare valeret, predictam Eccleſiam litteris Sigilli mei impreſſione ſignatis roboravi, & quos tunc preſentialiter mecum habebam, in atteſtationem huius facti advocavi:

vi. SYBOLDVM de *Buchſecke.* SIGENANDVM. HATHEMARVM de *Buchſecke.* Aderat etiam WEZELINVS, tunc temporis Prepoſitus, & de eodem loco Fratres, SYBOLDVS, BERWARDVS, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini M. C. LII.

n.724. CXXVII.

„Permutatio Bonorum inter Abbatem de *Arns-* „*burg* & Conventum *Schiffenburg.*

An. 1197.

I. N. S. & I. T. MEFRIDVS Dei gratia dictus Abbas in *Arnsburg*, & univerſus eiusdem loci Conventus. Omnibus Xpi fidelibus ſpiritus fervore manifeſtum eſt, ea que antiquiſſimis preteritarum generationum ſunt geſta temporibus litterarum monumentis preſentium memorie commendata, generationi omni que ventura eſt, perpetuanda reſervari.

Quoniam igitur, ſicut ſe habet humana conditio, ex incerto temporalium rerum eventu in Eccleſiis Perſonarum ſit crebra mutatio, opere pretium eſt, ut, quidquid in Eccleſie noſtre commoditatibus diebus noſtris emi vel cambiri contigerit, ad poſteritatis notitiam ſub honeſto probabilium perſonarum teſtimonio per litteras transportemus.

Noverint quapropter univerſi fideles, tam futuri quam preſentes, quod ſub multa pacis caritatiſque conventione, Venerabili viro HARBERTO Prepoſito de *Schiffenburg* & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, cum communi utriusque Conventus conſilio & aſſenſu dedimus Allodia Domus noſtre in *Holzhuſen* & in *Eberharts Guneſſo*, cum omni attinentia in edificiis, in ſilvis, in agris in pratis & paſcuis. Recipientes ab eis Allodia Domus ſue in *Colnhuſen* cum omni ibidem attinentia in edificiis, in ſilvis, in agris . . . .

Pre-

Preterea vendidimus eis Allodíum noſtrum in *Lune* pro X. marcis, & aliud allodium in *Oberencklen* pro VII marcis & dimidia, quas dedit nobis in elemoſina bone mem. Dns FRIDERICVS de *Hoſte*, & pro XX denariis Cenſualibus in *Alelpach.*

Quam traditionem & alterne utilitatis concambium vel emptionem ne quis infringat, vel ei temerarie contradicat, Chartam preſentem ſcribi, & Sigillis, tam noſtris, quam utriusque Eccleſie Dominorum fecimus communiri; Teſtesque ſubtus iuſſimus annotari, quorum hec ſunt nomina. Pie memorie Dna SALOME Comitiſſa de *Gyſen.* * De *Schiffenburg* HARPERTVS Prepoſitus. WIGANDVS Prior. WALTHERVS GERARDVS . . & ERNESTVS, presbiteri, cum univerſo ipſius loci Conventu. De *Arnsburg* MENGOTVS primus Abbas. MEFRIDVS ſecundus Abbas. EMBRICHO Prior. FRIDERICVS Subprior. MARQVARDVS Cellerarius. ENGELWARDVS Cuſtos. DHEGENHARDVS Cellerarius, cum univerſo ipſius loci Conventu.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis M.C.XC.VII. Confirmata vero, & Sigillis roborata Anno eiusdem incarn. M.CC.III.

* *v.* Tomus I. p.203, *ubi eadem* SALOME *occ. ceu* Wilhelmi *Comitis* de Glizberg *Vxor. Cumque præſenti charta vocetur* Comitiſſa *de* GYSEN, *quo nomine* Palatinos Tübingenſes [GISÆ *domiciliatos*] *interdum appellari*, † *non dormitans Lector obſervaverit; Eapropter omni caret dubio, quin iſthac* SALOME *progenita fuerit ſtirpe* Palatinorum *Comitum* de TÜBINGEN.

† T. II. *p.*145. III. *p.*1162. *n.* CIII.

CXXVIII.

n.725. „*Ordinatio Dni* Wilhelmi Comitis Pal. *de* Tubingen *inter Præpoſitum & Conventum in* „Schiffenberg, *& Villanos in* „Steinbach.

An. 1229.

